DOCTORUM HOMINUM

# COMMENTARIA

IN

# C. SALLUSTIUM CRISPUM

---

POST

SIGEBERTUM HAVERCAMPUM

DENUO EDIDIT

CAROLUS HENRICUS FROTSCHER

PHILOSOPH. PROFESSOR E. D. IN UNIVERSITATE LITT. LIPSIENSI SCHOLAE NICOL. CONRECTOR. BIBLIOTH. SENAT. PRAEFECTUS II. SOCIETATT. LIPSS. TEUTON. OECONOM. AC POLYTECHN. SODALIS SEMINAR. REG. SAX. PHILOL. ET SOCIET. LATIN. IENENS. SODAL. HONOR.

---

VOL. II.

IN IUGURTHAM COMMENTARIA

---

LIPSIAE 1829.

SUMPTIBUS KUEHNIANAE LIBRARIAE.

VIRO

ILLUSTRISSIMO

SUMME VENERABILI

EXCELLENTISSIMO

# DETL. COMITI AB EINSIEDEL

IN REGNO SAXON. SUMMO STATUS ADMINISTRO. POTENTISS. SAXON. REGI A SANCTIORIBUS REIPUBLICAE GUBERNANDAE CONSILIIS. CAPITULI MISENENSIS DECANO. PRIMI ORDINIS CUBICULARIO. CAPITULI VURCENENSIS PRAEBENDARIO. REGII ORDINIS QUI AB CORONA RUTAÇEA VOCATUR ITEM SAXON. VIRTUTIS CIVICAE ALIORUMQUE SPLENDIDISSIMORUM ORDINUM HUNGAR. A S. STEPHANO HISPAN. A CAROLO III. BAVAR. A S. HUBERTO POLON. AB ALBA AQUILA TOSCAN. A S. IOSEPHO VIMAR. AB ALBO FALCONE NUNCUPATORUM SUMMIS INSIGNIBUS ORNATO

ETC. ETC.

OPTIMARUM LITTERARUM PATRONO

LONGE INDULGENTISSIMO

LIBRUM HUNC

GRATI ANIMI SUMMAEQUE PRAEFULGENTIUM VIRTUTUM ADMIRATIONIS ATQUE REVERENTIAE

MONUMENTUM PUBLICUM

EXSTARE VOLUIT

OBSERVANTISSIMUS DEDITISSIMUSQUE CULTOR

*CAROLUS HENRICUS FROTSCHER*

# DOCTORUM HOMINUM
# COMMENTARIA
IN
# IUGURTHAM
# C. SALLUSTII CRISPI

Bellum Iugurthinum. Liber hic inscribitur de Bello Iugurthino, quod in eo bellum, a. Pop. Rom. cum Iugurtha, Numidarum rege, in Africa gestum describatur. Bella, quae Romani gessere, varii sunt generis: generaliter tamen interna vel externa. Interna, quae intra Italiae fines gesta, ut Gallicum illud et Punicum, cuius dux et auctor Annibal. Sed interna alia quoque sunt, quae et intestina dicuntur, quando in se ipsos cives, et saepe etiam cognati armantur. Sunt et socialia bella. Externorum variae sunt species et nomina. Nam vel contra Reges vel Civitates instituta sunt. Contra Reges, ut bellum Mithridaticum, Persicum, Iugurthinum. Contra Civitates, ut Carthaginiense, Numantinum. A loco etiam vel gente denominari solent bella, ut Macedonicum, quod Romani cum Rege Philippo Macedone gesserunt, Pannonicum, Cimbricum et alia. Etsi vero hoc bellum in Africa gestum, tamen hoc sciendum est, neque Africum, neque Punicum appellari, sed Iugurthinum: alias ab imperitis facile bellis Punicis accenseretur, cum Punicis bellis longe sit posterius. Fuerunt enim tria bella Punica, quae populus Romanus cum aemula Romae Carthagine gessit. De his Ausonius: *Tres sophiae partes, tria Punica bella.* Primum Ap. Claudius Cos. Carthaginiensibus intulit anno CCCCLXXXIX. a quo usque ad secundum finitum anni sunt LXIII, ut scribit in Praefat. lib. XXXI. Livius. Interea, antequam Punicum secundum exarsisset, Ligusticum, Gallicum, Illyricum, bella sunt patrata. Punicum secundum anno U. C. DXXXV. coepit, minus quidem specie (nec enim amplius quam octo et decem annos habuit) sed adeo cladium atrocitate terribile, ut si quis conferat damna utriusque populi, similior victo sit populus qui vicerat, ut scribit Florus. Hoc et Livius describit, et ait, omnium maxime memorabile fuisse. Punicum secundum excepit Macedonicum: sed et alia ante Punicum tertium intercessere bella, ut Syriacum cum rege Antiocho, Aetolium, Istricum, Gallo-Graecum, Macedonicum secundum, Illyricum, Macedonicum tertium. Haec omnia secutum est tandem bellum Punicum tertium, quod in quadriennio patratum est. Incidit in annum DCIV. atque ita, ut scribit eleganter idem Florus, primum commissum bellum, secundum profligatum, tertium confectum. Haec tria Punica bella non continuo sequitur Iugurthinum, sed praecedunt hoc Achaicum, Hispanicum, Numantinum; cui bello etiam Iugurtha interfuit, teste Sallustio, Velleio et Valerio Maximo. Iugurthinum ortum est anno U. C. DCXLII. P. Scipione Nasica et L. Calpurnio Bestia Coss. Fuit hoc bellum atrocissimum, *et in Iugurtha* (ut Flori verbis utar) *quod post Annibalem timeretur.* Sicut autem alia

fere omnia bella, ut ex Livio cognoscimus, aliquid monstri praecessit,
2 ita hoc quoque. Nam P. Scipione et L. Calpurnio * Coss. maxima pars Urbis cum aede Matris magnae fuit exusta: lacte per triduum pluit, ut testatur Iul. Obsequens. Praestat sane hunc librum prius legere, quam Catilinarium, ut series temporis observetur. Nam bellum Iugurthinum, ut supra dictum, anno U. C. DCXLII. gestum est: Catilinarium DCXC. M. Tullio et C. Antonio Coss. Itaque consultum esset, ordinem vulgatum horum librorum immutari, et Iugurthinum Catilinario bello praeponi. Descripserat hoc bellum Livius quoque, sed ii libri interciderunt. Coler.

## CAP. I.

Falso queritur etc. Imitatus est hoc exordium Sallustianum Vindicianus in epist. medica ad Valentinianum Imperatorem: *Cum saepe, sacratissime Imperator, humani generis fragilitas falso de natura sua queratur, aliquando tamen potuimus redditis caussis ostensisque remediis vanas et innumeras querimonias refrenare.* Coler. — Illustris laurus, qua postes Historiae suae Iugurthinae ornat Sallustius, disserendo de animi praestantia, situ, exercitatione. Primo refellit multorum mortalium querelas, de naturae malignitate, quod in exiguum aevi gignamur, quod haec tam velociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrant. Nec vero, ut scribit, Nostrum diffundens Seneca lib. de Brevitate vitae cap. 1. *huic publico, ut opinantur, malo turba tantum et imprudens vulgus ingemuit: clarorum quoque virorum hic affectus querelas evocavit. Inde illa maximi medicorum exclamatio est*, Vitam brevem esse, longam artem. *Inde Aristoteli, cum rerum natura exigenti, minime conveniens sapienti viro lis est: illam animalibus tantum indulsisse, ut quina aut dena saecula edurent, homini in tam multa ac magna genito, tanto citeriorem terminum stare.* Haec Seneca, in quibus tamen vereor, ne lapsu memoriae praeceptori tribuat, quod de Theophrasto discipulo, cum aliis, in literas mittere debuit. Sic enim de hoc Cicero III. Tuscul. *Theophrastus autem moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis, et cornicibus, vitam diuturnam; hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam dedisset.* Confer eiusdem moribundi ad discipulos verba, apud Diogenem Laërtium in Vita Theophrasti, et Lips. Comm. in d. locum Senecae. Ergo istorum querimoniae ac liti DEO motae, occurrens Sallustius, *magis*, inquit, *industria hominum, quam tempus deest. Multi ingenium torpescere sinunt, captique pravis voluptatibus, ac luxu, tempus pessundant; quum si bonarum rerum cura esset, non solum diutissime, sed etiam aeternum vixisse credi deberet.* Et in hoc eidem rursus subscribit Seneca lib. cit. *Non exiguum temporis habemus, sed perdimus. Satis longa vita, et in maximarum rerum consummationem large data est, si tota bene collocaretur. Sed ubi per luxum ac negligentiam defluit, ubi nulli rei bonae impenditur; ultima demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. Ita est, non accepimus brevem vitam, sed fecimus: nec inopes eius, sed prodigi sumus. Sicut amplae et regiae opes ubi ad*

*malum dominum pervenerunt; momento dissipantur: at quamvis modicae, si bono custodi traditae sunt, usu crescunt: ita aetas nostra bene disponenti multum patet.* Huius formae sunt multae sententiae Historicorum et Oratorum. Cic. pro Marcello: Itaque illam tuam praeclarissimam et sapientissimam vocem invitus audivi: *Satis te diu vel naturae vel gloriae vixisse. Satis, si ita vis, naturae fortasse: addo etiam, si placet, gloriae: at, quod maximum est, patriae certe parum.* Val. Max. lib. IX. cap. 12. pr. Cestius apud Senecam Suas. VI. *Si ad res gestas respicis, Cicero, satis vixisti: si ad memoriam operum tuorum, semper victurus es.* Posidonius apud eundem Senecam epist. LXXVIII. *Unus dies hominum eruditorum plus patet, quam imperiti longissima aetas.* ubi Lipsium consule. Tacitus de Agricola cap. 44. *Quantum ad gloriam, longissimum aevum peregit.* ubi Virdungum vide. Alexander apud Curt. lib. IX. cap. 6. §. 19. *Verum ego, qui non annos meos, sed victorias numero, diu vixi.* ubi Freinshemium adi. Reinesius, cuius ego candorem et in literas merita maxime veneror, I. Var. 12. de adolescentis obitu, qui mente caruerat:

*Atque quater vix dum pleno efficis omnia lustro,*
*Quae iuvenis, quae vir, quae poterasque senex.*
*Iniustas igitur iacimus de morte querelas:*
*Non puerum, emeritum mors tulit aequa senem.*

Et cur non adderem egregium illud, quod exstat Maximiliani Sfortiae Numisma, cusum post Gallos Italia pulsos, restitutam Mediolanum A. 1512. in cuius altero latere, MUNDI GLOBUS, et in coelum repens formica, cum inscriptione: BREVIS VITA MAGNANIMORUM. Ad quod Luckius: *Symbolum ducis elegans est, quo ad magnas quidem res capessendas praeclare se animatum esse ostendit: desperare vero de votis animi sui, ob vitae brevitatem, complendis.* Sic formica, ausu nisuque praeclaro, ad coelum usque repere conatur: vita vero spirituque destituitur ante, quam finem optatum assequatur. RUPERT.

DE NATURA SUA GENUS HUMANUM. Pall. nec eodem loco, nec eodem modo scriptum habent pronomen. nam sept. *de sua natura*, oct. *de natura sui.* at Commeliniano meo totum abest. puto licet. GRUTERUS. — Pronomen retinent Charisius pag. 179. Donatus ad Andr. III. 2. 25. Cledonius in Expos. Donati pag. 1921. Augustinus de Gram. Servius ad Aen. IV. 415. XI. 581. id quod etiam in suae aetatis libris invenisse Vindicianum Archiatrorum Comitem ex Epist. ad Valentinianum Imp. patet. *Cum saepe, * sacratissime Imp., humani generis fragilitas* falso de 3
natura sua queratur. Neque aliter MSS. Codex tamen Reg. vocem *sua* supra adpictam habet. Lib. 1. 3. *natura sui.* Quintilianus: *Non minore cura vitandum est, quicquid εὐρυθμὸν, quale est apud Sallustium:* Falso queritur de natura sua. *quamvis enim vincta sit, tamen soluta videri debet oratio.* Num, falso queritur de Natura humanum genus? Donatus ad Andr. III. 2. 25. *sua humanum genus.* solet alibi Noster versus immiscere, quales sunt in Catil. *Cnaei Pompeii veteres fidosque clientes.* et infra: *Bellum scripturus sum quod populus Romanus Cum Iugurtha.* Sententiam hanc a scholis Philosophorum mutuatus est Auctor. Vide Cice-

ronem Tusc. III. 28. Plutarchum de Fortuna pag. 97. Eam ita dilatat Seneca de Brevit. vitae I. 1. *Maior pars mortalium, Pauline,* de Naturae *malignitate conqueritur, quod in exiguum aevi gignimur; quod haec tam velociter, tam rapide dati temporis spatia decurrant: adeo ut, exceptis admodum paucis, caeteros in ipso vitae apparatu vita destituat.* Providentiam vindicat Lactantius lib. de Opificio Dei cap. 3. B. Pub. *brevis aevi,* quod rotundius auribus accidit. Quod ad titulum attinet, nostri cum vulgg. consentiunt. Cicero vero non *bellum* sed *coniurationem* vocat. Nat. D. III. *Cognosce alias quaestiones, auri Tholosani,* coniurationis Iugurthinae. Wasse.

Imbecilla. Afranius apud Nonium in Vescus:

*At puer est vescis imbecillus viribus.*

Qui versus citatur etiam a Philargyrio, antiquo Virgilii interprete, sed minus ibi integre et emendate. Glossarium: *vesces, ὀλιγόσιτος, ὀλιγοδεής.* lego: *Vescus.* Coler.

Sorte potius quam virtute regatur. Manuscripta, quaecumque ipse viderim, *forte potius,* pro, *fortuito eventu.* nam *fors* pro *fortuna* saepe ponitur. Cicero ad Atticum: *Sed haec fors viderit, quae talibus in rebus plus quam ratio potest.* Idem: *Quemcumque fors tulerit casum.* sed et impressa quaedam sic habent. neque tamen priorem lectionem repudio, quae et ipsa bene habet. Rivius. — Sic recte primus emendavit Turnebus lib. XXVI. cap. 15. Usi enim hac voce veteres plerique pro nec opinato casu. Attius Andromeda:

*Multi iniquo, mulier, animo sibi mala auferre in malis,*
*Quibus natura magis, quam fors aut fortuna obfuit.*

Legendum videtur *auxere,* pro *auferre,* quod et Ianum Gulielmum monuisse intelligo. Colerus. — Alia querela generis humani, de *fortuna,* quae imperium in omnes habeat. Sane libenter homines culpam a sese in fortunam amolitum eunt. Refutat Sallustius hoc et seq. §. et *omnia* inquit *in animo sita esse, in quem fortunae ius nullum sit.* Pro qua sententia diserte Medea, in nominis sui tragoedia, apud Senecam V. 176.

*Fortuna opes auferre non animum potest.*

Neque minus constanter eius gentilis ep. XXXVI. *In mores fortuna ius non habet.* Et Telephus apud Accium, citante Nonio:

*Sic a me regnum fortuna atque opes*
*Eripere quivit; at virtutem nequiit.*

et nescio quis apud eundem poëtam:

*Nunquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum.*

De Diogene etiam Cynico adseverat Orat. 64. Dio Chrysostomus: *Quanquam fortuna multa illi tela ceu scopo immitteret, non poterat tamen vulnerare.* Rupert. — Nostri *forte.* recte. Tacitus Ann. VI. 22. *Sed mihi haec ac talia audienti, in incerto iudicium est, fatone res mortalium, et necessitate immutabili, an* forte *volvantur.* Manlius: *Mundum divino numine verti, atque ipsum esse Deum: nec* forte *coiisse magistra.* Vide Gronovium patrem ad Liv. XXII. 5. Noster autem Livium in Andromeda praeëuntem habuit: *Cui* prava natura *magis, quam* fors *aut* fortuna obfuit. Cui affine Homericum illud:

*Ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.*
*Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κακ᾽ ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ*
*ΣΦΗιΣΙΝ ἈΤΑΣΘΑΛΙΗιΣΙΝ ῾ΥΠΕΡΜΟΡΟΝ ἄλγε᾽ ἔχουσιν.*

Fortunam supra fatum posuit Lucilius:

*Cui parilem* fortuna *locum* fatumque *dedit* fors.

Ibi *fatum* pro *effectu*. E contra apud Apuleium in Hermetis Adloo. idem *fors* et *eventus*. pag. 101. Eventus *autem vel* fors *omnibus insunt permixta mundanis*. Ita fere apud Graecos *Τύχη* et *Εἱμαρμένη*. Seneca: Natura, fatum, fortuna, * casus, *sunt omnia unius et eiusdem dei nomina*. 4 immo potius actionum humanarum. *Quicquid gerimus fortuna vocatur*. Wasse.

Invenies. Manuscripta *invenias*, pro, invenire aliquis possit, *δυνητικῶς* ac per *ἑτέρωσιν*, quomodo et ex impressis quaedam. est autem multo elegantius, quam quod Gymnicus habet. Rivius. — Pro *contra* Lib. 1. 3. *cuncta*, male. Nostri omnes *contra*. Firmat Quintilianus Inst. I. 1. *Falsa enim est querela, paucissimis hominibus vim percipiendi quae tradantur esse concessum, plerosque vero laborem et tempora perdere*. Nam contra, *plures tarditate ingenii* reperias etc. deinde: *manifestum est, non naturam defecisse sed curam*. Vide Iug. LXXXVIII. Arnobium pag. 21. et 174. Lucretius I.

*Illud in his rebus vereor ne forte rearis*
*Impia te rationis inire elementa, viamque*
*Endogredi sceleris*; quod contra; *saepius olim*
*Relligio peperit scelerosa atque impia facta.*

Varro de L. Lat. VII. pag. 79. *Quae si essent, negant ullum casum duobus modeis debuisse dici*: quod fit contra. Iuven. IX. 10.

— — *certe modico contentus agebas*
*Vernam equitem, conviva ioco mordente facetus,*
*Omnia nunc* contra.

Lampridius Severo XXV. *Huius imperium incruentum quidam literis tradiderunt*, quod contra est. Adde Proculum VIII. Ep. Digest. I. Tit. VIII. lib. XLIV. Hieronymus Ep. XII. 1. vitio librarii praepositionem retinet: *aliis vero* e contra *videtur*. Rectius XVII. 3. *Venientem* contra *charta intelligit quaestionem*. Vel ergo delenda praepositio, vel scribendum *e contrario*, quomodo ille Epist. XLVIII. et Comment. in Esaiam cap. I. Denique ex voce *reperias* apud Quintilianum modo laudatum patet eius libros servasse *invenias*, licet e nostris Mart. Venet. Lib. 2. 3. Pemb. ex mala manu, item λ. ex correctione illud alterum servent. Marckii γ. *invenias*. recte. Pemb. pro *praestabilius* habet *praestantius*, uti et Reg. a quo abest *hominum*, non male, sequitur enim *mortalium*. B. Pub. *vitae*. Wasse.

Sed dux atque imperator vitae mortalium animus est. Aristoteles *Πολιτ*. α. animum patrifamilias, mentem imperatori aut regi aequiparat: *ἡ μὲν γὰρ*, inquit, *ψυχὴ τοῦ σώματος ἄρχει δεσποτικὴν ἀρχήν· ὁ δὲ νοῦς τῆς ὀρέξεως πολιτικὴν καὶ βασιλικήν*. Coler. — Apuleius in Apologia: *Regalis animi pars, ratione pollens, verticem hominis, velut arcem et regiam insedit*. Adde notam ad Catilinarii cap. 1. §. 2. Rup.

Qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur. Est in manuscripto quodam, *vi grassatur.* quomodo et Calepinus quispiam citat. verum priorem lectionem probandam magis esse duco. *grassatur* pro, toto impetu fertur, et quasi pleno gradu contendit. Rivius. — Vide Gellium XI. 2. Nonium et Festum voce. Gladiatoribus et sicariis in primis convenit; olim in bonam partem accipiebatur, vel pro *impetu viam affectare*, vel pro *ambulare* ἁπλῶς. unde Glossae ὀξυποδεῖν, βαδίζειν reddunt. Afranius Excepto: *Consimili* grassantur *via a quibus hic* est omnis cultus. Titinnius Veliterna: *Vende thensam ac mulos, sine eam pedibus* grassari. Plautus Bach. V. 2. 19. *non vides ut palantes solae liberae* grassentur? et Rud. I. 4. 31. Hoc significatu vocem usurpant Livius, Tacitus Hist. IV. 16. Silius I. 570. Wasse.

Pollens potensque. Ex formula veteri, quae apud Livium exstat lib. I. 24. *ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito quanto magis* potes pollesque. uti et VIII. 7. 53. *tantoque magis ferito.* Quo in loco pro *infensa* legerim, *adeo infense erat coorta plebs.* infra II. 30. *In eum Coss.* acrius coorti *sunt.* Plautus Asin. III. 3. 46. *Videtin' viginti minae quid* pollent, *quidve* possunt? Ad homines post Crispum traduxit Livius II. 34. *Cur Sicinnium* potentem pollentemque *video?* Drepanius Florus Hymn. trium P. *Hunc hominum genus* pollens *ratione* potenti. quid si *potensque?* Adde huc sis Arnobium IV. pag. 131. Senecam de Provid. II. Infra *fortunae eget* Reg. Marckii λ. Pemb. De hoc Anacoluthi genere optime Cl. Perizonius ad Sanctium pag. 833. Wasse.

5 * Neque fortunae eget. Est in aliis perperam, ut opinor, *neque fortuna eget.* nam et idem alibi: *Maiores nostri P. C. neque consilii neque audaciae umquam eguere.* Cicero tamen ablativum fere huic verbo addit, sicuti et Sallustius interdum. quamquam ad Atticum Cicero, *Egeo consilii*, inquit. M. Cato apud Gellium, *Vitio vertunt*, inquit, *quia multa egeo.* accusativum huic verbo τῷ ἀρχαϊσμῷ addidit. Ne quid dissimulem tamen, est in manuscriptis uno excepto, *fortuna*, casu ablativo; et haud scio, an apiculus ille, quo fit diphthongus, perperam sit ibidem omissus. Rivius.

Aliasque bonas artes. Illud, quamvis leve, non tamen praetereundum esse duxi, *arteis* hic habere vetustos codices, non *artes*, idque Sallustianum magis. Sic postea, *quascumque urbeis et agros manu ceperat*, pro *urbes*, quod in pervulgatis exemplaribus est. Habet et Ascensianus codex, *ceterasque artis bonas*, ubi hodie fere, *aliasque bonas artes.* In manuscriptis τὸ *bonas* adiectivum post substantivum ponitur. Rivius.— Haec lectio in omnibus pervulgatis exemplaribus, et quatuor manu descriptis reperitur. Verum in duobus pervetustis libris *aliasque bonas artes* scriptum animadverti: quomodo et Donatus citat, Act. II. Scen. 2. in Eunuchum Terentii. Nos tamen hic vulgatam receptamque lectionem non mutavimus. Etenim apte sane quadrat cum illo Catilinarii loco: *Namque avaritia fidem, probitatem, ceterasque bonas artes subvertit.* Cypr. Popma.

Pessumdatus est. In Fabriciano, atque aliis quibusdam, divisim

legitur, *pessum datus.* quomodo Tacitus I. *Postquam hic socordia senuerit, ille per libidines pessum datus sit.* Rivius. — Ita Rivius ex Fabriciano. In Glossario tamen veteri scribitur: *Pessundat*, βυθίζει, καταποντίζει. Et in eodem: *Pessum*, βυθρὸς καὶ βόθρος. Ibidem: καταβυθίζω, *demergo*, *pessundo.* Et: καταποντίζω, *demergo*, *perundo*, *pessundo.* Prudent. contra Symmachum: *pessum mergere.* Parum vulgo huius verbi vim assequuntur. Coler.

Vires, tempus, ingenium. Impressi quidam codices: *Vires*, *tempus*, *ingenium*, *aetas*, habent. Vincentius Castilioneus se dictionem *aetas* in nullis Mss. reperisse affirmat. Ego in duobus codicibus in pergameno descriptis inveni. quod lectorem admonere volui, etsi in contextum non receperim. Cypr. Popma.

Diffluxere. Sic in manuscriptis: ubi hodie fere *defluxere.* id recte, an secus, aliorum esto iudicium. Rivius. — Ita malui, hortatu membranarum plurium, ac notae primae, quam quomodo fere cusi, *defluxere.* quam vocem etiam reformandam videri Senecae Philosopho, fide codicum calamo exaratorum, monui in animadversionibus ad eundem scriptorem cap. 1. de Brevitate vitae. Grut. — Seneca de Brev. vitae: *Sed ubi per luxum et negligentiam defluit, nullae rei bonae impenditur, ultima demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. Ita est, non accepimus brevem vitam, sed fecimus.* Putsch.

Quippe culpam auctores. Arond. lib. 3. Pemb. Cod. Tollii *quique*, unde ille *suam quisque* extundit, eleganter, quod servat Digb. Vide eum ad Auson. Eid. VI. 33. favet Aretinus Ep. VII. 4. *culpam auctores* quisque *suam ad negotia transferunt.* B. Pub. Venetae, Oxon. γ. λ. *quippe.* Wasse.

Auctores. Iucundiore vocum sonitu omnia procederent, si exturbaretur τὸ *actores*, ceu emblema interpolatorum, arbitrantium tale quid requiri * ob verbum numeri pluralis *transferunt.* quod falsum est. Gru- 6
terus. — Vide Notas ad Iug. XXXIV. Nostri fere *auctores.* supra pro *cupidinibus* Boetius Dial. II. in Porphyrium legisse videtur *libidinibus.* Wasse.

Tanta cura esset, quanto. Formam hanc servant optimae notae auctores. Caesar B. G. II. 11. tantam *eorum multitudinem nostri interfecerunt*, quantum *fuit diei spatium.* Plinius Paneg. LI. *Cum saevissimi Domini effigies* tanto *victimarum cruore coleretur*, quantum *ipse humani sanguinis profundebat.* Augustinus de Civ. D. III. 24. semibarbare: *Gracchi ipsius caput*, quantum *grave erat*, tanto *auri pondere Consuli vendidit.* Epit. Livii XXXVIII. *Cum Praetor Quaestores in bona eius publice possidenda misisset, non modo in iis nullum vestigium pecuniae regiae apparuit, sed nequaquam* tantum *redactum*, quantae *summae erat damnatus.* Alius aeque elegans vocis *quanta* usus apud Livium I. 35. *praedaque inde* maiore, *quam* quanta *belli fama fuerat, revecta.* et lib. XXXVIII. maiore *inde animo pacis opera inchoata, quam* quanta *mole gesserant bella.* confer XXIX. 19. Lucanus I. 580. quanto *clamore cohortes Miscentur*, tantum *nox atra silentibus auris Editur.* Wasse.

Aliena ac nihil profutura. Et haec ex disciplina Philosopho-

rum, qui voce *alia* intelligunt τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, bona fortunae, quae Epicteto teste sunt ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, *'ΑΛΛΟΤΡΙΑ*. Laertius VI. 103. διαστρέφειν τοῖς *'ΑΛΛΟΤΡΙΟΙΣ*, supervacuis nempe ac nihil profuturis. Quo sensu Themistius Orat. IX. pag. 251. τὰ λοιπὰ εἶναι δοκεῖ. περιττὴ φιλοτιμία. et Aristoteles de Rep. II. 8. *'Ιππόδαμος γενόμενος καὶ περὶ τὸν 'ΑΛΛΟΝ βίον περιττότερος διὰ φιλοτιμίαν.* Vid. Senecam de Brev. vitae V. 2. Iuvenal. IX. Idem X.

*Ergo supervacua* aut perniciosa petuntur.

Seneca Suasor. V. pag. 34. *Bellum suscipiendum fuisse pro libertate, pro coniugibus, pro liberis;* pro re supervacua *et nihil nocitura si fieret, non esse suscipiendum.* Huc etiam spectat Arnobius pag. 76. *Non esse Deo a superiore prolata tam* supervacua, tam vana, *tam ad nullas pertinentia rationes*, quinimo et noxia, *et necessarias importantia laesiones.* Et nisi fallor, Seneca de Vita beat. *Nec sanus, cui* offutura *pro* optimis *appetuntur.* Confer Mamertum de statu Animae lib. I. pag. 721. et Petrarcham Epist. II. 10. Verba Sallustii, suppresso tamen eius nomine, sic citat Augustinus Epist. LIV. *Neque apud ipsos qui magno studio aliena ac nihil profutura*, multoque *etiam periculosa petunt.* Arond: et Reg. γ. λ. B. Pub. Bodl. *multoque* L. 3. *multaque* pro *aliena.* Reg. et Pemb. a manu prima *alia.* non bene. Cato de R. Rust. V. *opere bene exerceat, facilius* malo *et* alieno *prohibebit.* WASSE.

NEQUE REGERENTUR MAGIS, QUAM REGERENT CASUS. Ita manuscripta volumina, contra quam hodie legitur; ut subaudias, *casibus.* idque magis brevitati Sallustianae convenit. quale propemodum est illud apud Plinium libr. VII. de Cicerone, *Omnium triumphorum lauream adepte maiorum.* nam subauditur, *laurea.* quod q ...m non attendentes, neque rationem breviloquentiae Plinianae habentes, triumphorum pro omni triumpho positum per enallagen existimarunt. In Merseburgensi est, *neque regerentur magis quam ipsi regerent casus.* RIVIUS. — Vocem *casus* puto esse alienigenam et irreptitiam. Sic paullo post: *Agit atque habet cuncta neque ipse habetur.* COLER. — Quidam in suis MSS. libris dativum, *casibus*, deesse refert. Ego consentientibus antiquis libris, eum minime delendum censeo. In uno tamen MS. permutato verborum ordine legitur: *Neque casibus regenerentur magis, quam regerent casus.* C. POPMA. — Et hoc recte Carrio, iuxtaque praescriptum MSS. plerorumque Pall. Male editi prius, *neque regerentur magis a casibus, quam regerent casus;* aut, *neque regerentur magis a casibus.* videatur Rivius. nam Popmae libri sane aetatem suam verae musteam nimis turpiter detegunt, dum stant ab olim vulgatis. GRUT. — Spectat Auctor illa Artabani apud Herodotum VII. 49. αἱ συμφοραὶ τῶν ἀνθρώπων ἄρχουσι, καὶ οὐκὶ ὥνθρωποι τῶν συμφορῶν. Seneca de Consol. ad Marc. *desinat dolor qui perit, quare regamus, nec nos ista * vis transversos auferat.* Casus hoc loco, non τύχη, sed ἡ κατὰ τύχην ἔκβασις, συμφορά. unde Ammianus XV. 5. *moderatrix humanorum* casuum Fortuna. Vide Aristotelem II. φυσικῆς ἀκροάσεως. WASSE.

UBI PRO MORTALIBUS, GLORIA etc. Comm. *uti*, quod etiam in Pall. sexto, ac nono; neque divertit decimus, nisi quatenus expresserit

litera minus, *ut.* Grut. — Nostri et Oxonienses *ubi*, eleganter, pro *in qua magnitudine.* Plautus Asin. IV. 1. 21. *Ne illi sit cera*, ubi *facere possit literas.* Epid. III. 3. 1. *Non oris caussa modo homines aequum fuit Sibi habere speculum*, ubi *os contemplarent suum: Sed qui perspicere possent cor sapientiae.* et alibi. Terent. Eunuch. III. 20. *Sive adeo digna res est*, ubi *tu nervos intendas tuos.* et Heaut. IV. 6. 8. Adde Eutropium IV. 5. Horat. Sat. I. 3. 60. Virg. Eclog. IX. 60. Wasse.

## CAP. II.

Compositum ex corpore et animo. Lucilius lib. XXVI. *Principio Physici omnes homines ex anima et corpore constare dicunt.* Tertullianus lib. de poenitentia *ex corpore et spiritu* dicit. Coler. — Codex B. Pub. haec verba non agnoscit. Plutarchus in Quaest. Platon. pag. 1002. ea legisse videtur: *Ἐν ᾧ καίπερ ἡμῶν ἑκάστου συνεστῶτος ἔκ τε τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, μικρόν ἐστι τὸ ἡγεμονικὸν καὶ νοερὸν ἐν πολλῷ τῷ τῆς σαρκὸς ὄγκῳ κεκρυμμένον.* Pall. Digb. L. 3. B. Pub. omittunt *nostra.* Regio deest *omnia*; neque ea voce opus est, cum praecesserit, *res cunctae.* infra: *caeterum studia omnia nostra sicut a. i. s.* Servius ad Aen. IX. 96. Wasse.

Ingenii egregia facinora inmortalia sunt. Quae huc pertinent, congessimus ad Catilinarii cap. I. §. 3. Rupert.

Postremo corporis et fortunae bonorum etc. Tota ista periodo nihil fere dicit quam superiore: quod iterum moneo, ne nimiam auctoris brevitatem sitam putent magistelli nostri in parsimonia verborum. Grut.

Omniaque orta occidunt. Cassius Hemina: *Quae nata sunt, ea omnia denasci aiunt.* Sallustius igitur scripserit potius: *Omnia quae orta occidunt et aucta senescunt.* Sed hoc ab Epicuro sumsit Sallustius, et repetivit in Historia: *Orta omnia intereunt.* Sanctus etiam Cyprianus contra Demetr. *Haec sententia mundo data est, haec Dei lex est, ut omnia orta occidant, et aucta senescant; ut infirmentur fortia, et cum deminuta fuerint, finiantur.* Iunius Philargyrius ad illum versum Virgilii,

*Non alios prima crescentis origine mundi,*

sic scribit: *Si crescit mundus, deficit; in quo videtur secutus Epicurum, qui ait: omnia quae orta occidunt et aucta senescunt.* Quare de industria interpres Sallustii verba usurpavit, qui et ipse studio hoc ex hortis Epicuri suae historiae inseruit. Coler. — Nihil hic opus lectione codicis Rittershusiani, *omniaque orta.* cum clara sint omnia, et lectio vulgata magis cohaereat. Minucius Octavio: *Quis enim sapientum dubitat, quis ignorat, omnia quae orta sunt occidere, quae facta sunt interire.* Graecorum παροιμία: *Πᾶν τὸ γενόμενον κατθανεῖν ὀφείλεται.* Putsch. — Eryc. Putean. in lib. 1. Hist. Insubr. pag. 29. n. 1. et pag. 30. Rupert. — Marcus Imp. IV. 23. * *Ἐκ σοῦ, ὦ κόσμε, πάντα· ἐν σοὶ πάντα· εἰς σὲ* 8
*πάντα.* Cyprianus ad Demetr. *Haec sententia mundo data est, haec Dei lex est*, *ut* omnia orta occidant et aucta senescant, *et infirmentur fortia, et magna minuantur, et cum infirmata et diminuta fuerunt firmentur.* pro

*omnia* D. Augustinus Epist. VII. XXVIII. legit *corpora orta*, sed memoriae vitio. Vide Philargyrium ad Georg. II. Basilium Homil. VI. in Hexaem. Varronem de L. Lat. IV. pag. 18. Iosephum B. Iud. III. Wasse.

Animus incorruptus, aeternus. Ovid. lib. III. Tristium:

*— — — nil non mortale tenemus,*
*Pectoris exceptis ingeniique bonis.*

Vid. Lindenbr. ad Catull. pag. 326. Seneca Consol. ad Helv. cap. II. *Corpusculum hoc, custodia et vinculum animi, huc atque illuc iactatur: in hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc, morbi exercentur. Animus ipse sacer et aeternus est, et cui non possunt iniici manus.* Fr. Petrarcha de Remed. utriusque fortunae lib I. dial. 5. *Crede mihi, nullae tantae usquam corporum vires, quae vel labore immodico, vel morbo acri, vel cuncta vincente senio non frangantur. Infatigabilis et invicta vis animi est.* Denique huc pertinet adhortatio Taciti cap. 46. ad filiam uxoremque Agricolae: patris et mariti defuncti memoriam ita venerentur, *ut omnia eius dicta factaque memori mente secum revolvant, et animi potius, quam corporis eius, formam sibi contemplandam proponant.* Rationem sumit a collatione inter simulacrum vultus, et formam mentis. *Quamvis enim nolit intercedere imaginibus*, hoc est, quamvis obstare vel impedire nolit, quo minus imago Agricolae marmore aut aere fingatur: *tamen corporis illas imagines, animi formis longe postponendas esse, eo quod illae fluxae sunt et mortales, hae vero aeternae.* Rupert.

Rector humani generis. Ita Philosophi aliique *πανδημεὶ.* in primis autem Pythagoras: *῾ΗΝΙΟΧΟΝ ΓΝΩΜΗΝ στήσας καθυπέρθεν ἀρίστην, Ἢν ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ᾽ ἐλεύθερον ἔλθῃς, Ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.* Hinc Columella III. 10. *Videmus hominibus inspiratam velut AURIGAM* rectricemque *membrorum animam.* Hierocles: *ἡνίοχον γνώμην προσηγόρησεν, ὡς ἐφεστάναι πεφυκότι, τῇ τοῦ ὀχήματος εὐταξίᾳ.* Demosthenes Orat. Amator. pag. 162. *Ἅπαντα θνητά ἐστι, καὶ τῇ ΔΙΑΝΟΙΑι ΔΟΥΛΕΥΕΙΝ εἴωθε, τὴν δ᾽ ἘΠΙΣΤΑΤΟΥΣΑΝ μὲν τῶν ἄλλων, συνδιατελοῦσαν δὲ τοῖς ἔχουσιν, ὅλου ῾ΗΓΕΜΟΝΕΥΟΥΣΑΝ τοῦ βίου* etc. Cui loco geminus plane germanus exstat apud Isocratem Evag. pag. 388. Platoni vero *Νοῦς ἘΠΙΒΗΤΩΡ, τὸ θυμικὸν καὶ τὸ θυμητικὸν* eius quasi equi quos moderatur. Isidorus Pelusiota II. 107. *Χρὴ τὸν ΝΟΥΝ οἷα ΒΑΣΙΛΕΑ ἈΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ λογισμοὺς φοβεροὺς, καὶ πάντοθεν ὅπλοις πεφραγμένους πρὸς τὰς τῶν αἰσθήσεων καταπέμψας πύλας προαπαντησομένους, καὶ προλοχιοῦντας, καὶ εἴρξοντας τοὺς πολεμίους, καὶ μὴ πρῶτον συγχωρήσαντας τὴν εἴσοδον, ὕστερον ἀμφήριστον ἀναδέχεσθαι μάχην.* Terentius Hec. III. 1. *quia enim qui eos* gubernat animus, *infirmum gerunt.* Dominatur *corpore toto:* inquit Lucretius. Apuleius de Dogm. Pl. pag. 255. ed. Colvianae: *Animam vero animantium omnium non corpoream esse, nec sane perituram, cum corpore fuerit absoluta, omniumque gignentium esse seniorem: atque ideo et* imperare *et* regere *ea, quorum curam fuerit diligentiamque secuta: ipsamque semper et per se moveri*, agitatricem *aliorum.* Noster: animae imperio, *corporis servitio magis utimur.* quomodo citant Hieronymus adv.

Iovin. II. 8. et suppresso auctore Augustinus Epist. LXIII. Uterque, ut id obiter moneam, voces *commune cum* agnoscunt. Idem de Civ. D. II. 6. *Non in domo atque pecunia, non denique in ipso corpore, quod menti subditur, sed in ipsa mente, in ipso* rectore *carnis* animo. Vide omnino Cic. Tusc. II. 20. Chalcidium, Plutarchum Quaest. Platon. pag. 102. Lipsium Manuduct. Stoic. III. 19. Male itaque per voces *agit atque habet cuncta*, Crispinus intelligit vastitatem animae qua cuncta complectitur, quasi auctor non tam dignitatem et imperium eius quam memoriam celebraret. Wassr.

Agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. Sic Aristot.
περιέχει in Categoriis, et Cicero lib. IX. epist. ult. ad Famil. de Ari-
stippo Socratico Philosopho. Ciaccon. — Verbum *habet* et *habetur*
eodem, quo Graeci sensu, Sallustius usurpavit, apud quos notum est il-
lud Demosthenis: * ἔχω τὴν Λαΐδα καὶ οὐκ ἔχομαι. Ursin. — Et il- 9
lud Demosthenis: ἔχω τὴν Λαΐδα καὶ οὐκ ἔχομαι. vide Florum IV. 2.
Tacit. II. 10. Ovid. Met. *qui vos* habeoque regoque. et form. Aquil.
L. XVIII. H. de Acceptil. Ulpian. in L. Praetor ait H. *ne quid in
loco. Neque* usus est, non praecedente *nec*, eleganter Plaut. Amph.
*Quippe illi iniqui ius ignorant* neque *tenent*. vide Iug. LXXXVI. Caesar
B. Gall. V. 7. *si vim faciat*, neque *pareat*, *interfici iubet*. Metaphra-
stes: εἰ βίαν ποιήσειε, καὶ οὐ πειθαρχήσειεν, αὐτὸν ἀποκτείνειν ἐπιτείλας.
Wassr.

Dediti corporis gaudiis. Sic in orat. de Republ. ordinanda: *omissis pecuniae et corporis gaudiis*. Ciaccon. — Videri posset manasse a glossatoribus, *dediti corporis gaudiis*, nisi de industria opponeret *ingenio*. Grut.

Amplius aliud. Bodl. *aliquid*, male. Infra: *mortalium est*. abest L. 3. verbum substantivum. pro *per luxum* pessime Mart. *per lusum*. caeterum Accus. cum praepos. *per*, pro sexto casu eleganter. Ita Silius XIV. 454.

*— — — — bonus ille per artem*
*Crudo luctari pelago atque exire procellas.*

Wassr.

Incultu. Gifan. Ind. Lucret. in *Intactus*, et in *Non-sensus*. Rupert.

Variaeque artes sint animi. Est in manuscriptis et impressis vetustioribus, *tam multae variaeque sint artes animi*. id mollius est, alioqui sibilum efficit inamoenum et insuavem τὸ s in priore voce extremum, in insequente primum. Rivius.

Summa claritudo. Prima vox abest Regio, neque apud Tacitum aliosque Sallustianae dictionis aemulos invenitur. Hegesippus V. 53. *Nec dehonestare veteris indolis* claritudinem. Codices tamen retinent, idque rectissime. Sisennam ille sequitur, cuius λείψανα in calce Operis damus. *Quod fortasse ex voluntate sua*, summa *cum* claritudine *celeriter confecisset*. servat etiam Nonius pag. 82. Infra: *praeclara facies*. vide Isidorum Pelusiotam Ep. III. 143. pro *quoniam* Nonius pag. 82. habet

*quum praesertim.* et Palmerius ex Thosano pro *cupienda* reponit *competenda.* illum vide. WASSE.

## CAP. III.

VERUM EX HIS MAGISTRATUS. Multum in connexione horum sudat Andr. Schottus I. Quaest. Tull. XIX. qui liber, quum a mala manu subtractus sit, sententiam eius proponere nunc non licet. Mihi Sallustius hoc videtur velle: Inter artes animi nonnullae ad Rempublicam conferuntur. (*etiam in bello plurimum ingenium posse*, dixit in Catilinario cap. II. §. 2.) Sed ea est meo tempore sinisteritas, ut viro prudenti Respublica omnino deserenda sit. Si bene imperas, ecquod praemium virtutis habes? Si male, si per fraudem ius sive potestas est, quomodo tutus esse potes? quomodo honestus? Si bene imperas, necesse est unguem figere in ulceribus civium, quae quum iam vetera sint, diaeta curari non possunt, sed chirurgia opus habent. Ceterum chirurgia nunc uti, importunum est ac periculosum. Quis enim nescit, subitam hanc reformationem, uti nunc loquimur, excipere caedem, fugam, alia hostilia? Quod si vim nullam emendandis moribus adhibes, frustra eos incusabis; fatigaberis ac praeter odium nihil reportabis. Quamobrem minime cupienda est cura Reipublicae, nisi forte ad stabiliendam paucorum potentiam decus ac libertatem quis suam vult prodigere, impendere. Ita discussis verborum nebulis, apparet pulcerrimarum sententiarum lux; quarum prima: *fraude grassantes ad magistratus, neque tutos esse neque honestos.* Sic Curt. lib. X. cap. 1. §. 6. *Nulla potentia, scelere quaesita, cuiquam * est diuturna.* Hoc est, tuta sunt scelera ad tempus, non in perpetuum; quemadmodum et honesta, quamdiu tuta. Notum illud Senecae in Hippolyto:

*Honesta quaedam scelera successus facit.*

et in Hercule furente:

— — — *prosperum ac felix scelus*
*Virtus vocatur.*

Omnia haec ad tempus fieri solent; et tandem, qui scelus fecit, vel ab omnibus scelestus audit, vel scelus condigno supplicio luit. *Est enim profecto Deus, qui quae nos gerimus, auditque et videt:* ut ait ille. Secunda: *Vi regere patriam, quanquam et possis, et delicta corrigas, tamen importunum esse.* Sane non placet ob id L. Cornelius Sylla, qui interrogatus, quid ita armatus patriam peteret? respondit: *ἐλευθερώσων ἀπὸ τῶν τυραννούντων, ut eam a tyrannis liberem.* Melius Ambrosius II. de Off. cap. 2. *Adiuvat hoc quoque ad profectum bonae existimationis, si de potentis manibus eripias inopem, de morte damnatum eruas, quantum sine confusione fieri potest: ne videamur iactantiae magis facere causa, quam misericordiae, et graviora inferre vulnera, dum minoribus mederi desideramus.* Tertia: *extremae dementiae esse, frustra niti, neque aliud se fatigando, nisi odium quaerere.* Hanc multis illustravimus ad Catilinarii cap. LII. §. 4. Expressit autem Sallustius hic verba Platonis in epist. ad Perdiccam, quam Ficinus Dionis esse putat: *Ἐὰν δέ τις ἀκούσας ταῦτα εἴπῃ,*

*Πλάτων, ὡς ἔοικε, προςποιεῖται μὲν τὰ δημοκρατίᾳ ξυμφέροντα εἰδέναι· ἐξὸν δὲ ἐν τῷ δήμῳ λέγειν, καὶ συμβουλεύειν αὐτῷ τὰ βέλτιστα, οὐ πώποτε ἀναστὰς ἐφθέγξατο· πρὸς ταῦτ' εἰπεῖν ἔστιν ὅτι Πλάτων ὀψὲ ἐν τῇ πατρίδι γέγονε, καὶ τὸν δημον κατέλαβεν ἤδη πρεσβύτερον, καὶ εἰθισμένον ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν, πολλὰ καὶ ἀνόμοια τῇ ἐκείνου ξυμβουλῇ πράττειν. Ἐπὶ πάντων ἂν ἥδιστα, καθάπερ πατρὶ, συνεβούλευσεν αὐτῷ, εἰ μὴ μάτην μὲν κινδυνεύειν ᾤετο, πλέον δὲ οὐδὲν ποιήσειν.* Adde Ritt. lib. VI. Sacr. Lect. cap. 9. Quarta: *inhonestam et perniciosam lubidinem esse, potentiae paucorum decus atque libertatem suam gratificari.* Eam in Fratre suo Flavio notasse Arminium, observavimus ad Flori lib. I. cap. 26. §. 6. Hodie quantus numerus sumus, qui servitutem emimus, vel proprio iumento accersimus? Ex quo tempore cecidit Roma, calcatum orbis caput, florentissima regnorum moles sparsa, dissipata, floruimus Germani, artibus, viris, armis, opibus felicissimi, magnifici, superbi dicebamur: omnes loqui decus Germaniae, sed hoc in dedecus vertere mox ipsi properavimus. O quanta tyrannidis violentia, quanta suppliciorum imminet ferocitas! Ipsi carnifices nobis, ipsi rei sumus: ipsi fovemus, et amamus cruciatus nostros. Impositi enim sunt provinciis homines externi, sed a nobis: animis ipsis compedes iniecit callidum exitioque bonorum repertum genus, sed quos ipsi fabricavimus. Plura per eos non licet addere, qui ruinam gentis acerrimae in augmentum sui accipiunt. RUPERT.

IMPERIA. Noto *imperium* étiam Rempublicam dici. Glossarium: *Civile imperium*, *πολίτεια.*

CUPIENDA VIDETUR. Palmerius ex libro Thosano legit: *capienda.* Retineri tamen opinor salva et incorrupta Latinitate *cupiendi* verbum potest. COLER.

NEQUE ILLI QUIBUS PER FRAUDEM IUS FUIT. In manuscriptis duobus est, *quibus per fraudem is fuit.* pro, quibus honos per fraudem contigit. Exemplar Ascensianum et Beroaldinum, *quibus per fraudem concessum ius fuit.* nisi quis pro *imperio potestateque publica*, *ius* accipere velit. *τὸ utique* non habent codices in pergamenis descripti, tamétsi non me fugit, apud Ciceronem aliquoties hanc particulam reperiri, cum primis ad Atticum. sed et Merseburgense exemplar eam habet, et impressa cuncta quotquot ipse viderim. RIVIUS. — Sic omnes habent impressi libri, quos viderim, neque aliter manuscripti quidam. In uno perantiquo libro scriptum comperi: *Neque illis quibus per fraudem concessum ius fuit.* quam lectionem quamvis non probem, silentio tamen praeterire nolui, praesertim cum eam et Ascensianus et Beroaldinus codex agnoscant. CYPR. POPMA. — MSS. optimis principio fuit, *fraudem iis fuit*, correctumque inde, *is fuit*, aut *ius fuit*, vel certe, *vis fuit.* GRUT. — Non reiicienda emendatio, *quibus per fraudem is* (scilicet honor) *fuit.* RUPERT.

* TUTI AUT EO. Sic iterum iidem meliores, uti placuerat Carrioni, 11
non, *utique tuti aut eo*, quae mox attexta antiquitus cusis, ut et chirographis aetatis recentis. GRUT. — L. 3. Reg. Pemb. B. Pub. Bodl. γ. λ. Mart. Venet. *utique tuti.* B. Pub. vocem *ius* omittit, ut sit sensus:

neque illi quibus fraude partus honos. Et hoc est quod infra dicit cap. IV. *furtim et per latrocinia potius quam bonis artibus, ad imperia et honores nituntur.* Wassr.

Vi quidem regere patriam aut parentes. Sumsit hoc a Platone in epistola longa ad Dionis propinquos: *Πατέρα δὲ ἢ μητέρα οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι προςβιάζεσθαι, μὴ νόσῳ παραφροσύνης ἐχομένους. ἐὰν δὲ τινὰ καθεστῶτα ζῶσι βίον ἑαυτοῖς ἀρέσκοντα, ἐμοὶ δὲ μὴ, μήτε ἀπεχθάνεσθαι, μάτην νουθετοῦντα· βίαν δὲ πατρίδι πολιτείας μεταβολῆς μὴ προςφέρειν, ὅταν ἄνευ φυγῶν, καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν, μὴ δυνατὸν ᾖ γίνεσθαι τὴν ἀρίστην.* et ex V. de Legibus: *Πατρίδος δὲ οὔσης τῆς χώρας θεραπεύειν αὐτὴν δεῖ μειζόνως, ἢ μητέρα παῖδας.* Quam sententiam expressit idem Plato in Critone, his verbis: *Πανταχοῦ ποιητέον, ὃ ἂν κελεύῃ ἡ πόλις τε καὶ ἡ πατρὶς· ἢ πείθειν αὐτὴν, ᾗ τὸ δίκαιον πέφυκε· βιάζεσθαι δὲ οὐχ ὅσιον οὔτε μητέρα, οὔτε πατέρα, πολὺ δὲ τούτων ἔτι ἧττον τὴν πατρίδα.* Hunc Platonis locum Cicero cum significare vellet, sic ait in Epistola ad Fam. I. 9. *Id enim iubet idem ille Plato, quem ego auctorem vehementer sequor; tantum contendere in Republica, quantum probare tuis civibus possis: vim neque parenti, neque patriae adferre oportere.* Et libro I. de Republica apud Nonium: *Sed quoniam plurima beneficia continet patria, et est antiquior parens, quam si quis, ut aiunt, creaverit, maior ei profecto quam parenti debetur gratia.* Ald. Manut.

Et possis et delicta corrigas. Tollius ad Ausonium Ep. IV. 66. ex coniectura legit *prosis*, sed contra Codices universos. Arondel. voce auctior habet *possis* facere, unde palam est, interpretem illum haud agnovisse illud *prosis.* Praeterea sequitur, *frustra autem niti,* quod melius opponitur *τῷ possis.* *Corrigere* hoc loco, per tralationem, *emendare* penitus; plus enim valet quam leviter inflectere, ut ex Cic. pro Murena patet. et cum voce *emendare* apud eundem Acad. I. 5. Tacitum XV. 5. Capitolinum in Antonin. XXVII. Ammianum XV. 1. Sidonium Ep. IV. 23. Primario significatu valet, *inclinatum dirigere*, et, *rectum facere.* Cato de Re Rust. cap. 33. *Quae iam in perticam ibit, eius pampinos teneros alligato leviter*, corrigitoque *uti* recte spectent. Adde Columellam IV. 26. Macrobium Sat. II. 4. Plinius Ep. V. 21. *Invenimus qui* curva corrigerent. atque ita Seneca in *Ἀπολ.* Plinius Hist. Nat. VII. 20. *C. Milonem athletam, cum constitisset, nemo vestigio educebat: malum tenenti* nemo digitum corrigebat. VII. 52. *Conversione vulvae, quae si* corrigatur etc. et alibi saepe. Petronius pag. 191. *Sustulit phialam de terra: conlisa erat, tamquam vasum aeneum; deinde martulum de sinu protulit, et phialam otio belle* correxit. sic *corrigere aedificia* L. LVII. *D. locati Domum.* Cum praep. quae normam aut amussim denotet, utitur Varro de L. Lat. pag. 102. *una* corrigimus, *et* ad consuetudinem *communem*, *et* ad *aliorum Tricliniorum analogias.* Inde *rectus ad ingenium bonum*, idem apud Plautum valet atque, tali ingenio accommodum; aliter paullo idem Trin. I. 2. *Quin eam restituis? quin* ad frugem corrigis? *Corrigere* etiam figurate, pro *delere*, *expiare*, apud Iustinum XXXV. 2. *veterem patris* offensam *novis* meritis correcturi. Apud infimae Latinitatis auctores pro *regere* et *gubernare* aliquando venit.

Theodosianis temporibus, in Lepide quem exhibet Reinesius III. 63. visitur: CORRECTOR APULIAE ET CALABRIAE. Talem *Corrigidore* nominant Hispani, teste ad Ausonium Vineto. A. Victor Caes. XXXIX. *Is cum Venetos* correctura ageret. Tandem acceperunt et Graeci. Iustinian. Novell. *Κοῤῥεκτοριαὶ Ἀρχαί.* Maluit autem *ἐπιτροπεύειν* Eutrop. Metaphrastes IX. 9. Graeci veteres *ὀρθόω* et ex eo compositis ad hunc modum utuntur. Plato Polit. I. *Τὰ ἀλλότρια κακὰ μεταχειρίζεσθαι* * *ἈΝΟΡΘΟΥΝΤΑ.* 12 Aristoteles: *Οὐκ ἔστιν ἔλαττον ἔργον ἘΠΑΝΟΡΘΩΣΑΙ τὴν πολιτείαν τὴν διεφθαρμένην, ἢ κατασκευάζειν ἐξ ἀρχῆς.* Isocrates Archid. *Τὰς τοιαύτας συμφορὰς αἱ πόλεις ἐπανορθοῦνται πολιτείᾳ χρηστῇ.* Sensum hunc ita extulit Noster Fr. VI. 40. *Neque quisquam te ad crudeles poenas et acerba iudicia invocat, quibus civitas vastatur magis quam corrigitur.* Infra pro *neque aliud se* Aretinus Epist. IV. 4. *nec aliud se.* At longe elegantius D. Hieronymus Epist. CIX. *neque aliud fatigando*, omisso utroque, ut subintelligas *sese aliosque.* quomodo locutus est Auctor Iugurth. LXXVI. *Marium*, fatigantem *de profectione* etc. *domum dimittit.* ita libri omnes. Postremo huius sententiae auctor est, non tam Plato quam Pythagoras, qui, referente Stobaeo XXXVIII. *ἐρωτηθεὶς, πῶς δεῖ ἀγνωμονούσῃ πατρίδι προσφέρεσθαι, εἶπεν, ὡς μητρί.* Confer Hieroclem apud eundem pag. 228. et Xenoph. Memorab. Socrat. I. Iamblichus, quem nuper edidit Cl. Ludolphus Neocorus: *Παντοίων τε μάλιστα σοφῶν ἐπιήρανος ἔργων.* de Vita Pythag. Num. 176. *τὸ μένειν ἐν τοῖς πατρίοις ἔθεσί τε καὶ νομίμοις, ἐδοκίμαζον οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι,* (illi nempe qui ex Pythagorae Schola prodierunt, Charondas, Timaratus, Helicaon, Aristocrates,) *κἂν ᾖ μικρῷ χείρω ἑτέρων. Τὸ γὰρ ῥᾳδίως ἀποπηδᾶν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων νόμων, καὶ οἰκείους καινοτομίας, οὐδαμῶς εἶναι σύμφορον καὶ σωτήριον.* et infra: *Τὸν αὐτὸν δ' εἶναι λόγον καὶ περὶ τῆς ἑτέρας ἀρχῆς· οὔτε γὰρ οἰκίαν εὖ ποτε ἂν οἰκισθῆναι, μὴ ἐπάρξαντος ἀληθινοῦ ἄρχοντος, τῆς ἀρχῆς τε ἑκουσίως.* Huc pertinet eius Symbolum *Στέφανόν τε μὴ τίλλειν*, *τουτέστιν*, inquit Porphyrius, *τοὺς νόμους μὴ λυμαίνεσθαι.* illud item Plutarchi pag. 792. *ἡ πατρὶς καὶ μητρὶς πρεσβύτερα καὶ μείζονα δίκαια γονέων ἔχουσα.* Ciceronis: Patria *praestat omnibus officiis.* et Offic. I. *cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium caritates Patria una complexa est.* WASSE.

CAEDEM, FUGAM, ALIAQUE HOSTILIA. In vetere codice additur vox *incendia* etc. et legitur: *Caedem, fugam, incendia, aliaque horribilia.* et sic supra in Bell. Catil. dixit: *caedem, incendia, aliaque belli facinora.* CIACC. et URSIN. — Dictionem *incendia* hoc loco restituimus, librario properante, vel aliud agente, in omnibus editionibus omissam; eamque addendam esse intelliges, si praecedentia cum sequentibus conferas, et locum accurate totum excutias. C. POPMA. — Intrudi cupe- t Popma, *incendia*; annuitque ferme Ursinus ac Ciacconius. Verum um in nullo extet Pall. aliorumve, imo ne in editionibus quidem exoletis, valeat; adversatur sane menti auctoris, quicquid illi dicant, neque aquam auditum incendiis quem grassatum ad emendationem morum. GRUTER.

FRUSTRA NITI, NEQUE. Plato in Epistola ad Perdiccam, quam Ficinus Dionis esse putat: *Εἰ μὴ μάτην μὲν κινδυνεύειν ᾤετο, πλέον δὲ οὐδὲν ποιήσειν.* A. MANUTIUS.

SE FATIGANDO. Naz. *sese*, quod aptius sonat. GRUTER.

POTENTIAE PAUCORUM DECUS A. L. S. GRATIFICARI. Tacit. IV. *Odiis Seiani per decus suum gratificabatur.* CIACCON. — Illud *gratificari* varie exponunt Commentarii. Soldus coniungit, *libido gratificari*, et exponit, *libido gratificandi.* Badius addit in expositione sua verbum *velint*, quod nulli contextus habent; sed subiungit: *Si ordo hic est, Libido tenet gratificari, ponitur more Graecorum pro gratificandi, sin, Libido tenet gratificari, tenet* ponitur quasi pro *cogit.* Haec ille. Ego puto ordinem esse: *Nisi forte quem inhonesta et perniciosa libido tenet gratificari*, id est, gratis donare, *decus atque libertatem suam potentiae paucorum.* quasi diceret: quos iuvat fieri mancipia. GLAREANUS. — Gratificor Glossae προς-
13 χαρίζομαι, χαρίζομαι. Livius V. 9. *Neque enim eos aut vitae * ullo crimine alio, aut gesti magistratus quisquam arguebat; praeterquam quod* gratificantes Patribus, *rogationi Trib. intercessissent*, et casu adiuncto, ut apud Nostrum XXI. 9. *Ut praepararent suorum animos, ne quid pars altera* gratificari *pro Romanis posset.* Annales libri apud Plinium N. Histor. XXXIV. 6. *quod* campum *Tiberinum* gratificata *esset ea* (Suffetia virgo Vestalis) *populo.* Habes apud eundem XXI. §. 8. *gratificationem.* Hac voce pro *favere* aut rem *gratam facere* semper utitur Cicero. Vide L. XXII. §. *iubet.* D. ab L. Iul. de Adulter. WASSE.

## CAP. IV.

MEMORIA RERUM GESTARUM. Quae et *gesta* dicuntur. Vet. Glossarium: *Gesta, πεπραγμένα, χειρισθέντα, ὑπομνήματα.* Res gestas qui describebant, vocabantur *auctores rerum*, aut potius, ut ego apud Sallustium et Tacitum legendum crediderim, *actores rerum.* Glossarium illud, vere doctorum hominum deliciae: *Actuarius, ὑπομνηματογράφος.* Et *ὑπόμνημα, actum.* Non possum quin huc apponam et emendem eximium Tuberonis locum lib. I. apud Nonium: *Si quid a parentibus acceptum protinus antique memoriae tradiderunt.* lego: *protinus antiqui.* Tangit enim priscos illos scriptores, qui nimis creduli et faciles fuerint, et fabulosa quaeque memoriae tradiderint. COLERUS.

MULTI DIXERE. Non insuave quidem auribus Cod. Bongarsii, *quia multi multa dixere*, sed ambigas an id additamenti requirat contextus. GRUTER.

STUDIUM MEUM. Studium ex mente Ciceronis est, *animi assidua et vehemens, ad aliquam rem applicata, magna cum voluptate occupatio:* unde ad artes infinitas extenditur. Terent. *Ut animum ad aliquod studium adiungant, aut equos alere* etc. Studium linguae Propert. III. 20. Non ergo inepte reddunt Glossae *ἐπιτήδευμα*, quod ad canes transtulit Xenophon, *κύνας ἐπιτηδευομένας.* Plato etiam in Axiocho *ἐπιτήδευσιν* et *τέχνην* coniungit. Hunc Sallustii locum spectat Tacitus An. XIV. 43. *Non quia dubitarim super omnibus negotiis melius atque rectius olim provisum,*

*et quae converterentur in deterius mutari; sed ne nimio amore antiqui moris* studium meum extollere viderer. Unde suspicari libet illum non invenisse in suo libro vocem *laudando*. Idem de Hieronymo dictum velim. ita enim ille Praef. ad lib. de Nomin. Hebr. *Non quod* studium meum *insolenter* extollam. Neque eo pacto locutus alibi Noster, sed vel, *oratione*, *verbis*, *extollere*: vel simpliciter, *tollere*, *extollere*: vel denique *ad coelum tollere*, sine ablativo. At Codices receptam lectionem tuentur; quibus accedunt Auctor ad Herenn. lib. I. §. 5. *A rebus ipsis benivolum efficiemus auditorem, si nostram caussam* laudando extollemus. et Cicero Parad. *An quisquam in potiundis voluptatibus* gloriando *se et praedicatione* extollit. Idem fecere ac Sophistae: Themist. Orat. IV. *παραπετάσματα ποιεῖσθαι τὰς τέχνας*. contra Flacci praeceptum: Nec tua laudabis studia: *aut aliena reprendes*. Adde eundem in Harusp. Resp. et confer Polybium I. 1. quem sequi videtur Crispus, et Artemidorum in operis initio. Wasse.

Tanque utili. Palmerius ait in vet. lib. esse *tamque utibili*. Ita locutus Terentius in Phormione. Plautus Milite: *Magis ad rem non potest esse utibile*. Coler.

* Salutare plebem et conviviis gratiam quaerere. Acriter 14 perstringit servitia senatus. Romae, nisi per indigna, ad dignitates pervenire vix licebat. Id quod et Seneca alicubi significat, et hic locus Epicteti ingerit e lib. III. Dissert. 26. *Si militavero*, inquit, *liberabor malis omnibus. Militat igitur, fert ea, quae servus aliquis verbero: ac nihilosecius alteram tertiamque militiam postulat. Deinde cum ipsum Colophonem imposuerit, et factus fuerit ordinis Senatorii, tunc incipit servus esse: quum in curiam ingreditur, pulcerrimam servitutem servit.* Ceterum de istis sic iudico cum eodem Seneca: *Nulla est turpior, quam voluntaria servitus*. Rupert. — De Pompeio Magno Rutilius Rufus apud Charisium lib. II. *Pompeius elaboravit, uti populum Romanum nosset, eumque artificiose salutaret.* Vide Fragm. Histor. Vet. infra Tom. II. pag. 231. Haverc.

Conviviis gloriam quaerere. In MSS. est: *conviviis gratiam quaerere*. pro *colligere gratiam, et captare atque aucupari favorem et benevolentiam multitudinis, apparandis conviviis*. sed nec *gloriam* repudio, etenim apte sane quadrat. Quod si *gratiam* legere malis, id quod mihi magis arridet, ad liberalitatem et benignitatem opulentorum: sin *gloriam*, ad magnificentiam et splendorem spectabis; nam et qui convivia libenter exhibent, aut epulum vulgo dant, *gratiam*: qui laute et sumptuoso apparatu, *gloriam* consequi solent. Intelliges autem hunc locum de publicis conviviis, quibus multitudinis studium et amorem sibi homines ambitiosi conciliabant: qua de re Cicero in oratione pro L. Murena. Rivius. — Qui heic adducunt *gloriam*, tanquam germanum magis; parum attendunt aut historiis aut politicis. salutant plebem, convivia praebent, non assecuti culmen honorum, sed qui adhuc eo adspirant; a quibus admodum longe abest industriae illa proles gloria. et vero MSS. nostri primam scripturam mordicus tenent. Gruter. — Dixerat Sallustius in bello Iugurthino belle (si ita visum esset librariis, qui alii

aliud: plerique *gloriam*, aut *gratiam*; quidam etiam *amicitiam* inculcarunt): *Atque ego credo fore, qui, quia decrevi procul republica aetatem agere, tanto tamque utibili labori meo nomen inertiae imponent: certe, quibus maxima industria videtur, salutare plebem, et conviviis quaerere.* *Utibili* fuit in vet. cod. meo, et Musis gratia, cum bene fuit. Usi eo multi, in multis Terentius Phorm. IV. 4.

*Quid minus utibile fuit, quam hoc ulcus tangere.*

Sed quod coepimus, *conviviis quaerere*, est anquirere de apparatu: qui addit, depravat, et quod poterat esse venustum, vetat. Petronius Arbiter:

*— — Si quis sinus abditus ultra,*
*Si qua foret tellus, quae fulvum mitteret aurum,*
*Hostis erat; fatisque in tristia bella paratis*
*Quaerebantur opes, non vulgo nota placebant*
*Gaudia.*

*Quaerere opes*, Petronius dicit, quod audiri vult, protritas et proculcatas has aspernari. Neque alia sententia iis, quae mox sequuntur:

*— — in uda*
*Quaesitus tellure nitor certaverat ostro.*

Quod enim arbitreris *quaesitum nitorem* hic esse acquisitum; non, anquisitum: dixit ita quoque *quaesitissimas epulas* Sallustius, cum cogitaret accuratissimum paratum lib. II. Historiarum, de Metello Numidico: *Toga picta plerunque amiculo erat ei accumbenti: epulae quaesitissimae: neque per omnem modo provinciam, sed trans maria, ex Mauritania volucrum et ferarum incognita antea plura genera.* imitatus Cornelius Tacitus II. Annal. 53. *Excepere Graeci quaesitissimis honoribus, vetera suorum facta dictaque praeferentes, quo plus dignationis adulatio haberet.* Pro hoc nunc solum agnoscimus *exquisite:* sed ita tum erat, simplicia fere pro compositis malebant. Itaque aliter etiam quam recte factum ab iis, qui illo loco mutarunt. PALMER. — Palmerius expuncta voce legit, *conviviis quaerere*, nimis acute. COLER. — Morem tangit Livius I. 34. *Ipse quoque fortunam benigno alloquio*, comitate invitandi, *beneficiisque quos poterat, conciliando adiuvabat.* gratiam, hoc est, benevolentiam, suffragia, *their interest.* Cicero pro Murena §. 74. *Agit mecum austere, et Stoice*
15 Cato: * *negat verum esse* allicere benevolentiam cibo. Horat. Epist. I. 19.

*Non ego ventosae plebis suffragia venor*
*Impensis coenarum, et tritae munere vestis.*

unde salse Martialis:

*Quid tam grande Sophos clamat tibi turba togata?*
*Non tu, Pomponi; coena diserta tua est.*

Qui epulis capti erant, eos eleganter vocat Crates, συγκατανευσιφάγους. Adi Torrentium ad Sueton. in Aug. LIII. Claud. XXXIX. Lipsium ad Annal. Taciti II. Brissonium de Form. lib. VIII. caeterum et libri et Hegesippus Palmerii solertiam respuunt, hi omnes verbum repraesentant, ille vero nunc *fidem*, nunc *gratiam* retinet. sic IV. 4. *fallendi artifex, doctus* mendaciis fidem quaerere. I. 9. *Nihil tamen proficiebat ad colligendam* sibi gratiam. vocem *salutare* Pemb. ex II. manu tantum agnoscit, λ. in *conviciis*, sed ex manu correctrici. De salutationibus Seneca

Epist. III. *Priore illo verbo* (amico) *quasi publico usus es, et sic vocasti, quomodo omnes Candidatos*, bonos viros *dicimus, quomodo obvios, si nomen non succurrit*, dominos salutamus. ibi post *verae amicitiae* Codex B. Pub. inserit: *Errat ille qui amicum in atrio quaerit, non in convivio probat, nullum habet eius malum occupatus homo, et bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est.* Vincentius Bel. omittit *non*. agnoscit caetera. pro *et quales viri*, B. Pub. *aequales viri*, male. dein *et postea* non visitur in L. 3. et *audivi ego* L. 3. Ball. Bodl. Wasse.

Adeptus sim. Ita rursus nostri scripti, non *sum*, ut habent vulgati. Grut. — *Adeptus sim*. Ita MSS. Grut. ita nostri. Arond. *et quibus* omisso *in*. Wasse.

Maiusque commodum ex otio meo Reipublicae venturum. Iisdem temporibus eadem fere mens Cornelio Nepoti fuit. Quum enim roborata ambitione paucorum, tremenda omnia in oculis essent; mutatio, tyrannis, ruina; videret autem querelas, indignationes, probra, execrationes dominationi, et eius instrumentis, frustra intentari; Catonem in vindictam patrii moris, sine fructu exasperari; Tullium omnia eloquentiae, sapientiae, fidei officia in conatu irrito consumere: breviter, quum compertum haberet, nec silentio sanari, nec corrigi convitio, nec exterreri iracundia, nec questibus moveri molitores rerum turbidarum spiritus, idcirco, ut Caesares et Pompeios, et quicunque soli potius quam primi esse studebant, officii publici admoneret, exterarum gentium viros insignes ita descripsit, ut nec obscuraret, quibus patriae profuissent, nec dissimularet, quibus patriam afflixissent, quaeque in Reipublicae vel solidam laudem, vel secuturam, apud posteros, infamiam haberent, tanquam in luce humanae conscientiae collocaret: ut pulcerrime disserit elegantissimus Boeclerus in Comm. ad Cornel. Nepotem; ubi et dubitare se ait, annon hoc inventum, medium illud iter sit, *quo inter potentium ambitiones licet via pergere, nec abrupta per severitatem incessendi, qua accenditur dominandi cupido; nec declivi per adulationem, et silentium, quo Reipublicae negligitur studium. Obvia morum similitudine dum alios legunt, sibi occurrunt ipsi, et in censura exterorum, nec opinantes sua iudicari facta, intelligunt: nec timenda est indignatio. Vident enim vera narrari, non ludi fabularum colore: neque odio hic locus; sciunt enim ex officio historici fieri, quod demimus: solus pudor superest, et tacita conscientiae admonitio, quae, ut non semper ab incepto revocat audacia consilia, ita cautione nonnunquam temperat.* Haec Boeclerus. Tamen posse tempora incidere, quibus et huiusmodi institutum, odium et obtrectationem scriptori pariat, vel e Taciti lib. IV. Annal. cap. 33. §. 6. et §. 7. concludere licet, ubi veterum suique temporis historicorum conditionem comparans, *Antiquis scriptoribus*, inquit, *rarus obtrectator, neque refert cuiusquam, Punicas Romanasve acies laetius extuleris; at multorum*, * *qui, Tiberio regente, poenam vel infamiam subiere, posteri manent; utque familiae ipsae iam extinctae sint, reperies, qui ob similitudinem morum, aliena malefacta sibi obiectari putent. Etiam gloria et virtus infensos habet, ut nimis ex propinquo diversa arguens.* Rupert. 16

Nostrae praeclaros. *Nostrae* abest Digb. pro *praeclaros* Bodl.

L. 8. *clarissimos*, quomodo et Venetae 1470. 1478. sed alterum illud castius. Wasse.

Solitos ita dicere. Ita omnes MSS. nostri. amicus tamen meus putabat, aliquot verba cusa in officinis librariorum, iisque reiectis legendum: *solitos, cum maiorum imagines intuerentur, vehementer animo ad virtutem accendi.* non male quidem, si subvenirent membranae, neque altera lectio quasi testimonium exhiberet huius caloris. Gruterus.

Ad virtutem. MS. *virtutes*, melius. Et notant Grammatici Sallustio haec talia pluraliter usurpata, ut *paces*, *luces*, *famas*. absunt in mox sequentibus ab eodem codice illa *in sese*, quae salva sententia induci possunt. Putschius. — Imagines dedicatas soliti habere veteres, in variis aedium partibus; suorum quidem maiorum, ut notum est, in *atrio*, hoc est, celeberrimo aedium loco: eorum vero, quos amarent, in *cubiculo*: at viri docti, in *bibliothecis* veterum auctorum. De fructu Seneca Ep. 64. *Quidni ego magnorum virorum et imagines habeam*, incitamenta animi, *et natales celebrem?* Et lib. IV. de Benef. cap. 30. *Ut loca sordida repercussu solis illustrantur; ita inertes, maiorum suorum luce resplendeant.* Et hinc utilitatem studii Historici probat Sallustius: *Tantam vim habet*, inquiens, *non cera illa*, (e qua factas imagines multis docet Lips. I. Elect. 29.) *sed memoria rerum gestarum.* Cuius memoriae vitam esse Historiam, scribit Cicero II. Orat. 9. Eundem vero Historiae fructum tangit Plut. in Paulo Aemilio a pr. quum ait, *fas esse in ea* ὥςπερ ἐν ἐσόπτρῳ, κοσμεῖν καὶ ἀφομοιοῦν πρὸς τὰς τῶν ἄλλων ἀρετὰς τὸν βίον, *tanquam in speculo ornare et componere vitam tuam ad alienas virtutes.* Igitur hanc ob rationem, uti valde necessaria Principi Historia est, ita vel ob istam validissime, quod teste Polybio lib. I. *per eam, sine ulla noxa, id quod melius est, cernere unicuique licet. Misera est periculis facta prudentia*, inquit Plin. in Panegyr. cap. 66. Contra *feliciter is sapit, qui periculo alieno sapit*, verbis Plauti, in Mercatore; qui et in Persa Act. IV. Sc. 3.

— — *te de aliis, quam alios de te, suavius est*
*Fieri doctos.*

Cui succinens Tibullus Eleg. lib. III.

— — — — *felix quicunque dolore*
*Alterius disces posse carere tuo.*

Huiusmodi tutam viam calcabit, Historiarum studiis imbutus. Owen. lib. II. Epigr. 165.

*Historias versando peritus, id absque periclo,*
*Quod docti damnis experiuntur, habes.*
*Nec tam multa gravis rerum experientia longo*
*Tempore, quam parvo te docet, Historia.*

Plura de nobilitate, ac necessitate huius studii, te docebit Lipsius lib. I. Polit. cap. 9. Rupert.

Non ceram. Sic quoque MSS. at idem tentabat, *scilicet non cerae illam, neque figurae vim, sed* etc. Gruterus.

Crescere, neque prius sedari quam virtus. Vox *virtus* abundare videtur; nam in Vet. Cod. *adaequaverint.* Ciacconius. — Ita

uno ore tectorio MSS. itaque nihil adsuendum, nisi animus minime ne-
cessario incrustare auctorem. Gruterus. — Reg. *crescere fecit.* Lib.
3. omittit *antea.* et sic Venetae. et Balliol. vide Cic. pro Archia §.
30. et de Fin. V. 4. locum ita aemulatus est Auctor Passionis S. Pionii
apud Ruinartum pag. 123. *Referri oportere ac debere memorari sancto-
rum merita Apostolus praecipit, eo quod sciat, rerum gestarum memoria
egregiis* viris flammam in pectore crescere. Tacitus Agric. *Id filiae quo-
que uxorique praeceperim, sic patris, sic mariti memoriam venerari, ut
omnia facta dictaque eius secum revolvant, famamque ac figuram animi
magis quam corporis complectantur. Non quia* intercedendum *putem cum*
* *imaginibus, quae marmore aut aere finguntur: sed, ut vultus hominum,* 17
*ita simulachra vultus imbecilla ac mortalia sunt; forma mentis aeterna,
quam tenere et exprimere non per alienam materiam et artem, sed tuis ipse
moribus possis.* importune ibi *intercidendum* legit Ursinus. At illud alte-
rum longe elegantius: *intercedere cum imaginibus* idem est atque legi,
quae de imaginibus fertur, sese opponere et prohibere ne statuatur. Quo
sensu apud Livium habes: *Pronunciavit, Praetori non* intercedere Tribu-
nos, *quo minus sua potestate utatur.* Unde ex more Curiae, ubi inter-
cedere solebant eiusmodi concionales senes, usus voce Gellius, ipse La-
tinitatis retinentissimus: *Ne sibi* intercedamus, *quo minus suapte pote-
state uti liceat.* Ipse denique Tacitus Hist. I. 19. *Placebat et Laco-
nem, praetorii praefectum, simul mitti.* Is consilio intercessit. et LXXVII.
*Quorum* honori *ne Vitellius quidem victor* intercessit. Idem efferunt
Graeci vocibus ἀντειπεῖν, ἀντιστῆναι. Wasse.

Neque prius sedari quam virtus eorum famam atque gloriam adaequaverit. Et hoc loco illud *eorum* non omnes legunt. Sane ambiguum est, quo referendum, virtusne eorum, an famam atque gloriam eorum, coniungendum. potest enim ad utrumque referri. Badius etiam ita dubitavit, ut bis legeret *eorum*, quippe qui exponat: *Neque flammam illam sedari prius quam virtus eorum, scilicet, virorum praeclarorum, adaequaverit famam atque gloriam eorum, scilicet, maiorum suorum.* Quod non sequemur. Lector iudicet, et inveniet nos non temere dubitasse. Glar.

At contra, quis est omnium his moribus, qui non de vitiis et sumtibus, non probitate, neque industria cum maioribus suis contendat. In manuscriptis est: *quin divitiis et sumtibus*, pro *qui non!* et sic identidem Cicero hac particula utitur. Iam non *vitiis*, sed *divitiis et sumtibus* esse legendum, praeter antiquorum fidem, etiam Ascensianus codex indicat; coniunxit autem haec Sallustius alibi quoque; nimirum ad Caesarem de Rep. ordinanda: *Iuventus,* inquit, *probitati et industriae, non sumtibus neque divitiis studeat.* Rivius. — Videtur abundare vox *virtus*, adiecta ab expositore. nam in V. C. est, *adaequaverint.* Quod vero sequitur *ad inceptum redeo*, Tacitus lib. IV. sic imitatur, cum ait: *Sed ad incepta redeo.* Ursin.

Quin divitiis etc. Sic MSS. omnes aetatis robustae. nam adolescentiores *qui non divitiis*; certe in nullo comparet *de vitiis*, quod da

mnant antiquitas cusi, in quibus *qui non de divitiis.* Gruter. — Marckiani, Pemb. Bodl. *qui non*, ut et Venetae. Wasse.

Homines novi etc. furtim et per latrocinia. Quidam Ciceronem notari putant. Sed quomodo de eo, quantumvis inimicus, diceret: *per latrocinia*, qui in Catilina sua eum laude non privavit? Soldus *per latrocinia* exponit, *per ambitionem*. Badius vero: *occulta largitione*. Ego quid certo dicam, plane haesito: fieri autem potest, ut de aliis quibusdam loquatur, sceleratis inquam, quorum ea tempestate magna erat natio. Glar. — Poterat brevius, *homines novi antea per virtutem soliti nobilitatem antevenire.* Grut.

Furtim et per latrocinia. *Furtim* hic non est λεληθότες, sed per furta. Ita *furtim colligere* pro *furari* dixit Lucilius lib. XXX.
18 *Ruis haec et colligis omnia furtim.* Sed legendum ibi procul dubio: *Ruis aes et colligis omnia furtim.* quod imitatus Horatius: *Ruit aeris acervos.* Innuit autem Sallustius fures publicos, de quibus Cato apud Agellium in Oratione, quam de Praeda militibus dividunda scripsit: *Fures privatorum furtorum in nodo atque in compedibus aetatem agunt: fures publici in auro atque purpura.* Coler. — MS. quidam: *Furtim et quasi per latrocinia potius.* Ego, quamvis vulgatam scripturam non mutaverim, non tamen hanc damno. Cypr. Popma.

Perinde quasi praetura. Legendum *proinde quasi:* ut in manuscriptis est; quomodo fere semper apud Sallust. Rivius. — *Perinde* aeque ac *proinde*, ἀναφορικὸν τῶν adeo, atque, prout, uti, quam, quasi, tamquàm, apud Cic. Livium, Plautum, alios. utroque usus Noster. Tacitus An. XII, 60. *decreta eorum* proinde *haberi iusserat*, ac si *magistratus Romani constituissent.* ibi Pichena mallet *perinde*, sine caussa sontica, licet alterum hoc apud auctorem hunc longe frequentius occurrat. Terentius, quem hoc loco sequitur Crispus, habet *perinde: quin habeat quae quidem in homine dicuntur bona? Parentes, patriam incolumem, amicos, genus., cognatos, divitias, Atque* haec perinde sunt ut illius animus qui ea possidet: *Qui uti scit, ei bona, illi, qui non utitur recte, mala.* Neque aliter γ. λ. Ball. Bodl. vide Aristotelem in Nicom. V. 2. Idem fere Isocrates in Archid. pag. 186. *Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶν ἀποτόμως οὔτε κακὸν οὔτ᾽ ἀγαθὸν, ἀλλ᾽ ἂν χρήσηταί τις καὶ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς καιροῖς, οὕτως ἀνάγκη καὶ τὸ τέλος ἐκβαίνειν ἐξ αὐτῶν.* Idem Synesius de regno pag. 8. *Τὰ γὰρ θυραῖα τῶν ἀγαθῶν, ἅπερ ὀργανικὰ καλεῖν ἔθος Ἀριστοτέλει* etc. *ὑπηρετεῖν οἶδε κακίαις οὐ μεῖον, ἢ ἀρεταῖς. Ταύτῃ καὶ τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, καὶ ὅσοι γε ἀπὸ τούτων ῥύακες φιλοσοφίας ἐῤῥύησαν, οὔτε τῆς ἀμείνονος αὐτὰ προσηγορίας ἠξίωσαν, οὔτε τῇ χείρονι κατεδίκασαν, ἀλλ᾽ ὀργανικὰ καλοῦσι, ΝΥΝ μὲν ἈΓΑΘΑ, ΝΥΝ δὲ ΚΑΚΑ, ΤΑΙΣ ΤΩΝ ΧΡΩΜΕΝΩΝ ἙΞΕΣΙΝ αὐτὰ χρωματεύοντες.* Sensum quam verba retulit Philelphus Ep. IX. 1. *Haec autem omnia, quae corporis commoda appellant Stoici*, talia sunt, qualis est is qui utitur. Wasse.

Quasi praetura et consulatus atque alia per se clara sint. Homines virtute praestantes potius magistratui, quem gerunt, ornamento esse debere, quam magistratum ipsis, docuimus ad Iustin. lib. VI. cap. 8. §. 8. quae si non sufficiunt, habe tibi illud Plinii in Pane-

gyrico, ubi Consulatum sibi Traiani humeris attolli, et augescere videri, luculenta *προσωποποιΐᾳ* scribit, et paulo post Traianum ita compellat: *Sed iam tempus est, te ipsi consulatui praestare, ut maiorem eum suscipiendo gerendoque facias. Nam saepius recusare, ambiguam, ac potius illam interpretationem habet, tanquam minorem putes.* Adde Piccart. dec. XIV. cap. 9. Freinsh. ad Curt. lib. IX. cap. 6. §. 22. Rupert.

Piget taedetque. Omittit *taedetque* L. 3. male, retinet enim Mamertus lib. I. pag. 703. *Ego longiuscule quam volui praefatus sum, dum praesentium* piget taedetque. Brevius aliquanto Sulpicius Severus Hist. Sacr. lib. I. *taedetque, ad inceptum* redeo. sed *nunc ad* agnoscunt libri et ipse alibi Sulpicius, ut I. 1. et 29. Tacitus etiam Hist. II. 38. *sed me veterum novorumque morum reputatio longius tulit:* nunc ad rerum ordinem venio. *Altius processi, μικρὸν δὲ ἄνωθεν.* Themist. Orat. IX. pag. 190. et Orat. XV. pag. 354. *εἰ πόῤῥωθεν ἀγοίμην, καὶ ἐκ τῶν προοιμίων.* Confer Isidorum Pelus. Ep. II. 180. 183. et 293. Wasse.

Nunc ad inceptum opus redeo. In manuscriptis non est *opus.* sed et postea Sallustius, *Quamobrem ad inceptum redeo*, inquit. Rivius. — Sic infra: *quamobrem ad inceptum redeo.* Hoc etiam imitari voluit Tacit. An. IV. *Sed ad incepta redeo.* Ciacc. — Comm. *caeptum.* Grut. — *Ad inceptum opus* Venetae. * Ball. Sic infra. et Tacit. An. IV. dicit se 19
*redire ad inceptum*, et tamen in id non ingressus erat. sic *redire* dicitur *haereditas*, quae tum primum defertur. Terent. *Ea ad hos redibat lege haereditas.* Cato de R. R. Nunc ad rem redeam, *institutum principium hoc erit.* sic Plautus Poen. ait se velle ad argumentum remigrare, cum eius nullam prorsus partem attigisset. *remigrare* pro *migrare*, ut *reddere* pro *dare.* Vide Muretum Var. Lect. lib. XVII. cap. 14. Wasse.

## CAP. V.

Atrox, variaque victoria etc. Lib. 3. et semel Livius copulam non agnoscunt, quod bene faciunt caeteri. Et Hegesippus I. 1. *diuturnum ac frequens* variaque victoria fuit. *belli varii*, hoc est, interprete Plutarcho in Pompeio pag. 627., *τοῦ πολέμου πολλὰς ἰδέας ἔχοντος.* Qui alibi ad verbum, in Sylla opinor: *ἐν τούτῳ μεγίστῳ καὶ ΠΟΙΚΙΛΩΤΑΤΩι γενομένῳ.* Hoc sensu apud Homerum habes *ἑτεραλκέα νίκην.* vide Q. Septimium III. 16. Iustin. XLIV. 3. Virgil. Aeneid. XII. 43. Noster fortasse Polybium sequitur, qui ex rerum gestarum magnitudine, varietate, atrocia, formae regiminis mutationibus, in primis opus suum laudat Hist. I. pag. 17. Muret. — In quibusdam est *dehinc*, velut manuscriptis. qua particula Cicero quoque utitur. — Ita Pall. notae melioris, item Com. meus. Carrioni adlubescebat, *obviatum est*, proque eo iuniores deinde arma induerunt, tanquam pro Helena sua. sed ii profecto nondum norunt, quid ea distet ab Hecale. Gruterus. Rivii Merseburg. Florent. et Venetum Pincii. Aretinus in Fun. Strozae 242. *occurrere atque obviare.* Pemb. Marckii γ. et λ. B. Pub. Venetae. Martin. L. 2. 3. Bodl. Laud. Ball. summo consensu, *obviatum.* In facinus iurasse putes. Arondel. *obviatutus est.* Glossae: *obviat*, *ἀπαντᾷ*, *obvio*,

*ἐναντιοῦμαι*, *ὑπαντῶ*, *ἐντυγχάνω*. Marcellus lib. XXII. Digestorum: *De illo dubitari potest, qui, quod per Falcidiam retinere poterat, voluntatem testatoris secutus spopondit se daturum? sed magis est, ut non possit suae confessioni* obviare. D. XXIX. Tit. V. L. XX. Edictum Valentis Theod. et Arcad. Impp. Cod. III. Tit. XXVII. *quod verum est pessire iudicio, subiugamus Edicto, ut nullus parcat militi, cui* obviare *telo oporteat ut latroni.* habes autem *obviam itum* apud Ulpianum lib. VIII. de Officio Procos. Dig. XLVII. Tit. XI. L. VI. *Annonam adtemptare et vexare vel maxime dardanarii solent: quorum* avaritiae obviam itum est *tam mandatis, quam Constitutionibus.* etiam apud Iustinianum Cod. II. Tit. LVI. de Verborum subtilitate negligenda: *ut tantum non contradicat, sed ut etiam ea impleat*, quae obviam ire *non potest.* pro *obviare* antiqui fere *obvaricare* et *obvarare*. Ennius Achille: *Nam consiliis* obvarant, *quibus tamen concedit hic ordo.* vide Festum in voce, et Nonium, qui aliter capit. Vegetius III. 6. *ut cum hostis advenerit, reperiatur inferior, nec audeat* obviare. et sic Codd. MSS. Petrensis et Ioannensis. Macrob. in Somn. Scip. I. 6. *quae et superioris rapidis motibus* obviarent, *et inferiora omnia* gubernarent. et cap. 12. *Has solis portas Physici vocaverunt; quia in utraque* obviante *solstitio ulterius solis inhibetur accessio.* Martianus Capella lib. VIII. pag. 287. *Quod quidem etiam ut verum sit, meis non poterit rationibus* obviari. et Hegesip. lib. 6. sed et Orosius lib. IV. cap. 23. *quanquam* obviantem *asperitatem nequaquam expavescerem, si interioris spem acuminis invenirem.* et sic Codd. MSS. Ioannensis et C. C. C. denique hac voce usi sunt Hieronymus Epist. VI. Mamertus lib. I. 22. Beda III. 22. Hist. Angl. Sed *obviam itum* aevum Sallustianum sapit. et ita loquuntur eius aemuli, Tacitus, Q. Septimius, A. Victor in Epit. S. Severus V. m. 6. *se ei* obvium tulit. MS. *obviam*. et sic loquitur infra cap. 21. et Epist. III. Wasse.

Deinde quia tum primum superbiae nobilitatis obviam itum est. In quibusdam est *dehinc*, velut manuscriptis, qua particula Cicero quoque utitur. Rivius.

Obviam itum est. In Veneto, quod est a Pincio excusum, *obviatum* legitur, pro *obviam itum*, sed perperam videlicet; quamvis eodem modo et Merseburgense habeat, et Florentinum. Rivius. — Non erat cur hoc verbum *obviatum est* reiiceret Rivius, cum in optimis et vetustis libris legeretur. * Glossarium: *obviat*, *ἀπαντᾷ*. Coler. — *Obviam itum est*, quod Sallustio quam familiare, ex scriptis libris legendum est. Infra: *Obviam ire et commori hostibus. Obviam eundo periculis. Ite obviam iniuriae.* et locis pluribus. Neque vero *obviare* apud melioris aevi scriptores legere memini, etiamsi eo utatur Macrobius. Putsch.

Quae contentio divina et humana cuncta permiscuit. Hoc ambitionis ingenium est: nihil pensi habet. Eteocles apud Euripidem, in Phoenissis, cuius dictum Caesar semper in ore habuit:

*Nam violandum est ius, regnandi gratia*
*Violandum est; aliis rebus pietatem colas.*

Idem in Orat. ad matrem Iocastam: *Ego enim nihil, o mater, celans fateor, per astra ascenderem ad Solis exortus, et terram infra, si possem*

*efficere haec, Deorum maximam ut haberem Tyrannidem.* Sed et idem Eteocles apud Senecam Tragicum in Thebaide:

*— — — pro regno velim*
*Patriam, penates, coniugem flammis dare.*
*Imperia pretio quolibet constant bene.*

RUPERT.

DIVINA ET HUMANA CUNCTA. Pal. III. *humana omnia.* Bongars. liber *divina simul et humana.* nimirum illud *cuncta* est a mala manu, unde etiam in Pall. aliis non eodem constituitur loco. GRUTER. — Soli γ. abest *cuncta*, minus recte. nam in deditionum formulis servatur universalitatis nota eleganter. Plautus Amph. I. 1. 102. *Dedunt se*, divina humanaque omnia, *urbem et liberos, In ditionem atque arbitratum*, cuncti *Thebano populo.* Nec aliter Livius I. 38. VII. 31. Hanc formam servabant SC. Suetonius Iul. LXV. *Laudationis loco Cos. Antonius per praeconem pronuntiavit senatus consultum, quo* omnia ei divina simul atque humana *decreverat.* alias omittitur, ut apud Plautum Trin. II. 4. 78. Horat. lib. II. Sat. 3. L. 3. *divina cuncta et humana.* Quid vero per haec verba intelligi debeat, ipse docebit Plautus Amph. I. 1. *convenit*, inquit, *qui victi sint eo praelio, Urbem, agrum, aras, focos, seque uti dederent.* sequitur, Teleboas, qui victi erant, eo modo se in ditionem atque arbitratum Amphitruoni dedidisse, quo facturum se iurarant. hoc est, *divina atque humana omnia.* WASSE.

BELLUM ATQUE VASTITAS. Vasta sunt loca sola, incolarum vacua, testibus Servio ad Aen. I. et Festo in voce. eleganter ergo pro more Tertullianus lib. de Pallio II. *vastitas ingens et orba regio, et* frustra ager. Novo sensu pro *horrescere* invenitur apud Cic. de Nat. D. *Non patiuntur eam nec immanitate belluarum efferari, nec stirpium asperitate* vastari. Verum apud Nostrum denotat mortem et fugam civium. Quo significatu Attius: *Iam hanc urbem* ferro vastam *faciet Peleus.* Accius Astyanacte: *Propter te tot tantasque habemus* vastitates funerum. Glossae: vastitas, *κνίζα, κνίδη, πόρθησις, ἐρημία.* et vice versa: *κνίδη, vastitas, urtica* etc. At cum in iisdem supra *κνίδη* habeatur *κνήφη*, Auctor, non dubito, quin exscripserit Suidam; apud quem *κνήφην λοιμώδη* etc. *κνίδη βοτάνη.* quae verba non intellecta festinanti fraudi fuerunt. scribe ergo: *κνήφη, prurigo vastans. κνίδη, urtica.* Hegesippus V. 44. *Denuntiabat quoque ferro et igni gentis et regni urbisque ipsius* vastitatem *futurum.* Locus ita in editis concipitur: *Cometes passim ignis et gladii quandam praeferens similitudinem* etc. at quid illud *passim?* fallor? an rectius membranae B. Pub. et C. C. C. *Nam per annum ferme supra templum ipsum Cometes arsit, gladii quadam pendentis similitudinis denuncians quoque* etc. Huic emendationi favet Anacaeph. pag. 690. qui totidem verbis rem exponit. Firmat tandem Iosephus B. Iud. VII. 12. *Ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄστρον ἔστη ῥομφαίᾳ παραπλήσιον, καὶ παρατείνας ἐπ' ἐνιαυτὸν κομήτης.* Vox *arsit*, quam in *passim* librarii immutarunt, huic negotio propria est. Virg. Georg. I. *nec diri toties* arsere cometae. Cicero de suo Cons. Lib. de Divin. tremulos *ardore* cometas. Iulius Obsequens cap. 12. *Coelum* arsit. et XVIII. 5. Seneca Nat. Quaest. VII.

20. Liv. III. 4. *Studia civilia* heic non denotant *artes*, aut *studium iuris*, ut apud Tacitum Agric. XXXIX. An. III. 75. atque apud Horatium Civiles curae, undae, quas *ambitionis studia* vocat Cicero pro Murena; sed factiones et fori dissidia, quomodo locutus Cicero in Orat. pro Fonteio §. 8. *Si inimico testi credi non oportuit, inimicior Marcello Crassus,*
21 * *aut Fimbriae Scaurus* ex civilibus studiis *atque* obtrectatione domestica, *quam huic Galli?* Vide Nepotem in Attic. XVI. Nostrum Cat. XXVIII. Wasse.

Sed prius quam. Manuscripta quaedam *expedio.* quomodo Cicero quoque interdum; velut de Orat. *Sed prius quam illa conor attingere, proponam breviter* etc. et in Philipp. *Cui prius quam de ceteris rebus respondeo, de amicitia pauca dicamus.* Rivius. — Citat Valla I. 28. Wasse.

Quo dux Carthaginensium. In MSS. est *Carthaginiensium*, quomodo et alias fere in iisdem. Vult autem et Priscianus *Carthaginiensem* dici. lib. IV. Sed et Ennianus ille versiculus, quem Cicero alicubi citat, cum Prisciano facit: *Hostem qui feriet mihi erit Carthaginiensis.* nisi quis hoc metri ratione excusatum velit. Sic infra Sallustius: *Victis Carthaginiensibus.* et: *bello Carthaginiensi.* Item: *Syphacem et Carthaginienses.* Eodem modo in Catil. *Cum saepe Carthaginienses in pace* etc. Rivius. — Sic semper Palatinus Naz. ac Comm. noster *Carthaginiensium*; cum tamen ceteris locis stet ab scriptura altera. quod adnoto curiosiorum gratia. Gruter.

Post magnitudinem. Id est, *non contentus Romanorum gloriam proculcasse.* Crispinus. quasi dixerat: *Hannibalem, fama nominis Romani excisa, ad opes Italiae denuo viam affectasse.* Τοὺς πόδας εἰ Κρισπῖνος ἢ τὰς χέρας εἶχ' ὁλοκλήρους, Οὐκ ἂν τὴν κεφαλὴν εἶχε τοαῦτα γράφων. *post magn.* hoc est, *ab initio magnitudinis Romanae.* sic Iug. V. *post hominum memoriam* pro, ex quo memoria hominum coepit. et Cat. XIX. *post conditam urbem pessimum facinus patratum foret,* hoc est, *ab urbe condita.* Graece dixeris, ἀφ' οὗ γέγονεν ἡ πόλις. Hac forma Lucilius Sat. IV.

*Samnis spurcus homo, vita illa dignu' locoque*
*Cum Placideiano componitur, optimus ille*
*Post homines natos gladiator qui fuit unus.*

Wasse.

Cui postea Africano cognomen ex virtute. Ita fuit apud antiquos heroas Romanos: nam et Plut. in vita Pompeii commendat hoc nomine priscos Romanos, quod eiuscemodi appellationibus, et vocabulis, non militares modo remuneraverint palmas, verum etiam actiones et artes urbanas. Quomodo duos idem Populus, ob merita publica, Maximos dixit, Valerium et Fabium Rullianum. Ars nec hodie vel inusitata, vel illaudata, si virtutis praemia, si salus patriae spectetur. In aliis, honoris umbra et suamet vanitate monstratis, Arminius aliquis, apud Tac. Annal. I. 9. haud immerito *vilia servitutis pretia* dixerit. Bern. in Suet. Aug. cap. IV. Posterioribus autem cognomina placebant ex ambitione. Livius dec. III. lib. X. c. ult. sub f. ubi de hoc ipso Africano,

*Primus*, inquit, *hic imperator nomine victae a se gentis est nobilitatus: exemplo deinde huius nequaquam victoria pares, insignes imaginum titulos, claraque cognomina familiae fecere.* Hodie eadem fere, circa titulos, et honorum vocabula, dementia est, *dum multi titulos patrimoniis emunt, splendidos quidem, sed omni re vacuos*, quique non ad aliud utiles sunt, quam ut, quod ex patrimonio reliquum, devorent. In Italia quidem et Hispania eo ineptiarum ventum est, ut cum eiusmodi par, negociorum aut officii causa, congressum parant, prius nunciis hinc inde commeantibus, de mutuis titulis et cerimoniis, quibus utantur invicem, conveniant.

*O curas hominum! o quantum est in rebus inane!*

Quin nec Optimus Maximus Deus singulari titulo appellari hodie potest, quem non hominum sibi ambitio arrogaverit. Dixeris haec apud literarum rudes tantum esse? sed falleris; quum et in litteratorum ordine permultos reperias, qui *Clarissimi* titulo, magnis olim principibus indito, minime contenti sunt, nisi et hodiernorum Principum, maximorumque bellicorum Ducum, * *Excellentias* ferant. Sufficiebat olim Livio, Poly- 22
bium *Auctorem haudquaquam aspernandum* dicere; satisque erat Apuleio, Quaestorem publicum, et Senatoria dignitate fulgentem, *Virum ornatum* appellare. Nunc aliter res habet. Ego certe novi, qui Principum familiaritates, et officia, etiam cum amisissent, in titulis loquerentur; quod hominum genus nulla quisquam affecerit iniuria, si in eorum censum reiiciendum dicat, qui falsos triumphos ementiuntur, vel de falsis pugnis ad tribunum referunt. Sapientibus, omniumque vanitatum inimicis, placebit illud factum Alexandri Severi, cui, cum more Romano omnes cumulatim tituli tam a Senatu, quam a populo deferrentur, modestissime responsum scribit Lampridius: *Displicet primum aliena adsumere, deinde gravari me vestra benevolentia sentio. Haec enim insignia nomina onerosa sunt.* Mox subiungit idem historicus iudicium suum: *Multo clarior visus est, alienis nominibus non receptis, quam si recepisset, atque ex eo constantiae ac plenae gravitatis famam obtinuit.* Rupert.

Capto Syphace. De Syphace et Masinissa adeas Polybium XIV. Livium XXIV. XXVII. XXX. etc. Plutarchum in Sertorio pag. 572. Orosium IV. 9. Florum II. 15. 3. Apuleium in Apol. I. pag. 323. Appianum Pun. pag. 106. qui Masinissae fidem dubiam fuisse narrat. Valerium Max. V. 2. Wasse.

Magnum, atque late imperium valuit. Dictio postrema, si, tanquam occuparetur a scabie, uncis includeretur, nihil auctori decederet. Grut. — Arond. L. 2. Venetiis excusi 1470. 1478. *latum*. interpres ad Marckii γ. id est, *magnifice*. vox *magnum* adverbii vim habet. Plautus Mil. III. 2. *Eho an dormit Sceledrus intus? L. non naso quidem: Nam eo* magnum clamat. Gellius V. 9. *Repente in eum, qui id faceret*, magnum inclamavit. Virg. Aen. IV.

*Tu* secreta *pyram tecto interiore sub auras*
*Erige.*

Vid. Vossium de Construct. cap. 61. Cicero voce *permultum* de iisdem

usus est pro L. Manil. §. 54. *Carthaginiensium, qui* permultum *classe maritimisque rebus* valuerunt. Virgil. Aen. I. 753.

*Nec non et vario noctem sermone trahebat*
*Infelix Dido, longumque bibebat amorem.*

Ruaeus, *sensim.* imo *multum* vel *diu.* ut Eclog. III. 76. vel *magnopere* ut Aen. III. 48. ibi pro *plausum* Sarisber. MS. Petr. Ies. Pemb. Codex Rom. Mediceus, alii: *ingeminant plausu.* et Silius XVI. 336.

*Conclamant plaususque fremunt.*

Verum ut revertar, Virgil. Georg. III. 27.

— — — *magnumque fluentem*
*Nilum.*

Claudianus in Ruffin.

— — — *Sic fata, cruentum*
*Mugiit.*

Statius Theb. III. 290.

— — — *Quod filia longum*
*Reptat.*

quo in loco idem de Venere et Marte:

*Haud mora, dissiluit curru: clypeoque receptam*
*Laedit in amplexu.*

Stultissima lectio, inquit immensae lectionis homo, Caspar Barthius, homo tamen, ut ex hoc lapsu patet. *Quam enim gratiosum amatorium officium, in quo laesio ulla sit amati corporis? legendum ergo* illigat. At Codd. Ioan. Arond. B. Pub. quos inspeximus alterum illud asserunt, idque rectissime. Horatius I. 13.

— — *Dulcia barbare*
*Laedentem oscula.*

Lucretius:

*Quod petiere premunt arcte, faciuntque dolorem*
*Corporis, et dentes inlidunt saepe labellis:*
*Osculaque adfigunt, quia non est pura voluptas:*
*Et stimuli subsunt qui instigant laedere id ipsum.*

Videantur Achilles Tatius lib. II. pag. 147. Eustathius de Ism. Amoribus IV. 38. Aristenaetus Epist. I. 16. Nobis alio properandum. Wasse.

Quascumque urbes et agros manu ceperat. Legendum *urbeis.*
23 quomodo in impressis quoque * vetustioribus. *manu ceperat*, pro *pugnando ceperat*, ut alibi idem loquitur. T. Livius III. ab U. C. *Quem agrum miles pro parte virili manu cepisset, eum senex quoque voce qua una posset vindicaret.* Rivius. — *Manu capere*, est, *vi et armis quaerere.* quomodo et Virgilium interpretor Georg. III. 31.

*Et duo rapta manu diverso ex hoste trophaea.*

non per legatos, sed proprio Marte, inquit Ruaeus, sed fallitur. Idem VII. 603.

— — *Cum prima movent in proelia Martem:*
*Sive Getis inferre manu lacrimabile bellum,*
*Hyrcanisve, Arabisve parant.*

Quid? annon per legatos etiam? Non hercle crediderim. quid? annon bella intelligit poeta qualitercunque administrata et quibusvis auspiciis? Certe. Pompon. de Orig. Iuris II. *omniaque* manu *a Regibus gubernabantur*. et Noster infra cap. 106. Nazarius Paneg. XXI. *Quum introitus* vi, manu, *quaereretur*. ita recte distinguit Cellarius. Noster Catil. XXXV. *Non* manu *neque* vi. at Cicero fere copulam adhibet. in Verrem I. §. 57. *vi* et *virtute capta*. II. Catil. §. 14. *vi* et *minis*. VI. Verrin. §. 4. *Cum* vi consilioque *cepisset*. §. 12. *vi custodiisque*. §. 14. *vi ac metu*. et in Verrem I. 82. VI. 57. 68. pro Milone §. 73. hoc est, *αὐτόχειρ* et *αὐτουργός*. pro *manu capere*, Aeschines in Timarchum ait: *Τοὺς ἐν ΧΕΙΡΩΝ ΝΟΜΩι τὰς πολιτείας καταλύοντας*. interposita praepositione: ad *vim*, ad *manus*, ad *arma confugere*. sed non semper. Verrin. VI. 56. Olympum vi, copiis, consilio, virtute *cepit*. de Harusp. Resp. 58. Cn. Pompeium vi, ferro, *domum compulit*. pro Sext. 85. *Omnia clamore, concursu*, vi, manu, *gerebantur*. Caeterum vox *manu*, pro *manu propria*. Lampridius Severo V. *Quum ipse cornua adiret, sub ictu teli versaretur*, manu *plurimum* faceret. WASSE.

SED IMPERII, VITAEQUE EIUS FINIS IDEM FUIT. *Sed* hic non est adversativa. Vult Sallustius, fuisse felicissimum, ac Romanorum gratia haud unquam excidisse, quae Reges alios ut plurimum deseruit, v. g. Eumenem Pergamenum, Regem Asiae, quem de Romanis bello Antiochi, Philippi Aetolico aliisque compluribus, praeclarissime meritum, parum abfuit, quin ditionibus spoliarent, ut Livius prolixe memorat. RUPERT.

FINIS IDEM FUIT. Vox *fuit* superflua videri queat. GRUT.

DEINDE MICIPSA FILIUS EIUS REGNUM SOLUS OBTINUIT. *Τὸ eius* non est in vetustis, nec in manuscriptis ipsis; et ex glossa irrepsisse videtur. In eisdem *Dein* legitur. in Merseburgensi, *Dehinc*. RIVIUS. — Pro *obtinuit* Reg. *habuit*. Hegesip. II. 13. huc respexit: *Nec tamen is* finis vitae *Hyrcano*, qui potestatis *fuit*. WASSE.

MASTANABALE. Cum superiore anno Sallustium, veterum librorum ope a me emendatum emitterem, praecipueque in eo adiutus essem antiquissimo Fulvii Ursini libro; eum ita diligenter inspexeram, nihil ut oculos meos effugisse arbitrarer. Sed cum postea eundem librum evolverem, cum alia multa minime negligenda secus in eo libro scripta animadverti, tum vere hoc nomen, *Mastanabale*, non *Manastabale*. et cum antiquo libro Carisius consentit, qui lib. I. de Nominibus in *al* terminatis: *Si qua*, inquit, *masculina inveniuntur, haec barbara sunt, ut Hannibal, Adherbal, Mastanabal*. A. MANUT. — Com. et Naz. una cum. Pal. sec. triga videlicet codicum fideliorum, *Mastanabale*, non heic modo, sed et mox infra. GRUT. — Antea *Manastabile*. Fulvii Ursini liber, quo usus est Manutius, illud alterum exhibet. sicque Gruteri Com. Naz. Pal. II. et e nostris Marckii λ. *Mastabile* et supra *ma* habet *na*. et infra clare, *Mastanabilis*. atque ita codex Laudi et Charisius lib. I. pag. 13. *Micipsa*, adeo celebre nomen, ut *Micipsarum* posuerit pro *Numidarum* Iuven. V. 89. habes etiam *Manastabilem* apud Epitomam Livii lib. L. *διέκρινεν* etc. *Μαστανάβᾳ* etc. *δικάζειν τοῖς ὑπηκόοις τὰ ἀμφίβολα*. Appian. B. Pun. pag. 64. infra cap. LXIX. Marckii λ. *Mastanabas*, et

24 sic primitus γ. postea factum * *Manastabas.* ad eandem formam *Mastanesosi* apud Ciceronem in Vatinium §. 12. *in regno Hiempsalis ? fuerisne in regno* Mastanesosi? WASSE.

QUEM MASINISSA. Illud *quem*, non Iugurtham, sed Manastabilem referre quidam putant: ideoque alteram lectionem, quam habent vetustiores codices, non putant reiiciendam, quae ita habet: *Iugurthamque, filium Manastabilis fratris, quem Masinissa, quod ortus ex concubina erat, privatum reliquerat.* intelligamus Manastabilem, Micipsae fratrem, ex concubina ortum, non Iugurtham, neque obstare quod postea dicit auctor, *Hiempsalem etiam antea Iugurtham despexisse, quia materno genere impar erat.* id enim intelligi de genere, quod a matre traxerat parens Iugurthae, et in ipsum deinde Iugurtham etiam derivatum. nam qua, inquiunt, alioqui ratione Masinissa Iugurtham in imperium posuisset, nepotem cum filiis? Commentatores vero de Iugurtha intelligunt. Ipse Lector iudicet. nam ego me hic non prorsus explico. GLAR.

QUOD ORTUS EX CONCUBINA ERAT. In MSS. aliisque vetustioribus, *quod ortus*, tametsi eodem sensu. RIVIUS. — Ad hoc parum referre putat nescio quis apud Euripidem in Andromache: *ὀνόματι μεμπτὸν τὸ νόθον, ἡ φύσις δ' ἴση.* hoc est, interpr. Cantero, *nomen nothi culpatur, est natura par.* RUPERT.

EODEM CULTU. Sensu tantum retinuit Q. Septimius I. 1. *Neque minus quam regios educaverat.* pro *reliquerat* Pemb. B. Pub. γ. λ. Venet. 1470. Digb. *dereliquerat.* Diomedes pag. 332. *pollens v. d. f. s. m. m. i. v.* omittit. uti et Macrobius 474. ubi etiam pro *ad hoc* legit *idem*, male. et *m. de se loqui.* Locum ob oculos habuit Septimius I. 14. quem vide. Hegesippus I. 22. *Eo cultu quo liberos domi habuit.* Digb. tantum abest *suos*, immerito. infra: *ingenio validus.* Ita libri: malim autem *ingenii.* Quam constructionem sequitur Nostri maxume aemulus Ambrosius Epist. IX. 70. *Sampson* validus *adhuc* consilii. Tacitus An. XV. 35. *ut genibus principis accidens, prosterneret incautum, premeretque*, animi validus, *et corpore ingens.* et Hist. II. 19. idem tamen *ingenio validus*, Hist. I. 57. WASSE.

## CAP. VI.

DECORA FACIE. Quam interpretor non venustatem muliebrem, sed *formam principe viro dignam*, ut loquitur Tacitus IV. Annal. 15. *Dignitas vero formae* in viro idem quod *pulcritudo* in femina, ut observat Agroetius, e Cic. pro Coelio: atque ita Iac. Cuiacius interpretatur *dignitas certa*, apud Papirium Iustum L. pen. ff. de Decurion. Vell. Paterc. de Pompeio lib. II. cap. 29. *Fuit hic forma excellens, non ea qua flos commendatur aetatis, sed ex dignitate constanti.* Vide Cas. ad Suet. Claudium cap. 30. Bern. ad Plin. Paneg. IV. 7. Talem autem faciem, in imperante, non magnopere requirendam esse, videri queat, quum eodem Tacito teste I. Hist. 7. *non sapientum, sed vulgi mos sit, Imperatores forma et decore corporis comparare.* et ut est apud Curt. lib. VI. cap. 5. *fere tantum hominibus barbaris, in corporum maiestate, veneratio sit, ma-*

*quorumque operum non alios capaces putent, quam quos eximia specie donavit, natura dignata est.* Verum neque vulgi vulgare nec barbarorum barbarum istud indicium est. Quamvis enim *Imperium in virtute esse, non in decore,* dixerit Alex. Severus apud Lampr. cap. 33., tamen *addit virtuti forma suffragium*, eo, quod *augustissima quaeque species plurimum creditur trahere de coelo*, verbis Pacati in Panegyrico. Adde Freinshem. in d. Curtii locum §. 29. RUPERT.

NON SE LUXU ATQUE INERTIAE. Volumen Fabricianum, *non se luxu neque inertiae*, pro *luxui*, * quomodo veteres loqui consuesse annotavit lib. IV. Gellius cap. 16. Hinc Terent. *Vestitu nimio indulges.* pro *vestitui.* et Virgilius: 25

— *Teque adspectu ne subtrahe nostro.*

pro *adspectui.* et:

*Quod nec concubitu indulgent.*

et:

*Parce metu, Cytherea.*

Sed et Caesarem in Anticatone *dominatu* pro *dominatui* dixisse ostendit. et alibi *ornatu* pro *ornatui.* Tacitus III. *Per cultum et munditias, copiaque et affluentia luxu propior.* pro *luxui.* et 14. *Cruciatu aut praemio cuncta pervia esse.* pro *cruciatui.* RIVIUS. — Ita recte Agellius. Sed videndum an rectius legatur: *luxu atque inertie.* Sic *desidies, prosapies, amicities* apud Lucret. Catonem et alios veteris prosapiae scriptores. Sed Lucretii ille versus vulgo est corruptus; quem ex vet. cod. sic lego:

*Tunc et amicitiem coeperunt iungere habentes.*

Lib. V. Diomedes quoque notavit *Provinciem.* COLER. — Ita et Pall. fidei minime controversae, non *luxui*. quod extat in aliis, adfictumque etiam postea Nas. ac Comm. a dextra correctoris corruptrice. GRUT. — In MSS. Tacitus in III. Annal. *luxu propior.* et XIV. *Cruciatu aut praemio cuncta pervia esse.* RUPERT. — Atque ita fere nostri: at *luxui* Diomedes pag. 332. Macrobius 474. *luxuriae.* Demosthenis verbis: *Οὐκ ἐπὶ τὸ ῥαθυμεῖν ἀπέκλινεν.* Olynth. I. WASSE.

CORRUMPENDUM DEDIT. Talis animi vigor igneus nunquam cessare patiens, omnibus celsis, et supra hominem naturis, ingeneratus est, ut docet Virdungus ad illa verba Taciti ex Agricolae vita cap. 18. *Quippe cui ingredi provinciam* etc. Talis Octavianus Caesar apud Nicol. Damasc. in Exc. Peir. pag. 484. Scipio Aemilianus apud Polyb. in iisdem pag. 152. Adde eund. Nic. pag. 488. RUPERT.

EQUITARE, IACULARI. Servius haec recitans lib. II. Aeneid. *equitari* videtur legisse. hic ego nihil pronuncio, contentus diversam lectionem ostendisse. A. MANUT. — Vid. Strabo lib. XVII. Livius lib. XXXIII. lib. LIV. COLER. — Diomedes pag. 332. *iac. eq.* Macrobius *et iaculari*, male. A lectione vulgata stant omnes MSS. et Servius pag. 153. Caeterum non inepte coniungit Auctor *iaculari* et *cursu certare*, cum quia cursus inter *fera moenera militiai*, ut ait ille, ponitur, tum quod cursu intentantis ictus nisusque adiuvatur. Eius rei testes affero Tacticos, qui ideo sex pedum spatio distare milites inter se invicem vo-

lunt, ut maiore vi spicula sua contorqueant. Liber de Re militari Ciceroni falso adscriptus pag. 503. *Vehementius enim cum saltu coriisque tela mittuntur.* Quin dele ocyus illud *coriisque*, vocem nihili, eiusque loco ex Vegetio repone *cursuque*. Eodem loco pro, *hi ad invicem*, lege, *hi enim ad vicem*. Sed morem hunc altius repetemus. Herodotus VI. 112. *Πρῶτοι μὲν γὰρ Ἑλλήνων πάντων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, δρόμῳ ἐς πολεμίους ἐχρήσαντο.* Livius XXXIV. 39. *cum* procursu *quo plurimum* concitantur tela. Tacitus An. II. 21. *Sed genere pugnae superabantur; cum ingens multitudo artis locis, praelongas hastas non protenderet, non colligeret, neque* adsultibus *aut velocitate corporum* uteretur. Confer An. XII. 35. Hist. I. 79. Polybium pag. 1389. Recte ergo Pompeii consilium reprehendit Caesar, rei militaris scientissimus, qui in pugna illa decretoria suos in procinctu atque vestigio stare, atque ita hostem expectare praecepit. Caesaris rationem ita reddit Plutarchus in Pomp. pag. 656. *τῶν τε γὰρ πληγῶν τὸν ἐξ ἐπιδρομῆς τόνον ἀμαυρῶσαι.* Confer ipsum Caesarem de B. C. XCII. Infra: *cum omnis gloria anteiret*. Donatus ad Andr. I. 1. omittit *omnis*. L. 3. *gloria ante omnis iret*. bene: ita Noster Catil. LXII. Tacitus An. XIII. 54. Wasse. — Vide notam ad Historiar. fragm. incerta cap. 4. Vid. Bern. in Agr. Tac. Q. 172. Rupert.

Et cum omnes gloria anteiret etc. Legendum *omneis*. quomodo et Donatus in Andriam citat, ut est in vetustis exemplaribus. Rivius. — Ratio sequitur, *quia plurimum faciebat, et minumum ipse de se loquebatur*. Est haec conditio plurimorum, qui res magnas sub Regibus gessere, ut ad extremum, aut in offensa, aut in exigua gratia sint. De Philippi animo in duces ac praefectos suos, videndus Demosth. in
26 * Orat. ad Epist. Philippi, de Alexandri in Antipatrum, Curt. lib. VI. cap. 1. §. 18. et eiusdem in alios, Aelian. XII. Var. 16. Susurrant idem et instillant Antiocho Regi interiores aulici apud Livium lib. XXXV. Ipsam eam gloriam belli, qua velut dote Annibal concilietur, nimiam in Praefecto regio esse; Regem conspici, Regem unum ducem, unum imperatorem videri debere. In recentiori historia est Alphonsus Albuquerkius, Duartes Paciecus, Consalvus Magnus, et Ferdinandus Cortesius, magni duces, sed post ingentia merita neglecti, despectique. Lipsius Not. ad Polit. lib. III. cap. 11. causam reddit, beneficii magnitudinem, cui reges dolent et nolunt obstringi, e Taciti lib. IV. cap. 18. §. 3. ibi: *Destrui per haec fortunam suam Caesar, imparemque tanto merito rebatur. Nam beneficia eo usque laeta sunt, dum videntur exsolvi posse; ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.* Quibus addo illud eiusdem lib. II. Hist. cap. 59. de Vitellio Imperatore: *Ipse Arare flumine devehitur, nullo principali paratu, sed vetere egestate conspicuus, donec Iunius Blaesus, Lugdunensis Galliae rector, genere illustri, largus animo, et par opibus, circumdaret principi ministeria, comitaretur liberaliter*, eo ipso ingratus. *Ingratus* scilicet, tanquam hoc ipso facto tacite exprobraret principi egestatem, atque ipse veluti supra principem hac sua *μεγαλοπρεπείᾳ* scanderet. Ea Regum ingenia luculenter aperit Cyaxares, apud Xenophontem lib. V. Cyropaedias, Cyro: *Nescio quei dici possit,*

*Cyre, ea quae fecisti mala esse: verum scire te volo, haec bona eiusmodi esse, ut quanto plurium speciem habent, tanto magis mihi sint oneri. Nam malim equidem ditionem tuam copiis meis ampliorem facere, quam videre, tali modo abs te augeri meam. Quippe tibi haec gerenti honesta et laudabilia sunt, mihi quodammodo ignominiae notam inurunt.* Queritur etiam hac de re apud Dionem Agrippa: *Iste est mos principum, ut nolint quoquam esse se potiorem. Facilia confectu ipsi gerunt, difficilia aliis committunt, quos tamen postea gloria rei praeclare gestae frui aegre ferunt.* Adiice Ammian. Marcell. lib. XV. cap. 15. de Constantio, et lib. XXX. cap. 29. de Valentiniano. Ego tamen valde attendenda reor illa eiusdem Taciti d. lib. IV. cap. 18. *plerumque offensionem augeri intemperantia iactantium.* Talis Antonius Primus apud Tacit. III. Hist. 53. qui literis ad Vespasianum principem compositis, *se Pannonicas legiones,* inquit, *in arma egisse: sua constantia perruptas Alpes: occupatam Italiam, intersepta Germanorum Rhaetorumque auxilia. Quod discordes dispersasque Vitellii legiones equestri procella, mox peditum vi, per diem noctemque fudisset, id pulcerrimum et sui operis.* Adde quae de eodem Antonio Primo scribit lib. IV. Hist. cap. 80. quam non fuerit homo ad aulam. Hanc iactantiam excutere non potuit famosissimus ille Caroli V. et Philippi II. Imperator Ferdinandus Toletanus, Dux Albanus, id quod declaravit statua, quam ex aere conflatam in Castello Antverpiensi erigi iussit, cum hac inscriptione: *Ferdinando Alvarez a Toledo, Albae Duci, Philippi II. Hispaniarum regis apud Belgas Praefecto: Quod extincta seditione, rebellibus pulsis, religione procurata, iustitia culta, provinciae pacem firmarit: Regis optimi ministro fidelissimo positum.* Id nimis alte penetravit animum Philippi, ideoque, teste Hieronymo Connestagio lib. IX. de Coniunct. Portugall. et Castellae, statua paulo post illius iussu deiecta fuit. Et huc spectant, quibus πολιτικώτατος ille Cominaeus lib. III. Comm. cap. 12. in Gallico textu, aures huius generis hominibus pervellit, *Plerumque fieri praedicans, ut qui bonam et fidelem operam navarunt, arbitrentur sibi aliquanto plus quam aliis licere: at enim Principes contra longe aliter sentire, aequiusque esse ducere, ut, qui se ipsorum clientelae et ministerio tradiderunt, officio fungantur.* Ubi et haec valde notanda subiungit: *Memini quo tempore in hanc sententiam Rex meus* (intelligit Ludovicum XI.) *mecum loqueretur, affirmans, fieri aliquando, ut egregia opera minus liberaliter remuneretur, idque non tam ingratitudine, quam eorum, qui praestiterunt operam, vitio; dum elati quadam confidentia, propter rem bene administratam, insolenter et proterve multa faciunt.* Quamobrem ante omnes imitandus hic erit Iugurtha, *qui plurimum facere et minimum de se loqui solitus,* duci suo Scipioni modestissime parendo, in magnam claritudinem brevi pervenit. Cui similis ap. Vell. lib. II. cap. 98. L. Piso; et ap. eundem d. lib. II. cap 127. Aelius Seianus: similis Titus apud Suet. cap. IV. §. 1. Agricola ap. Tacit. cap. 8. Ioabus, praefectus exercitus regis Davidis, II. Samuel. XII. vs. 28. et ap. Ioseph. lib. VII. cap. 7. Craterus ap. Curt. lib. VI. cap. 6. §. 32. Agrippa apud Dionem lib. LIII. Concludo dicto Chrysostomi Homilia III. in D. Matthaeum: *Eos famulos maxime comprobamus, qui*

*cum bona gratia in omnibus obsequuti, nihil se grande arbitrantur egisse.* Interim et hoc dictum esto Regibus, *ne beneficia tam foeda oblivione transmittant.* Erat Christianus I. Rex Daniae in multorum nobilium aere. Tum quendam ferunt, indignantem sese reiectum esse, petiisse, ut admitti ad Regem posset; cumque non admitteretur, vi submoto ianitore, in coenaculum irrupisse, et inventum ibi regem accessisse: tum pecuniam ubi et quando expendisset, declarasse: ac pericula memorasse, quae pro ipso bellis Suecicis adiisset: insuper, ab hoste captum aliquoties, ingens libertatis pretium solvere coactum esse: quod si nunc pro homine ignoto, et obscuro, expellatur, nec benignum sibi Regem experiatur, iniuriae quam pateretur, coelum pariter atque terram sese te-
27 stes vocaturum. Haec, constanti adeo animo, * cum dicentem Christianus animadverteret, ac fiduciam verborum veritatis testimonium certum interpretaretur, blande virum allocutus, *bono esse animo iubet: et pecuniam, in tempus quoddam distribuendam, pollicetur.* Meurs. lib. I. Hist. Dan. pag. 57. Rupert.

Leonem atque alias feras primus aut in primis ferire. Sic in Fabriciano est, non *primas.* Rivius.

Minimum ipse de se loqui. In Veneto et aliis quibusdam, *de se ipse,* legitur. Rivius. — L. 3. *de se ipso,* pessime. *ipse* male abest Macrobio. Iustinus XIV. 5. *triumphumque de se ipso.* at Bongars. *de se ipse,* recte. *sequitur exercitus prodito Imp. suo, et ipse captivus, triumphumque* de se ipso *ad victoris sui castra ducit.* Huc alludit Philelfus Ep. IX. 1. *Decet enim plurimum facere spectatum adolescentem et* minimum de se loqui. Wasse.

Tametsi initio laetus. Audivi nonnullos qui arbitrarentur vocem *tametsi* syllaba una longiorem quam decebat, quod sequeretur statim, *tamen postquam.* sed hic locus si rapitur in medicinam, fiatque *etsi;* idem necesse est induci locis minimum sexcentis, ubi duo ista copulavit auctor. ego potius rapuerim in dubium verbum *existumant,* tamquam spurium. Gruter. — γ. λ. Marckii *etsi.* et λ. *in initio.* sic Digb. Balliol. pro *fore, affore,* et L. 3. Digb. omittit *tamen.* Wasse.

Exacta sua aetate, et parvis liberis. Manuscriptum, *exacta aetate sua.* ut pronomen sequatur. Rivius. — Mutat locum pronomen. nam *exacta sua* Mart. Pemb. B. Pub. Rivii Codex γ. λ. Copulam etiam respuit Ar. B. Pub. quam non male. Cato de R. R. *semen purgari, funes veteres sarciri,* novosque *fieri.* ibi Codex Arondel. omittit *que,* ne id quidem male. Auctores fere formulam hanc absque pronomine usurpant. ita Titinnius Quinto: *Qui* exacta aetate *sponsa sit desponsa.* Tacit. Agric. 3. Hist. III. 3. Liv. VI. 22. XXX. 26. IV. 3. Sueton. de Illust. Gram. Terent. Adelph. V. 4. Cicero VII. Verrin. §. 100. X. 21. et 28. Ovidius Epist. IV. Verum si *sua* loco moveas, manca erit sententia. Frontinus IV. 7. *Si cupidus mortis esset, laqueo eum vitam posse finire: cumque demonstraret ei gladiatorem contemtae staturae et prope iam exactae aetatis, obiecit ei dixitque.* Codices quos inspexi, *cum deinde staret,* pro *cumque demonstraret.* legendum autumo, *cum deinde instaret, ei gl.* etc. Wasse.

VEHEMENTER EO NEGOTIO PERMOTUS CUM ANIMO SUO VOLVEBAT. Manuscripta *cum animo suo*, addita praepositione, quomodo et Aldinum exemplar. RIVIUS. — Videtur *eo negotio* ab audacia emendatorum, fortassis etiam et biga verborum altera. GRUTER. — Haec locutio neque nova est, neque non Sallustiana. *negotium* saepe valet *res*. Catil. XLIX. *ratus id quod negotium poscebat*. Iug. LXXXVI. *Ne qua* ex eo negotio *seditio oriretur*. et alibi. Plautus Mostell. II. 2. *Quid ego hodie negotii confeci malum!* Plin. Hist. Nat. X. 8. *prosperrimi augurii* nuptialibus negotiis. L. XXII. §. ult. D. si quis omissa propria: *iustam causam habuisse propter quam nollet* negotiis haereditariis *implicari*. Arnobius pag. 3. *sed pestilentias, resque alias noxias, quibus* negotia *incursantur humana*. et pag. 6. WASSE.

MULTA CUM ANIMO SUO VOLVEBAT. Suavitatem sonitus reduxeris rescribendo, *volvere*. nec dubium mihi fit, quin mille locis ea terminatio mutata sit in illam aliam. GRUT.

NATURA MORTALIUM, AVIDA IMPERII. Tacitus * lib. II. Hist. 38. 28
*Vetus, ac iam pridem insita mortalibus, potentiae cupido.* Imo vetustissima, ac cum ipso mundo renata, sicut e sacra scriptura discimus, ubi paulo post diluvium legimus, *Nimbrodum illum hac cupiditate impulsum, infirmioribus manus iniecisse, eosque sub iugum suum redegisse.* Igitur, nimirum in Catil. cap. 2. quum scribit, *antequam Cyrus in Asia, et in Graecia Athenienses et Lacedaemonii coeperint urbes atque nationes subigere, lubidinemque dominandi causam belli habere, vitam hominum sine cupiditate fuisse agitatam, ac sua cuique satis placuisse,* eo ipso profitetur, sese vetustissimae historiae rerumque ante illa tempora gestarum prorsus fuisse ignarum. RUPERT.

CUPIDINEM. Venetiis cusi *cupiditatem*, male. Q. Septimius I. 8. *Ob quae* cupidine animi, *praeceps*. γ. *libidinem*. voces *aut bellum* exulant B. Pub. sed non recte, bellum et seditionem coniungunt Historici. Noster *bell.* et *turbas* Fr. I. 3. *Plurimae* turbae, *et ad postremum* bella *civilia orta sunt.* Tacitus An. II. 15. *Qui ne* bellum *toleraret,* seditionem *induerint.* etiam Cicero de Fin. lib. IV. 4. *Ex cupiditatibus odia, discidia, discordiae,* seditiones, bella *nascuntur*. seditionem et discordiam copulat pro Murena §. 144. WASSE.

SUAE, LIBERORUMQUE AETATIS. Legendum e vetustis: *suaeque et lib.* eaque loquendi ratio historica magis est. RIVIUS. — Oxonienses *sine liberorumque.* ipse Rivium sequor, huiusque formulae exempla protuli ad Catil. IX. Tertullianus Apol. IV. *Socrate contentus, qui in contumeliam deorum,* quercum hircumque et *canem deierabat*. sic enim citat Vincentius; ibi etiam pro *plane olim*, *id est; semper*, idem rectius, *plane olim atque semper.* Accedit Horatii punctum: *non si male nunc et olim sic erit.* vide etiam Carm. XI. 5. et Ep. II. 2. 166. Varro de R. Rust. III. 9. *evitantem caldorem et frigus.* imo legendum ex Arondeliano *caldoremque* etc. WASSE.

SUAE AETATIS. Quam obnoxius sit iniuriis senex Princeps, docet exemplum Galbae ap. Tacit. I. Histor. RUPERT.

Liberorum aetatis. Quamque obnoxius Rex aetatis pupillaris, ostendit Gruter. ad Livii lib. I. cap. 3. Rupert.

Quae etiam mediocres viros. Rittershusii liber: *quae res etiam med.* Recte sic supra in Catilina reposuimus ex scriptis: *Si ita res esset.* Et sic amat loqui Crispus: *Sed ea res longe aliter ac ratus erat evenit.* Paullo post: *Quibus rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia coniunxerat.* Et mox: *Neque ea res falsum me habuit.* Occurrunt haec singulis fere paginis. Putsch.

Studia Numidarum in Iugurtham accensa. Hoc est, quod maxime Reges urere solet. Cyaxares ad Cyrum apud Xenophontem: *Quid enim, si quis canes, quos tu aleres custodiae tuae tuorumque causa, tales commode curando reddat, ut illum magis, quam te norint; an hoc curationis genere te delectaturus sit?* Et quae ibid. sequuntur. Rupert.

Ne qua seditio aut bellum oriretur. Sic apud Tacitum I. Hist. 59. *Iulius Civilis periculo exemtus, praepotens inter Batavos, ne supplicio eius ferox gens alienaretur.* Nimirum securitati saepe potius consulendum, quam vindictae, sicut idem monet XI. Annal. 31. sive, ut Cato apud Nostrum in Catilin. cap. 52., *cavendum a talibus magis, quam quid in illos statuamus, consultandum.* Rupert.

## CAP. VII.

Neque per vim neque insidiis opprimi posse. In Merseburgensi erat, *neque per vim, neque per insidias.* verum prior lectio melior. nam et post eodem modo, *aut per vim, aut dolis tentare*, inquit. Rivius. — Sic MSS. libri: eaque lectio mihi magis probatur, tametsi parum intersit.
29 * C. Popma. — Pro *per vim* Arond. *periculo.* male. *neque per insidias,* Pemb. Merseburg. et Popmae libri, quod et probat. at iure displicet Rivio et mihi. Marckii γ. in spatio interlineari tantum agnoscit et quasi ex interpretatione: pro edita lectione caeteri stant omnes. Auctor infra: per vim *aut* dolis *tentare.* saepius tamen, sequente *in* vel *ex.* Cat. LXII. in pace et per *inducias.* Iug. LXIX. *talia consilia* per otium *et* ex opportunitate *capi.* Tacitus in Agric. XLI. *tot exercitus in Germania* etc. temeritate *aut* per ignaviam *ducum amissi.* Sueton. Iulio XVI. *Ut comperit paratos qui* vi ac per arma *prohiberent.* Quin et ipse Cic. pro Sexto Roscio §. 20. per sententiam *iusque iurandum alicuius aliquid assequi,* quod antea, scelere *ac* ferro *assequi consueveris.* Noster cap. 25. *aut* per vim, *aut* dolis *tentare.* Iustinus V. 2. *iam non occulte bellum, sed palam; nec* per dissimulationem, *sed aperta* professione *parare coepit.* MS. Bongarsii *occulto*, quod praefero. et *se* eleganter omittit. Afranius apud Charisium II. 186. *Age curre cursim ad Numisium* occulto. Wasse.

Hominem tam acceptum popularibus. Sic infra: *hominem nobilem, magnis opibus, clarum, acceptumque popularibus suis.* et: *carus acceptusque ei semper fuerat.* Et Tacitus XII. *carus acceptusque popularibus.* Ciaccon. et Ursin. — Tres voces ultimae alicui suspectae esse possent, quod superius dixerat, *studia Numidarum in Iugurtham accensa,*

tanquam adiecta ab ignaro brevitatis Sallustianae, nisi in hisce talibus prolixus esset aliis item locis plurimis noster Crispus. Grut.

Statuit sum obiectare periculis. Tacit. lib. II. *Ut ea specie dolo simul et casibus obiectaret.* Virg.

— — *Caput obiectare periclis.*

Ciacc. et Ursin. — Similiter Tac. lib. II. Ann. cap. 5. §. 1. de Pelia Diod. Sic. lib. IV. cap. 41. Qua via grassatos etiam alios, docet Bernecc. ad Iustini lib. XLII. cap. 2. §. 10. lit. f. Adde Freinsh. in Curt. lib. VIII. cap. 1. §. 35. Grut. ad Tac. disc. 35. pag. 92. Dio in Exc. Peir. pag. 747. Val. ad Amm. pag. 125. Rupert.

Et eo modo. Copulam non agnoscit Bodl. *Numantio* lib. 3. Marckii γ. corrupte. Wasse.

Ostentando. Ball. *ostendendo*, inepte. *ostentare*, iactare et efferre se. Auctor ad Herennium II. *artificii significandi, ingeniique venditandi, et memoriae* ostentandae *causa.* Plautus Curcul. *ibi* ostentatores meri, *Confidentes, garrulique.* Graece χομπαστής. Sulpicius Vita Mart. *Cruentamque* ostentans *dexteram, admissoq' recens scelere congaudens* etc. *unum de tuis modo interfeci. Tunc ille* etc. *quisnam* hoc casu *fuisset adfectus.* Codex Aulae Trin. *occasu.* Noster, quem fere sequitur, VI. 31. Casibus *alienum periculosa.* et Catil. XXXVI. *quasi dolens eius* casum. etiam de casu fatali, Virg.

*Et* casum *insontis mecum indignabar amici.*

et Iug. XXXI. *laetandum magis quam dolendum puto* casum *tuum.* hoc est mortem. Sed et Virgil. Aen. III.

*Iliaci cineres et flamma extrema meorum*
*Testor in occasu vestro, nec tela, nec ullas*
*Vitavisse vices Danaum.*

et apud Ciceronem *occasus* pro *interitu* saepissime. Utram ergo lectionem amplectar, fere ἐν δοιῇ μοι θυμός. Hac respexit Tacitus: *Ut ea specie Germanicum suetis legionibus abstraheret, novisque provinciis impositum, dolo simul et* casibus obiectaret. Wasse.

Hostium saevitia. Supra Catil. LIII. *quae belli* saevitia. absolute quandoque pro *ira militari.* Gloss. δεινότης. et *saevus* pro *forti.* unde coniungi solent. Lucanus VI. 560.

*At quoties* saevis *opus est, ac* fortibus *umbris.*

et Virgil. Aeneid. XII. 887.

*Aeneas instat contra telumque coruscat*
*Ingens, arboreum, et saevo sic pectore fatur.*

Silius XIII. 668.

— — *Heu quoties intrat mea pectora terror,*
*Quum repeto quam* saevus eas.

Pro *vehementia* Tacitus An. I. 67. *Cario valde diu sustentata* hostium saevitia. et: *Quod si fugerent, pluris sylvas, profundas magis paludes,* saevitiam hostium *superesse.* An. XI. 5. *Continuus inde et* saevus *accusandis reis Suilius.* Wasse.

*Longe aliter ac. Tò *aliter* abest λ. Post vocem *longe* subintelligi solere voces *aliter* aut *secus* non existimo; *situm* autem et *dissitum* 30

saepissime. Et huius rei ignorantia saepe Grammaticos torsit. Plautus Casin. II. 7. *ruri esse*, *ad villam*, longe. nempe a loco in quo stamus. Mostell. II. 1. 46. *Abeamus hinc nos.* TR. *Non* hoc longe. id est: non tam longe quam est a nobis istud quod tibi ostendo; loquitur enim *δεικτικῶς*. Terent. Eunuch. III. 3. 48. *Continuo accurrit ad me, quam* longe *quidem*. scilicet ab eo distantem. Et locum et eius distantiam addit Caesar quo magis perspicua esset eius oratio. sic B. Civ. II. 37. *comperit*, *minus* V. et XX millibus *longe* ab Utica *eius copias abesse*. Scaliger et Ciaccon. *longe*, quasi superfluum, uncinis includunt, at immerito. nam et Codd. retinent. et ita Auctor ipse locutus est G. B. VII. 16. Confer B. Alex. XXXVI. Hirtius B. Afr. XXIV. *suis castris factis* III millia passuum longe *considunt*. longe, a quibus aut quo loco? nempe ab Caesaris munitionibus, ut sequentia docent. Virgil.

*Inde Lycum ferit* etc.
— — *Nec longe Cissea durum* etc.
*Deiecit leto.*

In, *longe mihi*, *longe illum*, *longe parentum*, *longe radices*, desiderantur voces abest, ad, contra, domo, aut similia. Ovidius Ep. XII. 53.

*Quam tibi nunc* longe *regnum dotale Creusae!*

Crispinus, *de iis minime cogitabas.* quo sensu? imo, quam haec tibi inutilia! quam non proderunt! ita Auctor alibi.

*Vade procul — ne longe gloria rerum,*
*Quas mentiris, ait, longe tibi Iupiter abeit.*

Ellipsin supplet etiam Virgil.

*Longe illi deo mater erit.*

non erit praesens, non auxilio aderit. Martial. de malo viduo salsissime:

*Tam longe est mihi quam Terentianus,*
*Qui nunc Niliacam regit Syenen.*

Apuleius Met. I. pag. 14. *haud* ita longe radices *platani lenis fluvius in speciem placidae paludis ignavus ibat.* pro *longe ad*, vel, *exadversum.* Virgilius sententiam integre extulit:

*Carthago Italiam contra, Tiberinaque longe Ostia.*

hoc est, *procul*, *ex adverso.* *ἀντιπέραν.* Apuleius V. pag. 94. *extorres et Lare et ipsa patria degamus*, longe parentum *velut exulantes.* puto pro longe *ab domo*, *conspectu* eorundem. Wasse.

Ut erat inpigro et acri ingenio. Egregio discursu haec interpretatur Gruter. ad illa Taciti in vita Agricolae cap. 17. *Frontinus vir magnus*, *quantum licebat.* Rupert.

Qui tum Romanis imp. Haec vera lectio, quamvis et in MS. quodam et in Beroaldino sit *Romanus imperat*. casu nominativo. Est in Veneta *praeerat*, sed haud dubie perperam. Rivius. — *Tum* exulat Digb. Ball. *parendo saepe* omisso *et*. quod agnoscit Donatus Adelph. IV. 5. Addunt suffragia Codices. L. III. *periculis tantum* sine praepositione *in*. Vide A. Popmam de usu antiquae Locut. proque *morem* L. III. *mores*, inepte. Tacitus An. I. 6. mos *militiae*. et Noster: Mos regum *in societate coëuntium.* Adde Tacitum XII. 47. Hist. V. 17. Wasse.

Proelio strenuus et bonus consilio. Et hoc invictos viros effi-

cit, iudice Cic. II. de Orat. Sic Mithridates apud Vell. lib. XXI. cap. 18. *Consiliis dux, miles manu.* Talis Hamilcar ap. Diod. Sic. in Exc. Peiresc. pag. 272. Cotys apud eundem in Exc. Peir. pag. 307. Maiores nostri *Cunrades* eiusmodi vocitarunt. Neque enim aliud est *Künrath*, * quam *consulta audacia.* Adeundus Scal. Exerc. 266. Rupert. — Vide 31
L. Vallam de Elegant. I. 15. Ball. Digb. non agnoscunt *quod difficillimum.* λ. habet *d. est imprimis*, et sic Pemb. quasi reliquerat Auctor *quod in primis est*, at perperam. Noster: *Id facinus ego in primis memorabile existimo.* sententiae ex parte ansam praebuit Thucydides III. 40. *ἈΜΑΘΙΑ μὲν ΘΡΑΣΟΣ, λογισμὸς δὲ ὈΚΝΟΝ φέρει.* Quod paulo aliter postea extulit Menand. *Οὐκ ἔστ' ἈΝΟΙΑΣ ΟΥΔΕΝ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ΤΟΛΜΗΡΟΤΕΡΟΝ.* Huc respexit Plutarchus in Lucullo pag. 501. *Ἀνὴρ ὅσα ΧΕΙΡΟΣ ἘΡΓΑ καὶ τόλμης ἐν πολέμῳ διαπρεπὴς ἅπαντα, καὶ ΓΝΩΜΗΝ ἹΚΑΝΟΣ ἐν τοῖς μεγίστοις.* et pag. 511. *Ἐν ὀλίγοις τῶν πώποτε ἡγεμόνων τῇ ΜΕΛΛΗΣΕΙ μὲν ἘΝΕΡΓΩι, τῇ ΤΟΛΜΗι δ' ὙΠΕΡ ἈΣΦΑΛΕΙΑΣ χρησάμενος.* Providentia sine timore, et audacia sine temeritate in iuventutem haud cadunt, iuxta mentem *semper florentis* Homeri:

> *Οἶσθ' οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσαι.*
> *Κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.*

Quem sequitur Amphis Comicus, qui Platonis aetate vixit:

> *Ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ συντετάχθαι διὰ τέλους*
> *Φρόνησις οὖσα, διὰ τὸ λεπτῶς καὶ πυκνῶς*
> *Πάντ' ἐξετάζειν, δέδιεν ἐπὶ τὰ πράγματα*
> *Ὁρμᾷν προχείρως· ἡ δὲ διὰ τὸ μὴ σαφῶς,*
> *Τί ποτ' ἀφ' ἑκάστου πράγματος συμβήσεται,*
> *Διαλελογίσθαι, δρᾷ τι καὶ νεανικὸν*
> *Καὶ θερμόν.*

ideoque Iugurtham, hominem adolescentem et rei militaris rudem, iis laudibus ornat quae vix umquam fuerunt Imperatorum senum. *bonus consilio:* ita Graeci, *ἀγαθὸς δι' ἀρετῆς, διὰ τέχνης, τὴν διάνοιαν.* Petronius pag. 128. *sicca, sobria*, bonorum consiliorum. Tacitus An. I. 3. bonus *militia.* vide Serv. ad Aen. I. 199. Hegesip. I. 1. Septim. II. 25. V. 10. Hoc significatu *melior* apud Apul. ipsaque morte meliorem. Miles. VII. hoc est, *superiorem*, *ὑπὲρ θάνατον.* et Phaed. III. 14. Claud. Nupt. Hon.

> *Quis consilio, quis iuris et aequi*
> *Nosse modum melior?*

et alibi:

> *Inveniens animo quae mente gerenda,*
> *Efficiens patranda manu.*

Totius periodi ambitum ita repraesentat Hegesip. I. 36. *Suppetebat mulieri* odium de flagitio, *fiducia de amore; quia* alterum *dolore nepotis aversabatur*, altero *per obsequium amantis extollebatur.* Distinguit Noster inter *temerarios* et *audaces*, id quod alii etiam fecerunt; in primis Cicero ad Attic. *Aut nos* temeritatem *bonorum sequamur, aut* audaciam *improborum insectemur.* Livius XXV. *Consilium prima specie* temerarium *magis quam* audax. Martialis Ep. IV. 42. *Non sum tam* temerarius, *nec*

audax. Arnobius II. pag. 76. *Namque alios videmus immites, facinerosos*, audaces, temerarios, *praecipites*, *caecos*. Confer Heraldum in notis ad locum pag. 109. Wasse.

In amicis. Ar. *in am. eum.* infra: *res asperas.* Statius Silv. V. 2:

*Ille quoque egregiis multum miratus in armis*
*Bolanum*, *atque illi* curarum asperrima *suetus*
*Credere*, *partirique metus.*

Pro *consilium* Ar. *auxilium*, improbe et contra Codd. Q. Septimius II. 15. *Ita vir optimus in exercitu*, cuius neque consilium *umquam*, neque *virtus* frustra fuit. Wasse.

Magis magisque eum. Sincerior erit lectio si τὸ *eum* expunxeris. Putsch.

Animi et ingenii sollertia. Illa *et* copula non est in plerisque vetustis. Rivius.

Quibus rebus multos ex Romanis sibi. In quibusdam est *quibus rebus Iugurtha.* id quamquam et sententia postulat, et ambiguitatis evi-
32 tandae ratio, nam alioqui ad P. Scipionem referri * verbum posset, tamen quia non incommode omitti potest, haud magno in discrimine pono, addas ipsum, nec ne. Rivius. — *Queis* Pall. 1. et 2. forsan *rebus* abundat. Gruterus. — At vide Caesarem B. G. I. 31. 41. Ciceronem in Verrem VII. §. 33. XV. 43. *et ingenii sol. q. r. s. m. e. r. fam.* in B. Pub. non comparent. L. 3. *quibus reb. Iugurtha multos.* Digb. omittit voces *ex Romanis*. λ. habet, sed a manu correctrici. Wasse.

## CAP. VIII.

Novi atque nobiles. Apud Nonium in voce *Tempestas* pag. 407. *ignobiles* legitur: nescio quam recte, nam sequitur statim *factiosi*, *domi potentes*, quod *ignobilibus* non convenit: quare apud Nonium mendum haerere opinor. Ciacconius. — Ita impressi, ita antiqui omnes habent. Nonius in dictione *Tempestas*, *novi atque ignobiles* legit. Ego tamen, pace Nonii dixerim, non *ignobiles*, sed *nobiles* legendum puto: idque verba statim sequentia aperte dilucideque conmonstrant. Credo autem ansam errori Nonio dedisse dictionem *novi*: cui cum *ignobilis* responderet, non inspecto Sallustii libro, sed memoriae confidens, *novi atque ignobiles* scriptum fuisse putavit. C. Popma. — Ita etiam omnino MSS. nostri, editique avorum saeculo. Nonii *ignobiles* ortum a ratione scribendi prisca, *ignobilis*. Gruter. — Imo, *ignobilis* glossae τοῦ *novi*. Wasse.

Factiosi. *Factiosus* Glossa νεωτεριστής, apposite ad mentem Sallustii. sed tamen est ex verbis mediae significationis, cum tam pro *seditioso*, quam *gratioso* ac *potente* accipiatur. Plautus Aulul. *Istas* magnas factiones, *dotes dapsiles non moror.* Titinnius Fullonibus: *sed iam hercle metuo, Caeso, ne nimis stulte fecerim, Qui in tanta factione atque opibus ea sum ausus aggredi.* Infra: *domi potentes.* abest Mart. *domi.* mallem abesset τὸ *magis.* ut apud Livium VI. 11. *criminando patres, alliciendo ad se plebem, iam aura non consilio ferri, famaeque magnae malle* quam bonae esse. Idem tamen VIII. 7. *Ex iuventute quidam Lucanorum pretio*

*asciti*, clari magis inter *populares* quam honesti. retinent etiam Codd. Wasse.

Clari magis quam honesti. Talis Vibius Crispus, apud Tacit. II. Hist. 10. *Pecunia, potentia, ingenio, inter claros magis, quam inter bonos.* Porro, qua notione *clarus* hic apud Nostrum et Tacitum accipiendum sit, docet Ioan. Meursius in syntagmate de Gloria, ubi notat errorem Senecae, qui gloriam constare iudiciis multorum, claritatem bonorum censet. *Potest* enim (inquit) *sine gloria esse claritas, sine claritate gloria non item.* Habet ibi eum, qui Dianae Ephesiae templo sceleratas iniecit faces, cuius nomen maxime clarum. At *quis gloriosum dicere audebit?* nemo, nisi cui νοῦς οὐκ ἔνι ταῖς κόμαις. Rupert.

Qui Iugurthae non mediocrem. *Non mediocrem* dixisse mihi quidem videtur, pro *non mediocriter:* quod quia Commentatores praeterierant, nobis annotandum fuit. Glar. — Imo valet non modicum per se. Wasse.

Uti solus regno Numidiae potiretur. In aliis est, *imperio Numidiae.* quomodo et manuscripta cuncta habent, sed eodem plane sensu. Rivius. — Pal. sec. *imperii:* sicque alias legi adscriptum Naz. neque secus lectio primitus cusa. Gruter. — Ball. *imperium.* Wasse.

Omnia Romae venalia esse. In MSS. et impressis vetustioribus *Romae omnia* etc. id nimirum rectius est. Rivius. — Commelin. *omnia ven. R.* * *esse*, vox ultima superfluit. Grut. — Nostri *R. o. v. e.* Bodl. 33 *Romae fore.* Wasse.

Adducit. Placeret magis *abducit.* Gruter.

Neu aliquibus largiri insuesceret. Manuscripta, *neu quibus*, non *ne*, idque melius atque elegantius. Rivius. — Sic et optimi e MSS. neque adsentiendum sane Popmae, in re tam clara. Grut. — In multis legitur: *Neu quibus largiri insuesceret.* et ita alii in suis quoque scriptum fuisse testantur. Ego nihil muto. C. Popma. — MSS. Rivii et Gruteri *neu quibus*, bene: et sic nostri. Pro *secreto* Ar. *secretum*, et manu recentiore *secreto.* forte pro *secreta.* vide Charisium 195. Noster ubique usus est voce *secreto*, uti et Plautus, Afranius, Cicero, Horat. Livius. Verum Tacitus semel, secretus, *domi*, *animum firma.* habes etiam *secretim*, κατ' ἰδίαν in Glossis. Ast heic apud Sallustium nihil muto: librario haud dubie imposuit obscura dictantis pronuntiatio τῶν *secretum monuit.* Denique pro *permanere vellet* 1. a manu prima *velet*, Arond. *periculo a paucis emi; non periculose a. p.* contra caeteri gregatim et agmine facto. Ita locum expressit Tacitus An. III. 36. *Brutidium, artibus honestis copiosum, et si rectum iter pergeret, ad clarissima quaeque iturum, festinatio extimulabat; dum aequalis, dein superiores, postremo suasmet ipse spes anteire parat; quod multos etiam bonos pessumdedit, qui spretis quae tarda cum securitate, praematura vel cum exitio properant.* Wasse.

Periculose a paucis emi. Exitus docuit. Et Iugurtha sua nundinatione sibi catenas emit, nobilitati Romanae potentiam et auctoritatem abstulit. Rupert.

Quod multorum esset. Bene et cogitate dictum a Scipione. Res-

publica non erat unius vel alterius patricii, sed populi. Cui sententiae saniores politici uno ore addicunt. Neroni Caesari hoc instillat praeceptor eius, I. de Clem. cap. 19. *Non Rempublicam principis esse, sed principem Reipublicae.* E quo fonte fluit illud eiusdem IV. de Benef. XXXII. *Qui non Rempublicam sibi, sed se Reipublicae dicavit.* Simile est, quod de Adriano, Antonini patre adoptivo Spartianus cap. 8. habet, *saepe illum in Senatu dixisse: Ita se Rempublicam gesturum, ut sciret,* POPULI *rem esse, non* PROPRIAM. Huic contraria videtur commendatio Capitolini, qua Antoninum Pium extollit in eius vita cap. 7. *quod tanta diligentia subiectos sibi populos rexerit, ut omnes et omnia, quasi* SUA *essent, curaret.* Sed non est: quin potius ita haec duo invicem iuncta cohaerent, ut alterum sine altero alicui principi inesse non queat: ambo vero si reperiantur in aliquo, perfectam boni principis ideam mortalium oculis sint exhibitura. Sic de matre sua Seneca Consol. ad Helv. cap. 14. *Tu patrimonia nostra sic administrasti, ut tanquam in tuis laborares, tanquam alienis abstineres.* Idemque de Paulino lib. de Brev. vitae cap. 18. *Tu quidem orbis terrarum rationes administras tam abstinenter, quam alienas, tam diligenter, quam tuas.* Rupert.

Si permanere vellet in suis artibus. Hoc est, *in virtute cum modestia coniuncta.* Porro hic locus aurem vellicat, *fugiendam esse ceu pestem, praecipitem et inanem vanae gloriae cupiditatem.* Saepe enim usuvenit, ut multos eiusmodi immoderatus ardor pessumdederit, ad praeclarissima quaeque alioquin perventuros, si spes effraenes, animumque nimia in futura eminentem, comprimere, ac veluti compedibus constringere potuissent. Exemplum dabunt ambo Gracchi, infelix par fratrum, qui si civilem dignitatis concupissent modum, nec impotenti quodam aestu concitati, de recto tramite deflexissent, quicquid per tumultum ac seditionem adipisci conabantur, quietis Respublica obtulisset, ut alicubi scribit Cicero. Rupert.

Ultro illi etc. Virgil. Aeneid. II. 193.

> *Ultro Asiam magno Pelopeia ad moenia bello*
> *Venturam.*

ubi Servius *ultro* explicat, *statim, mox.* Haverc.

Regnum. γ. *Imperium*, ut supra. Codex Daventriensis *venturam*, unde Cl. Perizonius legit perquam eleganter, *ventura.* sic alibi Noster. Infra: *earum sententia.* ita Septimius I. 129. *falsas literas ad D. perfert*, quarum sententia haec erat. Wasse.

34 * Suamet ipsum pecunia praecipitem casurum. Egregia emendatio, petita a plerisque manuscriptis, et huius quidem loci restitutio tanti mihi videtur, ut laborem quem in comparandis membranis impendi plus quam aerumnabilem, abunde compenset. Ita, inquam, plerique MSS. nisi quod litera adhuc amplius *suam et ipsum pecuniam praecip.* etc. quae tamen litera deleta in Naz. a rubricario. Hactenus toleravimus, *pecuniam et ipsum praecipitem casurum*; quod prae nostro insulsissimum. Gruт. — *Suam et ipsum pecuniam* Marckii γ. λ. B. Pub. Pemb. Mart. Arondel. Reg. Bodl. al. Oxonienses proxime ad verum. Wasse.

## CAP. IX.

Earum sententia haec erat. Superabundat *erat*, potuissetque adhuc brevius, *dimisit hac sententia*. Grut.

Quam rem tibi certe scio. Vaticanus, *certo scio*, melius. Supra: *Falso queritur de natura sua genus humanum*. Putschius. — *Tibi certe scio* quidem Comm. et aliquot praeterea Pall. verum Naz. ut et nonnulli alii, nec non Bongarsianus, *certo*, quod repudiavimus ob sonum pinguiorem. Grut. — Ar. λ. *rem tibi certo*, Venetiis excusi, Mart. Pemb. Oxoniens. B. Pub. Reg. *certe*. γ. *certus*. lib. 3. *quam tibi c. gaudio esse scio*. locum fere exscripsit Symmachus I. 19. *imitabor igitur* Sallustiani *testimonii castigationem*. Habes virum dignum te, et *per te familia consulari*. Wasse.

Tum virtute, tum gratia viri permotus. Manuscriptum, *cum virtute, tum gratia*. Rivius. — Ita primi tres Pall. non, ut in hunc usque diem vulgatum, *tum virtute*. quod miror nemini displicuisse vel ob auctoritatem codicis Riviani. Grut. — Sic nostri, Ar. tamen *gloria*. et ita legisse videtur Septimius II. 18. Sed *ubi rex eorum P. virtutem atque* gloriam *viri cognovit* etc. Infra: *flexit animum suum*. ita Codd. Tacitus autem voce *flexit* absolute utitur Annal. I. 18. *Fessusque clamore omnium, expostulatione singulorum* flexit *paulatim, ut non fateretur suscipi a se imperium*. et XXXIII. *Tunc a veneratione Augusti orsus*, flexit *ad victorias triumphosque Tiberii*. et I. 41. *sed nihil aeque* flexit, *quam invidia in Treviros*. Verum antiqui fere casum addiderant, interque eos Noster, Iugurth. LXVIII. CVIII. CX. et sane locutio a Graecis derivata est qui fere semper addunt γνώμας, ἦτορ aut quid simile. Homerus: *ἘΝΤΡΕΠΕΤΑΙ φίλον ἮΤΟΡ*. Xenophon Exped. Cyri lib. III. ἦν δέ τις *ΤΡΕΨΗι* τὰς *ΓΝΩΜΑΣ*. M. Valer. Messala Corvinus cap. XXVI. animum flexit. Hegesippus I. 19. *Quos ubi confertos Alexander videt*, flexit consilium *ut retrorsum cederet*. Hoc modo apud Virgil. *retorquet:*

*Annuit his Iuno, et* mentem *laetata* retorsit.

Terentius Hec. *Isthuc est sapere, qui ubicunque opus est, possis* animum flectere. Itaque nihil mutandum. Wasse. — Omittit Sallustius, *tum ineluctabili vi voluntatis aeternae*. Postquam enim omnia * frustra tentata 35 sunt, occurrit sibi animus sapiens, miratusque grande hoc profundum, tandem Euripideum illud amplectitur ex Orestis Act. II. *Δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν*. vel illud Senecae de Provid. cap. V. *Quid est viri boni? praebere se fato. Ergo convertuntur animi et in odii locum succedit gratia.* Iustin. lib. XLIV. cap. 4. postquam narrasset irritos conatus Gargoridis in nepotem Habidem, quem in extremis periculis manifestus Numinis favor protegebat, subiungit §. 10. *Admiratione deinde tot casuum periculorumque, ab eodem successor regni destinatur*. Adde memorabilem historiam de Conrado II. apud Piccart. Dec. XVI. cap. 9. Rupert.

Beneficiis vincere. Immo *vincire*. Ante enim contra facere instituerat. Ita Cicero passim locutus est. Infra ipse Sallustius: *Beneficiis suis ratus est nobis convinctum fore*. Coler. — Sic infra: *Numquam po-*

*puli Romani beneficiis victum esse.* Et Apuleius Apol. II. *Malum filium beneficio vinceret, me invidia liberaret.* Sed nescio an Sallust. *beneficiis vincire* scripserit. Cic. ad Atticum lib. VI. Epist. 10. *Mea caussa autem alia est, quod beneficio vinctus ingratus esse non possem.* et lib. XIII. Epist. ad Memmium: *Tum viros primos, et homines honestissimos, summo beneficio in perpetuum tibi tuisque devinxeris.* et Verrin. VI. *Cleomenes ab isto donis beneficiisque plurimis devinciebatur.* et aliis infinitis locis. Sic infra Iugurth. *Beneficiis suis ratus est nobis convinctum fore.* Ciacconius et Ursin. — Scimus etiam Tacitum reliquisse Annal. IV. 10. *Corrupta ad scelus Livia, Seianum Lygdi quoque Spadonis* animum *stupro vinxisse.* Sulpicium in vita D. Martini V. *Tentavit autem idem Hilarius, impositi Diaconii officio, sibi eum artius implicare*, et *ministerio* vincire divino. ita Codex Aulae Trin. Claudianum B. Get. 310.

> *Accipe tu nostrae, tellus Oenotria*, mentis
> Vincula, *communes tecum subeuntia casus.*

Ita Latini, faventibus etiam Graecis, iis praesertim qui amatoria tractarunt. Hi etenim, *φιλοτήσιον ἄτην*, *vinculum*, ubique nominant. Oppianus, nisi fallor, *γάμων εὐαργέϊ δεσμῷ Νυμφίον ἀμφέπλεξεν*, ne alios memorem. Quod autem apud Nostrum cap. X. *convinctum* legit Ciacc. id perperam facit et contra MSS. fidem, qui uno ore clamant *coniunctum*. Quare miror eundem argumentis adeo inanibus fisum scripturam genuinam, ab omnibus codicibus receptam, immutatam voluisse. Certe τὸ *vincere* ut huic loco longe aptius et accommodatius, ita usitatius et aeque elegans. Illud si bene defendat numerus, en exemplorum legionem! Agmen ducat ipse Sallustius, optimus sui sermonis assertor et vindex: Iug. CIX. *Populum Romanum nunquam* beneficiis victum *esse.* Cicero Tusc. II. 20. *Saepe vidimus fractos pudore, qui* ratione *nulla* vincerentur. Seneca de Benef. lib. VIII. Vicit *Aeschines hoc* munere *Alcibiadis parem divitiis animum, et omnem iuvenum opulentorum munificentiam.* vicit, hoc est, *obnoxium reddidit.* Lucretius II.

> — — — *quia quamvis effera proles*
> Officiis *debet molliri* victa *parentum.*

Propertius I. 17.

> *Nonne fuit melius, dominae* pervincere mores?

Tibullus III. 14.

> *Ergo ne dubita blandas adhibere querelas,*
> Vincuntur *molli pectora dura* prece.

hoc est, *superantur.* inde Virgilius eleganter:

> *Iunoni cane vota libens, dominamque potentem*
> *Supplicibus* supra donis.

Senec. Octav.

> *Tu modo blando* vince obsequio
> *Pacata* virum.

Claudianus de raptu Proserp. I.

> *Talibus ille ferox dictis* fletuque *decoro*
> Vincitur.

Praeiverat Maro:

*Tu* lacrimis evicta *meis.*

Confer Iustinum XVIII. 5. Curtius VI. 8. *etiamsi ipse vel poenitentia, vel beneficio tuo victus quiescere valet.* Neque inter Scriptores Graecos desunt qui hoc more et modo loquantur. Sophocles Elect. *Εἰ δὲ μὴ καλῶς λέγω, σὺ NIKA.* Euripides Alcistide: *NIKA νιν, οὐ μὴν ἀνδάνοντά μοι ποιεῖς.* Ita Caesar B. G. V. 30. Vincite, *inquit, si ita vultis.* Metaphrastes: *Ἀλλὰ γὰρ NIKATE, ἔφη, ὑμεῖς, ἐπεὶ βούλεσθε.* Suetonius Iul. 1. *Cum deprecantibus amicissimis* etc. *aliquamdiu denegasset, expugnatum tandem, proclamasse:* vincerent, *ac sibi haberent.* Hierocles de amore * fraterno: *NIKHΣON αὐτοῦ τὴν ἀγριότητα ταῖς Ἐγ-* 36
*ΠΟΙΙΛΑΙΣ.* Quid plura? *τὸ vincire* heic locum habere nequit, quia Iugurtha ab rege alienatus erat. Cap. XI. *Ad ea Iugurtha, tametsi regem ficta locutum intelligebat.* ideoque primo fuit munificentia vincendus, deinde vinclis arctioribus retinendus. Wasse.

Pariter cum filiis heredem instituit. Merseburgense, *pariter cum liberis*, verùm eodem sensu. Rivius.

Cum liberis. Sic codices antiqui habent; et supra: *tamen postquam hominem adolescentem exacta sua aetate et parvis liberis, magis magisque crescere intelligit.* et infra: *quem tu parem cum liberis tuis regnique participem fecisti.* Cypr. Popma.

Finem vitae. *Vitae* abest B. Pub. quomodo et apud Tacitum Annal. III. 71. *Caesar paulisper ad spem erectus, dein fesso corpore, ubi* finis aderat. XV. 63. 1. 4. 16. et alibi saepe pro *morte*, et *finire* simpliciter pro *mori*, apud eundem et Iustinum, alios. at Noster pro suo habet. Infra: *Nunc mihi* natura finem vitae facit. Lucretius III. 956.

*Nec potius* vitae finem facis, *atque laboris.*

et 1016. Cicero VII. Verrinar. fecit finem vitae *et victoribus et victis idem dies.* Ipse etiam Tacitus Annal. II. 42. finem vitae *sponte, an fato* implevit. Wasse.

Huiuscemodi verba cum Iugurtha fertur habuisse. Manuscripta, *dicitur huiuscemodi verba* etc. sed eodem sensu. nec secus exemplar Merseburgense, et ex impressis Badianum et Florent. Rivius. — Spartianus in Severo divinam hanc orationem vocat. Severus, ait, *Imperator divinam Sallustii orationem, qua Micipsa filios ad pacem hortatur, ingravatus morbo, misisse filio dicitur maiori; idque frustra.* Ald. Manut. — Ita codices vulgati, quibuscum consentiunt nonnulli manuscripti. Ego, licet hanc scripturam religiose conservandam putem, proponam tamen lectionem quam in uno codice perantiquo reperi: *Dicitur huiusmodi orationem cum Iugurtha habuisse.* C. Popma. — Ita [*dicitur huiuscem. v. c. I. hab.*] summa concordia MSS. et antiquitus cusi, usque ad Aldum patrem, qui nobis ingessit: *huiuscemodi verba cum Iugurtha fertur habuisse.* ego potius fecissem, *huiuscemodi verba habuit*, resectis caeteris. Gruter. — Cum Gruterianis faciunt nostri omnes. Wasse.

## CAP. X.

Parvum ego te Iug. Donatus legit *parvolum* ad illud Terentii:

*Ego postquam te emi a parvolo.*

Sed illud omnes libri scripti et impressi habent. Mihi liquet veteres frequenter *parvum* vocitasse, quem Graeci παιδάριον vel παιδαρίδιον. Testis Philargyrius ad Eclog. VII. et Lucanus eo versu:

*Crimine quo parvi caedem potuere mereri?*

Coler. — Sic cuncti impressi habent. Donatus *parvulum* legit, Terentianum illud in Andria exponens: *Ego postquam te emi a parvulo. Tale est*, inquit, *apud Sallustium: parvulum ego te Iugurtha.* C. Popma.

Parvum ego. Ita MSS. omnes, auctor autem Declam. in Sallus' im cap. XXV. *parvulum* legisse videtur. et sic etiam Donatus ad Andr. Terentii Act. I. Sc. II. 10. editionis Hackianae. quo loco pro, *dulcem libertatem fecit operatione et tractatione verborum*, lege, *ex oppositione*; dixit enim Simo, *feci e servo ut esses libertus mihi.* Wasse.

Accepi. Illud *accepi* non nauci est; hoc loco quidem scribo: *in meum regnum ascivi*; et porro: *non minus me tibi, quam si genuissem, ob b. c. f.* nam *liberis* inculcatum. Accipere sexcentos undeunde profugos in regnum poterat: sed hoc non est communicare sceptrum. *Ad-*
37 *sciscere*, et *adoptare*, * et *sumere*, vocibus differunt solum. Itaque apud Ciceronem, alliosque, *ascitus color orationis*, idem qui adoptivus: et in oratione maledica, quae Sallustium auctorem mentitur, Cicero *ascitus*, *ac paullo ante insitus urbi civis* audit: nisi quod *accitus* ibi vitio legitur. Palmer. — Palmerius contentiose asserit *ascivi.* non, ut videtur, necessario. Coler. — L. 8. *suscepi.* et supra Marckii γ. *Iug. te.* et sic λ. Pemb. *ascivit* autem reponit ex coniectura Palmer., et delet *liberis* Infra Valla I. 30. *Nec ea res me falsum habuit.* Wasse.

Quam liberis si genuissem. Vox *liberis* videtur abundare legendumque: *quam si genuissem.* Itemque paulo post tollendae voces, *ex tribus*, scribendumque: *Ne medius (quod apud Numidas honori ducitur) Iugurtha foret.* Ad hunc autem locum facit versus Virgilii de Didone, *mediamque locavit*, cum supra accumberet Aeneas, infra Achates. Ursin. et Ciacc. — Sic MSS. omnes; et non iniurie quidem expungeretur illud *liberis*, ut monuit Ursinus; sed quis id audeat sine decreto membranarum? eadem enim auctoritate aliquis deleverit, *si genuissem*; quod posse fieri, retento illo τῷ *liberis*, ego arbitror. Gruter. — Palmerius et Ciacconius vocem *liberis* repudiant, ut notham et spuriam. quibus facile subscribo contra Cyprianum a Popma. Coler.

Facta omittam. Manuscriptum *facinora.* Rivius. Abest haec vox Arund. L. II. Bodl. Marckii γ. λ. Pemb. *facta* ex 2. man. abest a Carrionis ed. retinet Gruterus: eius loco, *facta* B. Pub. Venetae. Ball. Digb. Pall. omittit etiam *tua.* A. Victor Caes. *ob egregia vitae.* Supra Nonius *me falsum h.* at Quintilianus IX. 3. cum editis facit. Liv. XXX. 30. *tibi quoque inter* multa egregia, *non in ultimis laudum hoc fuerit, Annibalem* etc. *tibi cessisse.* Infra: *gloria invidiam* etc. pro *vicisti* solus Bodl. *superasti.* Contra quem etiam Hieronymus Prolog. in Trad. Hebraic. *Pedibus margaritas conculcent, livor exarserit.* Wasse.

Me regnumque meum gloria decorasti. Quanto rectius in MSS. *meque regnumque meum:* geminata coniunctione. hic est enim peculiaris

mos loquendi historicorum. exempla paene sexcenta apud Livium, Curtium, reliquos. Rivius. — Commel. non adest vocula *gloria*, neque habet etiam Pal. quintus. Gruter. — Cic. I. Divin. §. 88. prope accedit: *Amphiaraum sic honoravit fama Graeciae, deus ut haberetur.* Infra Valla I. 21. *Inv. gloria superasti*: sumtum, inquit, ex *Demosthene*. pro *honoravisti* Ar. *onerasti*. L. 3. *decorasti*. Wasse.

Familiae. *Fam. nostrae* Pemb. sed *nostrae* supra, et a 2. m. Arond. L. 3. Digb. Marckii γ. Martin. et Venet. 1470. Wasse.

Gloria invidiam vicisti. Eadem de Semiramide Iustin. lib. I. cap. 2. §. 5. de Alexandro M. Apuleius I. Floridor. et Amyntas apud Curt. lib. VII. Causam reddit Cicero in Bruto: *Aequalitas gratiam exulcerat. At minus petuntur atro invidiae dente, qui superiores sunt: tanto enne minus, quanto excellunt magis.* Imo, ut a Plut. in lib. de Invidia et Odio optime dicitur, *verum secundarum excellentia ac splendor invidiam saepenumero extinguit.* Nec enim verisimile est, quenquam invidisse Alexandro aut Cyro, postquam potestatem ac dominium cunctorum fuere consecuti. Sed quemadmodum sol, quibus supra verticem est, rectaque lumen diffundit, his aut nullam facit umbram, vel exiguam: sic cum felices successus fastigium sunt nacti, ac supra invidiae caput eminent, illa, splendore eo victa, contrahitur ac recedit. Ita Horat. lib. IV. od. 3. eo se pervenisse ostendit, ut maior sit illis, qui prius invidebant:

*Et iam dente minus mordeor invido.* 38

et alibi lib. II. od. 20.

— — — *Invidiaque maior*
*Urbes relinquam.*

Pertinet huc etiam illud Claudiani lib. III. de laudibus Stiliconis:

— — — *quis non livescere possit,*
*Quod nunquam pereant stellae? quod Iupiter olim*
*Possideat coelum? quod noverit omnia Phoebus?*
*Est aliquod meriti spatium, quod nulla furentis*
*Invidiae mensura capit.*

Multo autem minus invideri solet longe minoribus: unde scite Philager Sophista, apud Philostratum, in vitis Sophistarum ait: Num solem censes vesperae invidere, aut morari, num quae stella sit in coelo? Adde Aristotelem II. Rhet. 10. Adde Tac. III. Ann. 58. §. 4. Rupert.

Moneo obtestorque, ut nos qui genere tibi propinqui. Legendum *uti hos.* nam sic fere Sallustius; *te* volumen Fabricianum habebat alterius manu additum in spatio, quod versus dirimit, neque est in alio praeterea quodam, nec in exemplari denique Beroaldino. Riv. — Mire delectatus fuit Sallustius tam pronominibus quam verbo substantivo; absque eo fuisset, poterat succinctius, *uti hos tibi genere propinquos, beneficio meo fratres, caros habeas.* Grut. — *Obt. te* Pemb. Arond. L. 3. Reg. B. Pub. Marckii λ. male. Wasse.

Alienos adiungere. Comm. servat *coniungere*, et ita alias legi superpictum Naz. unde fit ut ambigam de sinceritate lectionis. amicus meus abiiciebat tam *adiungere* quam *retinere*, veluti invecta temeritate sciolorum; satis licentiose. Grut.

**Non exercitus.** Xenophontis imitatio lib. VIII. *Οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τὴν βασιλείαν διασῶζόν ἐστιν, ἀλλ' οἱ πιστοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον.* Et D. Marcus apud Herodianum lib. I. *Οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος οὐδὲν αὔταρκες πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν* (forte *εὐκρασίαν*) *οὔτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὰ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ προϋπάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια.* Coler. — Hunc locum sumsit ex Xenoph. in oratione quam habuit Cyrus filiis atque amicis antequam moreretur: *Οἶσθα μὲν οὖν καὶ σὺ, ὅτι οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τὴν βασιλείαν διασῶζόν ἐστιν, ἀλλ' οἱ ΠΙΣΤΟΙ ΦΙΛΟΙ σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον· πιστοὺς δὲ μὴ νόμιζε φύσει φύεσθαι ἀνθρώπους (πᾶσι γὰρ ἂν οἱ αὐτοὶ πιστοὶ φαίνοιντο, ὥσπερ καὶ τἄλλα τὰ πεφυκότα πᾶσι τὰ αὐτὰ φαίνεται) ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς τίθεσθαι δεῖ ἕκαστον ἑαυτῷ· ἡ δὲ κτῆσις αὐτῶν ἐστιν οὐδαμῶς σὺν τῇ βίᾳ, ἀλλὰ μᾶλλον σὺν τῇ εὐεργεσίᾳ. Εἰ οὖν καὶ ἄλλους τινὰς πειράσῃ συμφύλακας τῆς βασιλείας ποιεῖσθαι, μηδαμόθεν πρότερον ἄρχου, ἢ ἀπὸ τοῦ ὁμόθεν γενομένου. Καὶ πολῖταί τοι ἄνθρωποι ἀλλοδαπῶν οἰκειότεροι, καὶ σύσσιτοι ἀποσκήνων· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος φύντες, καὶ ὑπὸ τῆς αὐτῆς μητρὸς τραφέντες, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ αὐξηθέντες, καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γονέων ἀγαπώμενοι, καὶ τὴν αὐτὴν μητέρα καὶ τὸν αὐτὸν πατέρα προσαγορεύοντες, ΠΩΣ ΟΥ πάντων οὗτοι ΟΙΚΕΙΟΤΑΤΟΙ;* Manut.

**Non exercitus, neque thesauri praesidia regni sunt, verum amici.** Id est, *consiliarii.* Quid si vero illi ipsi amici thesauri? pro talibus profecto habuit Alexander M. nec sine causa. Ut enim placet Theoni in Chriis: *Quot amicos pararis, tot oculos habes, quibus quae velis, videas: tot aures, quibus, quae decet, audias: tot consilia, quibus de iis, quae conducunt, consultare et prospicere possis. Non enim aliter se habet plurium amicitia, quam si cui DEUS unum corpus habenti, multos daret animos, qui omnes illi providerent et consulerent.* Quae eadem ad verbum habet Dio Chrysost. Orat. I. de Regno, ibi: *Quot quis habet amicos, tot oculis ea, quae vult, videt, tot auribus audit, quae oportet, tot cogitationibus cogitat de iis, quae conducunt. Non enim est aliud, quam si cui DEUS unum corpus habenti, multos animos dedisset, qui omnes ipsi providerent.* Eadem Aristoteles III. Polit. cap. 16. *Etiam nunc Principes dant operam, ut multos habeant oculos, et multas, manus, et multos pedes.* Euripides in Hercule: *Ὅστις δὲ πλοῦτον ἢ σθένος μᾶλλον φίλων Ἀγαθῶν πεπᾶσθαι βούλεται, κακῶς φρονεῖ.* id est, interp. Cantero:

89 * *Quicunque robur aut opes aut non malos*
*Mavult amicos possidere, male sapit.*

Adde Putean. in lib. V. Hist. Ins. pag. 273. n. 8. Plin. in Paneg. c. 85. *Cum plurimis amicitiis fortuna Principum indigeat, praecipuum est Principis opus, amicos parare.* ubi Bernecc. Cyrus: *Non est hoc sceptrum aureum, quod regnum servet; sed amici multi sceptrum sunt verissimum maximeque securum.* Cicero: *Opibus cetera paramus; amicos non paramus, optimam et pulcerrimam vitae supellectilem. Praesertim si boni.* Tacit. IV. Hist. 7. *Nullum maius imperii instrumentum, quam bonus amicus:* ut contra malus amicus, sive consiliarius, est regis sui ruina. Polyb. in Excerptis Peiresc. pag. 17. et 19. et tales etiam erant Philippi primi consiliarii.

idem ex Theopompo pag. 23. sed eum ibidem refutat Polyb. pag. 24. Adde eund. pag. 32. Diod. Sicul. in Exc. Peir. pag. 295. Barclaius in Argen. lib. 1. pag. 27. 28. Plura ad explicationem huius loci facientia afferunt Lips. III. Pol. 3. Bernecc. ad Iustini lib. IX. cap. 8. §. 17. lit. i. Clapmar. lib. II. de Arcanis Imperii cap. 22. Weitzius in Epaminonda pag. 79. 80. 81. RUPERT.

PARIUNTUR. Sic in manuscriptis atque aliis vetustis; non *parantur*. quomodo in Eunucho Terentius: *Cupio aliquos parere amicos beneficio meo*. et in Andria: *Obsequium amicos, veritas odium parit*. sic alicubi *amicitias parere* dixit Cicero. vocum affinitas ansam errori praebuit. RIVIUS.

OFFICIO ET FIDE PARANTUR. Antiquus quidam codex: *Obsequio et fide parantur*. Sic et Terentius in Andria: *Obsequium*, inquit, *amicos, veritas odium parit*. Non tamen sum ausus vulgatam scripturam delere, libris dissentientibus, in quibus ea reperitur. C. POPMA.

OFFICIO ET FIDE PARIUNTUR. Consului tres quadrigas MSS. Pall. sed in nullo reperi Popmae *obsequio*. quod et nauci hoc loco; est enim *obsequium* inferiorum erga superiores. GRUTERUS. — Pro *pariuntur* Bodl. *praeparantur*. Digb. Codex Popmae. γ. Vincentius Bellovacensis VI. 14. *parantur*. Ar. *patrantur*. Male omnes, quod monuit Rivius. Vox *pariuntur* erat Monachis plane ignota. Nihil ergo mirum fecerunt, cum illud alterum quasi notius eius loco intruserint. At Noster a Cicerone habuit, qui IV. Catilin. §. 1. *Feram non solum fortiter, sed etiam libenter, dummodo meis laboribus, vobis populoque R. dignitas salusque pariatur*. Eo loco Priscianus pag. 940. omittit vocem *Consul*, non male; et codex MS. B. Pub. Cant. pro *continetur* clare exhibet *variatur*. lego *versatur*. Idem de Fin. I. 2. *qui dolorem eum fugiat, quo voluptas nulla* pariatur. et §. 66. *a spe* pariendarum *voluptatum*. Sallustium sequitur Livius VII. 40. *Satis fuit, eritque, unde belli decus* pariatur. Nepos Epaminond. Paritur *pax bello*. Philippus ad Alexandrum apud Val. Maximum VII. 2. *Quae te, fili, ratio in hanc vanam spem induxit, ut eos tibi fideles futuros existimares, quos* pecunia *ad* amorem *tui compulisses? a* charitate *istud* praestatur. ita editi, sed codex Pembroch. *pat.* et supra *t* abbreviatura illa visitur, qua designari solet *tur*. forte ergo legendum *paritur*. Arnobius VII. pag. 248. *fastidium ne immoderatione* pariatur. confer pag. 20. 8. Cyprianus, qui Nostrum sequi amat, ad Donatum pag. 9. *Nec ad hoc pretiis, aut ambitu opus est, ut hominis summa vel dignitas vel potestas elaborata mole* pariatur. Silius V. 169. *Nam cur haec alia* pariatur *gloria dextra*. vide etiam lib. X. 146. Plato Ep. VII. μόγις ἐπιστήμην 'ΕΝΕΤΕΚΕ. sententiam ipsam habes apud Ammianum XXV. 4. Theonem Chria I. pag. 112. Libanium pag. 343. Stobaeum Serm. CXIV. Tacitus eam ad liberos detorquet, Hist. IV. 52. *Non legiones, non classes, perinde* firma imperii munimenta, *quam numerum liberorum*. Demosthenes Philipp. IV. pag. 160. ΠΟΛΕΩΣ γὰρ ἔγωγε ΠΛΟΥΤΟΝ ἡγοῦμαι, συμμάχους, πίστιν, 'ΕΥΝΟΙΑΝ. Confer omnino D. Halicarn. Antiq. II. 3. Infra: *quis amicior quam frater*. Haec ille

ex Menandro: *Νόμιζ' ἈΔΕΛΦΟΥΣ τοὺς ἈΛΗΘΙΝΟΥΣ ΦΙΛΟΥΣ.* Wasse.

Quem alienum fidum invenies, si tuis hostis fueris. Ita MSS. et Rodolphus Agricola pag. 264. Wasse. — Lipsius Not. ad III. Politicor. cap. 4. hanc in rem pulcerrime disserit, sed cumprimis tertia 40 ratio, cur ad fulciendam Rempublicam * non adhibendi sint peregrini: *etiamsi iis peritia*, inquit, *vix tamen affectus aut fides. Qui potest in alienam Rempublicam? in qua semper illud cogitat: Mihi istic nec seritur nec metitur. Itaque ad commodum suum, aut arbitrium Principis, videbis pleraque ab iis referri.* Vos, Germaniae Principes, attendite; ac vobis haec putate scripta. Qui in necessitudines, in sanguinem, in fratres vestros, specie Religionis, atrocia paratis: an Italos, Hispanos, exteros alios candori Germanico per ludibrium insultantes, fideliores habebitis? Rupert.

Equidem ego. *Vobis regnum* B. Publ. *sin mali* Marckii γ. λ. B. Pub. Venet. 1470. L. 2. Reg. Carrio et Gruter. *si.* ita (inquit) MSS. antiquiores, recentiores *sin;* quod alioquin respuunt edd. priscae. Gruterianam lectionem firmat Severus apud Spartianum cap. 23. firmum imperium *Antoninis meis relinquens*, si boni erunt, imbecillum, si mali. L. 2. *imbecille.* infra Carrio, *res parvae.* Bodl. Digb. cui positurae favet Ammianus, qui locum ob oculos habuit, lib. XXVI. cap. 2. *sed studendum est concordiae viribus totis, per quam* res *quoque* minimae *convalescunt.* At Seneca Epist. XCIV. parvae res. Et Lupus Abbas a Grutero et MSS. nostris stat Ep. C. *Quia per concordiam* parvae res crescunt, *per discordiam maximae dilabuntur.* Cuius exemplo mallem apud Nostrum, *per concordiam* etc. *discordia.* vide adnotata ad cap. 7. Callimachus Hymn. III. 133.

*Οὐδὲ διχοστασίη τρώγει γένος, ἥ τε καὶ εὖ περ*
*Οἴκους ἑστηῶτας ἐσίνατο.*

adde Homerum Odyss. Z. 181. Wasse.

Si mali, inbecillum. Ita MSS. antiquiores, recentiores *sin*; quod alioquin respuunt edd. priscae. Grut.

Concordia res parvae crescunt. Quoniam pervulgata sunt, desino congerere, quanquam belle medius fidius et sapienter in hanc sententiam a veteribus dicta. Vid. Polyb. lib. II. cap. 37. et 38. et 40. Amm. lib. XXVI. pag. 313. lin. 5. Rupert.

Qui aetate et sapientia prior es. In Merseburgensi et impressis vetustioribus, *quia aetate* etc. sed eodem sensu. Forte aliquo in exemplari scriptum erat, *qui aetate*, ut in initio posterioris dictionis foret diphthongus *ae.* id aliquis non intelligens, illam *a* vocalem particulae praecedenti addidit; atque ita forsan legi coeptum *quia*, pro *qui.* verum hic nihil admodum pronuntio, tantum diversam lectionem est annotare visum. Rivius. — Reg. *caeterum Iug. ante hos te.* Ar. abest *te.* Digb. vero post *providere* exhibet. a Marckii γ. λ. exulat quidem, sed non primitus, uti ex lituris patet. Wasse. — Plautus Sticho:

*Et si improbi sint, atque aliter in nos faciant, secus*
*Quam aequum est.*

Cicero, sive quis alius, ad Herennium: *Quintus locus est, per quem ostendimus, si semel aliter iudicatum sit, nullam rem fore, quae incommodo mederi, aut erratum iudicum corrigere possit.* Ita secus pro male. Tacitus Ann. II. *Interrogatus a consule, quid de his censeret, quae de matre eius locuta secus argueretur? reticuit.* Non recte ergo, qui hoc ubique in secius mutant. Palm.

In omni certamine. Livius XLII. 63. *Non ob aliam caussam quam pravo studio, quo etiam in certaminibus ludicris vulgus utitur, deteriori atque* infirmiori favendo. Seneca Phoen.

*Quo caussa melior, forsque deterior trahit*
*Inclinat animus semper infirmo favens.*

Cicero pro Quint. §. 3. *In eiusmodi rebus opes suas experiuntur, in quibus, quo plus propter virtutem nobilitatemque possunt, eo minus quantum possint debent offendere.* Tacitus Hist. II. 10. *Contra, apud alios nihil aeque reo proderat, quam nimia potentia accusatoris.* Cassiodorus Var. III. 36. *Et quia in caussis semper est* suspecta potentia, *dum* velle creditur, quod posse iudicatur. Egregie colorem hunc tractat Cicero pro Murena §. 58. Dion Chrysostomus Orat. XXXIV. *Τὰ δὲ νῦν οὔτε Μαλῶται διαφέρονται πρὸς ὑμᾶς, αὐτοὶ μὲν ἅπαντα ἀδικοῦντες καὶ θρα-* 41
*συνόμενοι· τῷ δὲ ἀσθενεῖς εἶναι, καὶ πολὺ ἧττους ἀεὶ μᾶλλον τὴν τῶν ἀδικουμένων τάξιν ἀεὶ λαμβάνοντες. οὐ γὰρ ἃ ποιοῦσιν ἔνιοι σκοποῦσιν, ἀλλὰ τίνες ὄντες· οὐδὲ τοὺς ἀδικοῦντας ἢ βιαζομένους ἐθέλουσιν ἐξετάζειν πολλάκις, ἀλλ' οὓς ΕΙΚΟΣ ΒΙΑΖΕΣΘΑΙ τῷ ΔΥΝΑΣΘΑΙ ΠΛΕΟΝ.* Herodianus IV. 8. *Τοῖς μὲν γὰρ ΔΥΣΤΥΧΗΣΑΣΙΝ ΕΛΕΟΣ, τοῖς δὲ κρατήσασι φθόνος παρακολουθεῖ· καὶ τὸ μὲν ἡττηθὲν, τοῖς τοιούτοις ΑΔΙΚΕΙΣΘΑΙ, τὸ δὲ ΝΙΚΗΣΑΝ ἈΔΙΚΕΙΝ δοκεῖ.* Totam sententiam iuxta impressos, supresso tamen auctoris nomine, citat Quintilianus VIII. 5. Wasse.

Colite et observate talem hunc virum. *Τὸ et* non est in MSS, nec aliis vetustioribus et sic est Sallustianum magis. Rivius. — In omnibus antiquis novisque, quae vidi, exemplaribus, locus hic mancus deminutusque fuit. Eum nos replevimus ex Prisciano, locum hunc citante. C. Popma. — Nihil plus est in nostris. itaque facessat Popma cum suo, praeter ea, *veneramini* [post *colite*] mihi enim adhuc abundare videtur *colite*. Grut. — Is ordo verborum in MSS. quem Apuleius non semel turbat Metam. I. Hunc talem, *quanquam necessarium et summe agnitum, tamen dubia mente propius accessi.* ita etiam Miles. IX. et lib. de Philosoph. caeterum pro *opulentior* malim propemodum *pollentior*. sed alterum idem valet. Plautus Curc. II. 3. *Nec quisquam sit tam* opulentus, *qui mihi obsistat in via: nec strategus, nec Tyrannus quisquam, nec agoranomus, nec Demarchus, nec Comarchus, nec cum tanta gloria, Quin cadat.* Caecilius Plotio: Opulentitate *nostra tibi iniuriam faciam.* Lucret. V. 1120.

*At claros se homines voluere esse, atque* potentis:
*Ut fundamento stabili fortuna maneret,*
*Et placidam possent* opulenti *degere vitam.*

Noster: *quae pars agro virisque* opulentior. *Resp.* firma *erat*, opulentia *neglegentiam tolerabat.* Vid. Iug. 61. et VI. 45. WASSE.

QUIA PLUS POTEST, FACERE VIDETUR. *Hispaniae regnum adspice, cuius hodie adeo suspecta omnibus magnitudo est, ut, ubi primum ab eo scribi miles coeperit, omnes sibi strui insidias arbitrentur. Inde foedera, inde mutuae pro tuenda communi salute conventiones; et plura in arcano, quam publice pacta:* ut scribit in eruditiss. ad Tacitum notis Chr. Forstnerus. Adde Bern. in Germ. Tac. Q. 127. Voss. II. Inst. Orat. pag. 807. RUPERT.

IMITAMINI VIRTUTEM. Si verum est quod ferunt Grammatici, delectatum Scriptorem nostrum verbis pluralibus, haud aegre admiserim Prisciani, *imitamini virtutes eius;* etsi pronomen supervacaneum videri queat. GRUT.

NE EGO MELIORES LIBEROS SUMSISSE, QUAM VIDEAR GENUISSE. Legendum e Fabriciano, *sumpsisse videar, quam genuisse.* porro *sumpsisse* pro *adoptasse* dixit. RIVIUS. — Ita Graeci, Theophilus et Hermenopulus, λαμβάνειν pro *adoptare* usurpant, ut copiosius in Parergis dixi. Vide Nonium in *sumere.* Fortean autem allusit Micipsa ad illud Democriti παράδοξον, quod et Plinius defendit in Panegyrico: Melius esse adoptare, quam procreare liberos. COLER. — Illud tamen facilius, ut meliores sint sumti, quam geniti. Siquidem, ut ait Galba apud Tacitum I. Hist. 16., *Optimum quemque adoptio inveniet. Nam generari et nasci a principibus fortuitum, nec ultra aestimatur: adoptandi iudicium integrum; et si velis eligere, consensu monstratur.* Quorum verborum ista vis est: *Saepe fieri ut mali e bonis nascantur, et contra boni e malis; at qui aliquem adoptat, sibi in imperio successorem futurum, iudicio in ea re uti, ab affectu incorrupto, qualis est parentum in liberos ex sese genitos: spectare praecipue consensum omnium.* In quibus postremis pulcerrime illustratur a Plinio iuniore, qui Nervam, Traianum adoptantem, magnifice eo nomine celebrans, quod *in eo secutus ille sit Senatus Populique consensum: non unius Nervae iudicium*, inquit, *illud, illa electio fuit. Nam qui ubique sunt homines, hoc idem votis expetebant. Ille tantum iure prin-*
42 *cipis occupavit, primusque fecit, quod omnes * facturi erant: nec hercule tantopere cunctis factum placeret, nisi placuisset, antequam fieret.* RUPERT.

NE EGO MELIORES. λ. *assumsisse.* eum refellunt caeteri. Vopiscus in Caro V. *Quare* adnitemini *ne* meliores *peregrini quam vestri esse videantur.* WASSE.

## CAP. XI.

TAMEN PRO TEMPORE BENIGNE RESPONDIT. Hoc igitur erat iuxta proverbium vetus, ἀλωπεκίζειν πρὸς ἕτερον ἀλώπεκα, id est, *cum vulpe vulpinari, et astutiae clavum alio veluti clavo pellere.* Vide notam ad Catil. cap. 10. RUPERT.

IUSTA MAGNIFICE. In codice Nazar. legi *iustitium;* quod excutiant homines libitinae amici, nam mihi profecto ferme se probat. GRUTER. —

Sicque Pemb. ut videtur primitus. γ. *iusta officia*, vel ex interpretatione vocis *iusta*, vel corruptione τοῦ *iustitium*. Venetiis cusum exemplar 1470. *busta*. Digb. *iuxta et magnifice*. Varietas inde nata est, quia superfluit *magnifice*, neque eo fere utuntur auctores in hoc negotio. Plerique enim breviter per *iusta peragere*, *facere*, *reddere*, *solvere*, *praestare* idem efferunt; quomodo fere Graeci per *τὰ νομιζόμενα*, *ἔθιμα*, *ἐναγίσματα*. ita fere Glossae, apud quas, *iurctum* τύμβος, monstrum verbi, tu lege, *Burgum* τύμβον. Festus voc. Praecedanea. *qui mortuo* iusta *non* fecisset, *id est, glebam non* obiecisset. lego: *non ob os iecisset*. Cicero II. de Leg. *Priusquam* in os iniecta *gleba est*. Confer Spartianum in Aelio VI. Suetonium Ner. XXX. Iustinum XXVIII. 10. Tacitum Annal. VI. 1. Verum tam *magnifice* quam *regio more* in suis libris invenisse videntur Livius et Hegesippus, hic lib. XXVIII. 42. *exercitusque ad custodiam urbis atque Italiae scriptos esse, non quos* regio more, per superbiam *Coss. quo terrarum velint, traiiciant*. ille vero I. 46. *Post haec* competenter *atque* magnifice *funus curatum, omni ambitu* regalium *divitiarum praemisso ad pompae funebris celebritatem*. Caeterum quod ad Codicis Nazariani scripturam attinet, quamvis in morte Principum et Augustorum iustitia indicere solebant, quamvis Severum *iustitia lugendum sanxere* Patres apud A. Victorem XX. tamen *magnifice facere iustitium* nullus invenias. Itaque nihil novandum. Noster Catil. *Iam primum iuventus, simul ac belli patiens erat, in castris* per laborem usu *militiam discebat*. alibi: terra marique omnia. et: *hostium* more per triumphum *duxere*. Alibi addit copulam: inconsulte ac veluti per dementiam *cuncta simul agere*. Hunc sensum ita extulit Homerus Odyss. II.

*Σῆμά τε οἱ χεύσω, καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεΐξω*
*Πολλὰ μάλ', ὍΣΣΑ ἜΟΙΚΕ.*

Wasse.

In unum. Haec non agnoscit Digb. Alcuinus in Gram. pag. 1270. ed. Paris. 1617. *postquam Reguli* coire in unum: et sic in ed. Putschiana pag. 209. sed cum per totum fere caput Priscianum exscripserit, apud quem legitur *convenere*, non est ut illi assentiamur. Adeas ergo Priscianum pag. 610. ubi haec lectio a tribus huius Academiae MSS. servatur. Reg. opinor melius *conveniunt*. Wasse.

Etiam ante ignobilitatem Iugurthae. Legendum, *antea*; id et plenius est et sonantius. Quid si divisim legas, *et iam antea?* ubi nos coniunctim *etiam*. Rivius.

Materno genere inpar erat. Certum hoc: requiritur ad veram nobilitatem tum ut quis claris sit ortus maioribus, tum etiam ut legitime sit ortus: hoc est, et loco honesto, et honeste sit natus. Nam quod et Graecum verbum *εὐγενείας* nomen indicat, spurii vere proprieque nobiles esse non possunt, quia *non sunt bene nati*, ut loquitur Horatius. Nascuntur enim contra quam praescribit virtus, et iustitia civilis. Itaque Graecis dicuntur *κακῶς γεγονότες*, v. g. Plutarcho in Lysandro, qui Latine sic loquitur: *At claudum esse regnum, si nothi et male sive illegitime nati imperent posteritati Herculis*. Nimirum conceptio * est generis 42

fundamentum. At nothi et spurii non nascuntur nuptiis legitimis aut iustis, prout appellantur a Ictis veteribus. RUPERT.

QUI MINIMUS EX ILLIS ERAT. Dixisset alius, *minimus ex illis*, relecta dictione principe ac postrema. GRUT.

NE MEDIUS EX TRIBUS. Dictiones *ex tribus* abundare opinor. CIACO. — Ἔμφασις inest in illis verbis *ex tribus*, neque videntur removenda, ut censet Ciacconius. COLER.

QUOD APUD NUMIDAS HONORI DUCITUR. Lipsius II. Elect. cap. 2. ubi probare conatur, dextrum locum Romanis honestiorem fuisse sinistro, inter alia hic legit insita copula, *quod et apud Numidas*. Nam *certo scimus*, inquit, *de medio loco obtinuisse etiam Romae, ne apud Numidas tantum censeas.* In ceteris hic sensus est Sallustii: Res, in solenni hoc consessu regum, constituta ex more, dextra Adherbal consideret, medius Iugurtha, sinister Hiempsal. Turbavit per ferociam iste et superbe transiit ad dextram. Primus igitur locus medius, proximus dexter. RUPERT. — Lipsius legit: *Quod et apud Numidas.* Nam Romae id moris erat, ut medius locus esset honestissimus. Vide fontem illum ingenuum Criticae lib. III. Antiq. Lect. et Elect. lib. II. cap. 2. COLER.

DEXTERA ADHERBALEM ADSEDIT. Hinc de Didone dixit Virgilius versu supra citato: *mediamque locavit*, quod is locus, ut ait Sallustius, *apud Numidas honori duceretur*. et fortasse voces *ex tribus* abundant, ut diximus supra. Quod autem paulo post ait: *Inter alias res iacit*, id videtur imitatus Tacitus, cum dixit libro II. *Quaedam de habitu cultuque et institutis eius iecerat*. URSINUS et CIACO. — Quidam codices habebant, *ante Adherbalem adsedit*. Sane illud *dextra* ambiguum est: nihil enim refert, sive dextram Adherbalis, sive Hiempsalis intelligas, modo Hiempsal Adherbali proxime adsederit. Sic enim vel ipse Hiempsal, qua iuvenili erat audacia, fiebat medius, vel Adherbal, quod iure poterat. Si itaque *in medio sedere*, plus erat quam superiore aliquo loco, nihil refert in utram Adherbalis partem assederit Hiempsal. Nullo enim pacto fieri potuit medius Iugurtha, siquidem duo hi contigui sedebant. Quare paulo post verbum, *in partem alteram*, Iugurthae scilicet exponendum est, alioqui Adherbal se fecisset medium, unde Iugurtha nihil honoris habuisset, frustraque fatigasset fratrem, ut aetati concederet. GLAREAN.

DEINDE TAMEN UT AETATI CONCEDERET. Manuscripta, *dein tamen*. quae particula sane est in veterum scriptis frequens. Ita postea: *dein loca exusta solis ardoribus:* nam sic exemplar manuscriptum, ubi hodie fere *deinde*. Merseburgensis codex, *dehinc tamen ut aetati* etc. RIVIUS. — Priscianus pag. 1182. omittit *Adherbalem*, contra Codd. Hiemsal dextra Adherbalem adsedit, Iugurthae ergo laeva sive locus infimus relinquitur. *fatigatus autem a fratre Hiempsal ut aetati concederet, in partem alteram transductus est.* nempe id rogat, ut Iugurthae medius locus concedatur, ideo quia utroque aetate maior sit. Non ergo petiit, ut Iugurtham in suum locum admitteret Hiemsal, isque se in locum Iugurthae transmoveret: hoc enim pacto Adherbal medium locum sibi servasset neque *aetati Iugurthae*, quod fratrem facere postularat, ipse conces-

sideset: verum id velit, ut Hiemsal ad laevam Iugurthae concedat, unde illi medius locus, ipsi Adherbali dextra Iugurthae sive secundus, Hiemsali Iugurthae laeva, sive infimus, pro cuiusque aetatis ratione proveniret. Haec est genuina huius loci interpretatio. Goropius Becanus dextrum locum honestiorem autumat: eum multis refutat Lipsius Elect. II. 2. Quod vero et apud Afros secundo honore erat dexter locus, testis Livius in clade Cannensi: *Gallos Hispanosque equites prope ripam* laevo in cornu etc. dextrum cornu *Numidis equitibus datum*. ibi honestior locus ipsis Carthaginensibus, secundus vero illorum auxiliariis attribuitur. Polybius I. 29. *Ἡγοῦντο δὲ τῶν Καρχηδονίων τοῦ μὲν δεξίου κέρως Ἄννων, τῶν δὲ εὐωνύμων εἶχε τὴν ἐπιμέλειαν Ἀμίλκαρ.* At Hamilcar pedestribus copiis praeërat, ut patet ex pag. 34. Hanno autem navalibus, proinde in proelio maritimo locum obtinuit honestiorem. Et in pugna illa decretoria ad Nadagaram, cuius meminit Livius XXX. 33. dextrum Carthaginenses, sinistrum Numidae tenuere. Caeterum hoc loco, *et apud Numidas* ex Coniectura legit Lipsius, uti * L. L. 2. *γ. λ.* Bodl. Pemb. Venet. Mart. 44
quod admiserunt editionis Gruterianae recoctores, interque eos interpretum facile deterrimus Crispinus, cui ex ea copula tandem suboluit, medium locum etiam apud Romanos summo in honore fuisse. Pari ipse sagacitate et acumine colligo, istum non legisse Plutarchum in vita Catonis pag. 787. in Sulla 453. Suetonium Claud. cap. XXVII. Virgilium, Ovidium, Sidonium Epist. XX. lib. IV. Minutium, Spartianum, M. Capellam pag. 46. Aur. Victorem Epist. cap. IV. ne quidem Lipsium Elect. II. 2. alioseque bene multos, apud quos in propatulo haec res. Voces *ex tribus* abundare putat Ursinus, ipse non item. Livius I. 53. *qui minimus ex tribus erat.* Wasse.

Vix in alteram partem traductus est. In manuscriptis est, *transductus*. quod antiquitatem magis redolet, et apud Terentium et Caesarem reperitur. Rivius.

Ibi cum multa de administrando imperio dissererent, Iugurtha inter alias res ait, oportere quinquennii consulta et decreta omnia rescindi. Manuscriptum, *inter alias res iacit*, pro, *inter alia hoc significavit et innuit*, *oportere quinquennii consulta* etc. nam sic interdum hoc verbo utimur. Cicero ad Atticum II. *Sed illud quid sit, scire cupio, quod iacis obscure, iam etiam ex ipsis quinqueviris loqui quosdam. Quidnam id est?* pro, quod obscure et tecte significas. T. Livius VI. ab U. C. *Ad hoc domi concionantis in modum sermones pleni criminum in Patres, inter quos cum omisso discrimine vera an vana iaceret, thesauros Gallici auri occultari a Patribus iecit.* pro *significavit*. quomodo et alias idem. Sed et verbo *iactare* Livius in eodem significato utitur. Ut V. ab U. C. *Iactantibus non obscure Gallis, haud magna mercede se adduci posse, ut obsidionem relinquant.* Est apud Tacitum: *Iacere fortuitos sermones*. lib. V. idem, *Si quia discordes iecissent*, inquit. Fuit credo, qui, quid sibi nam vellet *τὸ iacit*, minus intellexerit. is igitur deceptus specie recti, ut est inscitia, substituendum putavit, *Ait*. Quod si cui vulgata lectio magis arridet, is persuasum sibi habeat, animum errore et una specie atque imagine veri praeoccupatum in caussa esse, cur ei

minus castigatio nostra placeat. Haec iam annotaram, cum ecce affertur et aliud manuscriptum, in quo ipso idem reperi: ut iam nullus scrupulus relinquatur. Ceterum *decreta rescindi* Sallustius pro *irrita infectaque fieri*, sive *pro irritis haberi* dixit: quomodo et Cicero, *Caesaris acta rescindere*, *constituta ab alio rescindere*, *iudicium vel res iudicatas rescindere*, atque hoc genus alia, pro *infirmare*, *dissolvere*, *labefactare*. nam his verbis interdum eodem modo est usus. Rivius.

Iugurtha inter alias res iacit: oportere. Quidam praelo excusi codices: *Iugurtha inter alias res ait oportere.* Nonnulli ex Manuscriptis meis: *Iugurtha inter alias res dicit oportere.* Nos tamen *iacit* legendum arbitramur, ob rationes, quas illi adferunt, qui ante nos in Sallustium Castigationes scripsere. C. Popma. — Ita oppido bene Carrionis editio, agnoscitque eam vocem Naz. Palatinus, quamvis deinde corrector mutarit in *ait.* quod exemplaria edita diu iniurie occupavit. Gruter. — Vell. lib. II. cap. 65. *Iactu mentio.* ubi Schegkius Tacitum Historiis: *Iacere fortuitos sermones.* sed et ibid. h. Sallustii l. vulgatam Vellei defendit. Rupert. — Recte Riv. sic enim citat Lactant. ad Statium in Theb. I. 40.

— — *Mox ut* iactis sermonibus *irae*
*Intumuere satis.*

Tacit. An. III. 8. *Drusus Pisoni, si vera forent quae* iacerentur, *praecipuum in dolore suo locum respondit.* et III. Ann. 66. *Mamercus antiqua igitur Latiaris* iacere *fortuitos primum* sermones. An. IV. 68. et An. XII. 54. et VI. 4. *iactare* etiam Iustin. XII. 12. *iecit significationes* Sueton. Ner. XXXVII. Q. Septim. I. 6. interiaciens *memoriam discordiarum Ili et Pelopis.* Wasse.

Illum tribus. *Tribus his* Carrionis Ed. Ar. Pemb. *his tribus.* omittit *his*, et *illum* γ. infra, *adoptione*: adoptio quandoque in ignominia est, ut apud Tacitum An. I. 17. *Dabat et famae, ut* vocatus electusque *potius* a Republica *videretur, quam per uxorium ambitum, et* senili adoptione inrepsisse. unde ad Traianum Plinius: *Imploratus* adoptione, * *et accitus es: ut olim duces magni, peregrinis externisque bellis, ad opem patriae ferendam revocari solebant.* alibi: *alius atque alius in gratiam uxoris: adscivit te filium non vitricus sed princeps.* Eius formam habes apud Brissonium VIII. pag. 723. Ar. Reg. Marckii γ λ. Pemb. *adoptatione*, prope accedit Bodl. *adoptatum*, Gruteriana illud alterum servat. Non audio. Consule Gellium V. 19. et Cl. Davisium ad Ciceronis Tusculanas I. 14. ita etiam legendum ex Codice Francii apud eundem in Orat. pro Domo sua; quod miror Graevium non animum advertisse. Fallitur ergo Antonius Schorus, cui recentiorum vocabulum videtur. Florus IV. 4. *quum* adoptionem *Iuliae gentis inhibere non desineret.* Codex D. Nazarii, teste Salmasio, *conoptationem* vel *cum adoptationem*, unde ille in *cooptationem*; verum cum Codd. Pal. et Veneti habeant, *quam adoptionem*; legendum ex optimo illo codice, *adoptationem.*

Quod verbum altius descendit. Foecunda salium et arguta libertas grata solet esse in colloquiis, iocis ceterisque animi remissionibus. Quid enim elegantius, quam ad omne argumentum, sententiolam, dicta-

que concisa, et veluti brevi fulgure micantia, habere? quid urbanius, quam omnia dicta factaque excipere improvisis salibus; et brevi nitidoque acumine, semper intentum esse in aliorum ineptiam? Sed innoxii esse debent isti ioci, et qui non minus eum, in quem dicuntur, quam ceteros, qui audiunt, delectent. Nam *quibus acerbitas inest, quaeque multum ex vero trahunt, acrem sui memoriam relinquere solent*, ut pulcre disserit Forstn. ad illud Taciti e lib. V. Annal. cap. 2. *Dicax idem, et Tiberium acerbis facetiis inridere solitus, quarum apud praepotentes in longum memoria est.* Adde Pareum Praef. ad Grut. tom. 7. Lamp. Criticae, Beroald. ad Apul. pag. 262. RUPERT.

QUAM QUISQUAM RATUS ERAT. Legendum, *quam quisquam ratus*, omisso illo verbo *erat:* quod ex glossa inepti alicuius et insulsi litteratoris irrepsisse credo in contextum. RIVIUS. — Secutus antiquorum codicum fidem, locum sic scripsi, damnata vulgata lectione, in qua verbum *erat* omissum est. Nam paulo ante: *Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit.* Quare minime illis assentior, qui verbum *erat* ex glossa inepti alicuius et insulsi literatoris irrepsisse putant. C. POPMA. — Non video cur Popma ita pugnare debeat pro vocula *erat.* mihi sane, aeque ac Rivio, notha videtur; arguuntque ipsammet MSS. nam in quibusdam eius loco comparet *esset.* certe abest Palat. octavo, neque culpo Carrionem quod excluserit editione sua: idem et ipse facturus, ubi cognovero abesse etiam alteri alicui MSS. haud enim unius testimonio standum puto, etsi innocentissimi. Tale quid etiam dictum volo de his, quae habemus supra cap. 7. *Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit.* GRUTER. — Omittunt *erat* Bodl. Laud. L. I. 8. male. Hegesippus I. 36. *Quod* altius in pectus Herodis quam quisquam ratus erat, *descendit.* et I. 36. *aliter ac ratus erat.* Ita MSS. C. C. C. B. Pub. Huc item spectant Tacitus Ann. I. 69. *Id* Tiberii *animum* altius *penetravit.* Iustinus VIII. 6. *Crescit dissimulatione ipsa dolor, hoc* altius demissus, *quo minus profiteri licet.* Spartianus in Geta III. *Idque ioco dictum* Severus altius, quam quisquam praesentium, *accepit.* et VI. *Quod dictum* altius in pectus Bassiani descendit. Claudianus:

> *Invisos odisse palam; non virus in alto*
> *Condere.*

Alio sensu Seneca de Const. IX. *ut ille omnes iniurias* in altum *dimittat, patientiaque se ac magnitudine animi defendat.* Lipsii lib. *in altum.* unde tentat *in alto*. hoc est, inquit ille, *sublimis:* vel, *inultus*, in quod propendet vir magnus. Locus recte habet: *in altum*, hoc est, *in mare* tradere. Horatius:

> * *Musis amicus* tristitiam *et* metum 46
> Tradam protervis in mare *Creticum* — Ventis.

Hinc iram Tiberii *abstrusum incendium* vocat Paterculus; solebat enim iste veterator, ut Taciti verbis utar, *crimina recondere et dissimulata offensione abdere.* Id genus apud Senecam audit, *ira introrsus versa.* Thucydides: Ἔχθραν προσποιησάμενος ἄδηλον. Homerus eleganter κατὰ ΦΡΕΣΙ ΒΙΣΣΟΔΟΜΕΥΩΝ. a quo accepit Lucianus. WASSE.

IRA ET METU ANXIUS. Ita libri. Tacitus Histor. II. 92. *Munia*

*imperii Caecina ac Valens obibant*, *olim* anxii odiis, *quae* etc. 97. anxius *proprio* bello. IV. 80. favore *militum* anxius, *et* superbia *viri*. Orosius V. 18. anxius *tantis* malis Drusus. et pag. 571. periculo. WASSE.

EA MODO IN ANIMO SUO HABERE. Tres libri, *ea modo cum animo suo habere.* Melius, *cum animo suo trahere*, *agitare*, *volvere*, Sallustio familiaria. PUTSCH. — Est haec quidem lectio plerorumque MSS. sed tamen cum Pall. quintus ac decimus servet tantum, *modo animo habuisse*; Nazar. vero adhuc abiecerit voculam *animo:* dispiciendum est, an non media scriptura optima sit, ac praepositio manarit a sciolis: nam hactenus editum est *in animo habere*, quomodo nullae membranae praeter Pal. octavum. GRUT. — Recte Gruterus. Vide nos ad Livium lib. XLIV, 24. GRON. — Sic Carrio, Grut. Bodl. Digb. λ. et forte primitus Pemb. B. Pub. ast γ. in, sed a manu correctrici. Infra: *primo conventu.* Vide Palmerium. Lib. 3. *leniter* [pro *lenitur*] pessime. Septimius III. 2. *pulchritudine virginis capitur: auctoque in horas desiderio*, *ubi* animus non lenitur, *ad naves discedit.* Infra pro *tempus* γ. *decernitur dies.* WASSE.

## CAP. XII.

PRIMO CONVENTU, QUEM AB REGULIS FACTUM SUPRA MEMORAVI. Eleganter, inducta voce, e Thosano scribe: *Primo conventu ab regulis, quem supra memoravi. Conventus ab regulis*, ut dicimus, *convenitur ab regulis.* PALM. — Tacitus dixisset, *superiore regulorum conventu*, resectis reliquis omnibus. GRUTER.

PROPTER DISSENSIONEM PLACUERAT DIVIDI. Tum igitur, uti praedixerat Micipsa, factum est imbecillum. Pertinet huc gravissimi Boiorum scriptoris Andr. Brunneri lib. XIV. Annal. sapiens, mehercle, ac tantum non divina dissertatio, de divisionum malis: *Sapientissimi omni aevo mortales ita censuerunt, nunquam sine clade secari divellique Imperii bene coagmentatum corpus; quemadmodum neque ad fluminum gloriam facit, in plures alveos diduci, qui vix ratibus iter praebeant, magnas naves, si confluerent, portaturi. Sed nimirum regnandi ambitio et vitae privatae taedium, quod, in domo principe natis, familiare est, passim haec magnorum principatuum frusta peperere, et tot pro uno Rege regulos. Nec enim stant, ubi coepere, exempla; quodque in ampla re tentatum, tolerari utcunque potuit, posteri, multo angustioribus iam terminis, damnose sunt imitati; quando pro numero liberorum, quos aeque omnes iure vivere parentum indulgentia pulcrum censuit, sectae provinciae, minutulos dominos accepere, magnis nihilominus inflatos nominibus, neque pro alarum spatiis nidum habituros, gravi populorum damno, quorum fortunas, cum principalis pompae onus soli sustineant, exsugi tam necesse est, quam multiplicatis solibus mundum torreri. Taceo raram inter tam vicinos, et anguste imperantes concordiam, promta pro finibus bella, et nunquam defuturam querelis occasionem, cum neque qui Deorum turbam in coelo collocarunt, stabilem ab iis concordiam impetrarint.* Sed et idem auctor lib. XV. de Ludovico V. et Henrico XIII. fratribus, ducibus Boiariae: *Neque temere reperias documentum illustrius humanae inconstantiae, et non modo turae,*

*sed brevis etiam inter fratres gratiae, quam quod hi nostri praebuere, anniversariis prope foederibus colligati, nullo satis firmo adversus ambitionem vinculo; quae si fraterni nominis reverentia non frenatur, sane etiam tabulas et sigilla cerea potest* * *contemnere. Fons mali unicus paternorum prin-* 47
*cipatuum divisio fuit, suis etiam auctoribus improbata, velut proprio iudicio circumscriptis. Comparare inter sese, et velut ad libellam expendere coelum solumque tam diversum sortita; ingentium provinciarum bona revocare ad aequales calculos, supra humani ingenii providentiam est; et ut maxime sortientibus altior errorisque secura vis arbitriumque interveniat, quis ille tam modestus est, qui sua sorte vivat contentus intactusque invidia, cui semper oculi dolent, mali iudices, cum alienis bonis adiiciuntur? quando etiam in rusticano imperio proximam segetem fertiliorem, et vicini pecoris maius uber lividis videri, sapienter olim pronunciatum est. Certe, statim post sortitionem factam, simultates natae; actiones iniuriarum, repetundarumque institutae; a verborum contentionibus ad vim ventum; caedes et incendia facta; clientes utrinque inter se commissi, maleque mulctati.* Denique eiusdem est, de Imperio Romani Germanico, sub Arnulpho, lib. VII. quod hactenus dicta confirmat et illustrat: *Sic Imperii corpus a Carolo Magno collectum sparsum in plures, scissumque membratim, cum unius spiritu animaque sustentari vigereque potuisset, quo pluribus inniti et incumbere coepit, eo propius fuit ruinae.* Sunt, qui regnum Turcicum hac ratione opinantur perditum iri, quando duo filii illud inter se diviserint, quorum alter, inquiunt, auxilium petet a Christianis, et cum illis sentiens Christianus fiet: quod secundum Prognosticon Torquati Astrologi sub XVI. Imperatore continget, cum Luna, quam in clypeis et insigniis usurpant, decrescet, et in duos dominos dividetur. Vide Campanellam in Hispanica Monarchia cap. 30. Attuli etiam nonnihil ad Iustini lib. XXI. cap. 1. §. 2. Freinsh. ad Curt. X. 10. 1. Rupert.

Alius alio. Graecum est. Thucyd. VII. *Ὁ μὲν στρατὸς, ἌΛΛΟΣ ἌΛΛΗι κατενεχθέντες ἐξέπεσον ἐς τὸ στρατόπεδον.* et §. 64. *Τοὺς δ' ἡμίσεις ἐς τ' ἄλλα τὰ ὑπήκοα χωρία ἌΛΛΟΥΣ ἌΛΛΗι διέπεμπον.* Confer Nostrum Catil. XXVIII. Iugurth. XVI. Wasse.

Sed Hiempsal in oppido Thirmida forte eius utebatur domo. Aldinus codex verba, *forte eius utebatur domo*, parentheseos signis incluserat, cum nominativus *Hiempsal* ad *utebatur* verbum construatur. Soldus hanc domum *Hiempsalis* esse credidit, cum sit lictoris; et ipse auctor statim de Iugurtha, atque adeo de lictore, subiungit: *Impellitque uti tamquam suam domum visens eat.* Soldum Badius in hoc recte redarguit, ut eum qui auctoris sensum non intellexerit. Glarean.

Oppido Thirmida. Manuscripta cuncta, *in oppido*, addita praepositione: quomodo et Badianum et alia quaedam. Exemplar Florentinum, Venetum, atque ex his derivata, *in oppidum Thirmida:* quasi ad verbum *concessere* referatur. sed perperam meo iudicio. Rivius.

Eius domo utebatur. Sic verba collocarunt MSS. Pall. Grut.

Qui proxumus lictor Iugurthae. Nota de lictoribus. Ibant ante magistratum non gregatim, aut confuse, non item bini ternive, ut quis suspicetur: sed singuli et in lineam. Hic iam capiendum, quis primus,

quis proximus lictor. Primus, qui anteibat, et quasi ducebat agmen: proximus, qui claudebat, et proxime aberat a magistratu, unde etiam nomen. Ita intelliges priscum morem, qui ap. Val. Max. lib. II. cap. 2. ext. 4. *Maxima diligentia maiores hunc morem retinuerunt, ne quis se inter consulem, et proximum lictorem, quamvis officii causa, una progrederetur, interponeret.* Connivere visa, in hac re, Turnebi divina mens, dum adseverat, *proximum lictorem eundem esse cum primo.* Apage. Primus lictor ab *ordine euntium*, ut dixi, non *a dignitate:* cuius proprium munus, *submovere*, primus enim incurrebat in turbam. Vide Lips. I. Elect. 23. Rupert.

Proximus lictor. Vide Turnebum lib. II. cap. 9. et lib. XXVII.
48 cap. 21. Alius ab hoc primus lictor, * id est, πρωτοραβδοῦχος, quem vetus Glossarium erudite *primivirgium* exponit. Coler. — Vide etiam Pancirollum ad Notitiam Dign. Wasse.

Quem ille casu ministrum oblatum. E tripode poëta:

*— — quid non mortalia pectora cogis*
*Auri sacra fames.*

Haec superioribus temporibus, Assassinos, in Principum capita armavit, nec in paucioribus humanitatis affectus nunc praefocat. Ceterum hic Afer, contra morem gentis, non fuit vafer, qui simultates adeo simpliciter aluit, ut e fratris Iugurthae ministerio venientes, tam foede negligeret, neque in eorum actiones vel curiositatem inquireret. Rupert.

Promissis onerat. V. C. *praemiis onerat;* quod aliquo modo nititur loco inferiore, in quo est: *Praemia modo, modo formidinem ostentare.* Sed nihil mutandum, nam Tacitus, Sallustii aemulator, dixit lib. XVII. *Postquam vario sermone callidos audacesque cognovit, pretio et* promissis *onerat.* et lib. XX. *Multis in Senatu laudibus cumulatum* promissis *onerat.* Ursin. et Ciacc.

Uti tamquam. Ita rursus ordinarunt membranae Pall. unde quis posset coniicere fuisse primitus, *uti tanquam sua visens domum eat.* Grut. — *Suam* abest Mart. Supra: *ille casu.* abest pronomen Ar. Infra: *verae ad Hiempsalem.* praepositionem in spatio interlineari exhibet Reg. *magna manu*, supra γ. habet *vel parva.* Ar. Mart. Pemb. B. Pub. γ. λ. *manu venturum*, Bodl. vero *m. copia militum venturum.* illud *magna* a mala manu esse puto. paulo post: *in aedes irrupere.* λ. *in aedes scrutari.* caeterum *adulterinum* opponitur *vero*, in qua voce faceto ludit Ovidius de Arte III. 643.

*Nomina cum doceat, quid agamus, adultera clavis,*
*Quasque petas, non det ianua sola vias.*

Wasse.

Atque, uti doctus erat. Vox ultima deleri poterat, salvo sensu. Grut.

Strepitu et tumultu omnia miscere. Rittershusii lib. *misceri.* Infra: *Puberes omnes interfici.* et gaudet infinitivis Crispus. Putsch.

Clausa effringere. Fort. melius sit *claustra*, κλεῖθρα, quae apud Isidorum sunt pars aedium. Sed magis dicendum *claustra* esse seras.

Sisenna lib. IV. Hist. *Funes expediunt, claustra foribus imposita periclitantur.* Coler.

Hiempsal reperitur, occultans se tugurio mulieris ancillae. Sic etiam fere nostri, absque praepositione; quam tantum abest requiramus, ut facile ferrem tolli adhuc *occultans se; se* certe. Grut.

Occultans se in tugurio mulieris ancillae. Manuscripta non habent additam praepositionem *in*. Servius in I. Aeneidos hunc locum citans, praepositionem addit; ni sint mendosi codices. Itidem in VIII. At Donatus in Andriam quidem *in* omittit, consentientibus ad unum, quotquot ipse viderim, exemplaribus; in Phormionem vero, addit: praeterquam in codice Romano, ubi hic locus, contra quam in aliis fere, est omissus. Mihi vulgata lectio haud sane displicet, pro: *delitescens in tugurio, abdensque sese.* nisi quis legendum forte putet, *cum interim Hiempsal reperitur occultans in tugurio* etc. accusativo omisso. quomodo ad Atticum Cicero: *Inventus est vix in * hortis suis occultans.* ut videlicet 49
absolute activum ponatur. tametsi in Merseburgensi est, *occultans sese.* ut nihil certi quis affirmare queat. Rivius.

Occultans se tugurio. Antiqui codices, teste Rivio: *Occultans tugurio,* quod rectum puto. Saepe enim ob ellipsin non comparent accusativi *me, te, se.* Curt. lib. VIII. *DCCC talenta constituit daturum* Alexander. pro, *se daturum.* Alterum item Curtii, et unum Ciceronis locum, adfert Bud. in Comm. Gr. Ling. verum ii aliter hodie in castigatioribus leguntur codicibus. Maro lib. II. Aeneid.

*Accingunt omnes operi.*

Ac ibidem:

*Et lateri adglomerant nostro.*

In optimo quoque illo Romano codice Pier. reperit II. Georg.

*Neque in vacuum poterunt extendere rami.*

pro quo in aliis: *poterunt se ext. rami.* Vid. Voss. de Constr. cap. 58. Rupert. — In tugurio: Servius ad Aen. VIII. pag. 1277. et I. 490. ita etiam L. 3. Venet. 1470. 1478. recte omittunt caeteri, uti et fere Gruteriani. Pro *reperitur* Donatus ad Phorm. II. 1. *reperiretur.* Gruterus inducendum putat *se,* quod exhibent omnes. Wasse.

Mulieris ancillae. Ita *mulier meretrix,* apud Plaut. in Mercat. A. 4. Sc. I. vs. 19. *mulier concubina,* apud Diodorum lib. II. cap. 10. Non abludunt illa, *flumen Rhenum, mare Oceanum,* item *pallium peristroma* apud Ulpian. *Arvus ager* et *laniena taberna* apud Varronem; *Ancile scutum, rete iaculum, lapis silex, tibicini modi,* apud Ciceron. *Ventus turbo* apud modo cit. Plautum. Vide Scal. in Catalecta Virgiliana et Casaub. Comm. in Theocritum. Rupert. — Caeterum *ancillae mulieris,* ut *vulgus nebulonum hominum,* apud Gellium, et *medicinae artis,* apud Septimium I. 14. ita legendum ut alibi, *avis aquila.* Augustinum Confess. IV. *Mulier meretrix,* apud Terentium. *saxo silice,* apud Livium I. 24. Avienus pag. 266.

*Nam cum vere novo tellus se dura relaxat,*
*Culminibusque cavis blandum strepit ales hirundo,*

*Gens devota choros agitat, cratitusque sacrato*
*Ludunt.*

lege, *cantuque.* ibidem etiam pro *densa serenatoceus*, meo periculo, *densa serenato ceu splendent sydera coelo.* Graece Dionysius ἀπειρεσίων στίχα νήσων, Prisciano interprete: *Sporadas ceu stellas aspicis almas.* Cyprianus de Hab. Virg. pag. 96. *Nec computari iam potes inter puellas et Virgines Christi.* ita Oxonienses διορθωταί. Aldhelmus autem de laude Virg. ea citans omittit *puellas et.* Vincentius Beluacensis copulam tantum, idque rectissime. ita enim Scriptores sacri. v. g. Deut. XXII. 28. eam Nagnara Bethulah LXX. τὴν παῖδα τὴν παρθένον. Audacius paullo Marcellus Empiricus pag. 48. *sub divo positum iubebis cotidie per puerum virginem commoveri.* Martyrologium Rabani: viperis serpentibus *traditi.* Unum addo Ampelium pag. 24. Ed. Graevianae: *Othryades, vir bellator, qui Messenio bello, quo centeni, id est, quinquageni, concertaverunt, et trophaeum suo sanguine scripsit, tertiusque Messenio bello, ex oraculo Apollinis, dux ab Atheniensibus per ludibrium missus, poenateas vota, militum animos concitavit.* Locus sine ferro ignique in integrum restitui vix potest, quare ure, seca audacter. *vir bellator* in primis recte habet, ita enim loquitur Hegesippus IV. 10. caetera ita lege: *quo terceniteni, infesto utrinque agmine c.* etc. pro *tertiusque* item *Tyrtaeusque m. b. e. o. A. d. a. A. p. l. m. pede altero claudo.* De Othryade vide Herodotum Clio, Iustinum V. 5. Senecam Suasor. II. pag. 21. Lucian. Pseud. 486. Pausan. II. 156. et Plutarchum in Paral. pag. 306. qui ex Chrysermo rem narrat; apud quem pro Ἀγήνορος legendum omnino Ἀλκήνορος, uti habent Pausanias et Suidas. De numero militantium fidem facit Strabo. De eodem ita Schol. Statii ad Theb. IV. Trophaea iussit attolli, quibus, digito sanguine oblito, haec scripsit: κατὰ *artron e prata loyion;* quae ex coniectura sic restituo: κατὰ Ἀργείων ἐστήσαντο Λακεδαιμόνιοι. Denique apud Ampelium cap. supra laudato pro *delegare* scribe *delere.* Wassе.

## CAP. XIII.

50 *Fama tanti facinoris per omnem Africam brevi divulgatur. MSS. nostri quasi conspirato *divulgabatur.* an suspicandum fuisset, *fama divulgata?* Grut.

Copias armat. In Merseburgensi et impressis vetustioribus, *copias parat*, pro, *comparat.* In caeteris manuscriptis est vulgata lectio, consentiente Beroaldino. Rivius. — Malim cum Popma *parat.* Sic enim crebro Sallustius. Coler. — Ar. L. 3. Ball. *parat.* B. Pub. *quam maximas copias p. a.* Caeteri *armat*, recte: illud alterum sequitur: verum pro *parabat* L. 2. 3. Ball. *parat.* Tacitus An. I. 22. *per gladiatores suos, quos in exitium militum habet atque* armat. Hist. III. 79. *moesta omnia accepit: plebem quoque et servitia pro Vitellio armari.* II. 8. *mancipiorum valentissimum quemque* armavit. Silius VII. 1.

*Ille quidem socios, atque aegrum vulnere, praeceps*
*Ausonium* armavit.

Et sic Livius XXVIII. 1. aliique. Infra: *illum alterum.* secunda vox deest L. 2. Codices vero retinent eleganter. Hegesippus, qui huc respexit, I. 13. *ubi conserlum, plerique, relicto Hyrcano,* illum alterum bello meliorem *secuti.* WASSE.

URBES PARTEM VI, ALIAS VOLUNTATE IMPERIO SUO IUNGIT. Legendum *urbeis*, et *adiungit.* ex manuscriptis, et impressis quibusdam. RIVIUS.

AT ATHERBAL. *At* particula abundat, nisi fallor, ex prima syllaba dictionis sequentis effecta. CIACC. — MSS. Pall. sine praemissa copula *at*, auribus mire alioquin ingrata. GRUT. — Marckii γ. *tamen etsi* recte. de qua voce vide Stewechium de Particulis pag. 138. et ante omnes Gulielmium in Verisimilibus. WASSE.

DE CAEDE FRATRIS, ET SUIS FORTUNIS. Manuscripta, *et fortunis suis*, ut pronomen sequatur. id quod elegantius est; nec secus ex impressis quaedam. RIVIUS.

TAMEN FRETUS MULTITUDINE MILITUM. Male. *Nam in certamine bellorum, exercitata paucitas, ad victoriam promtior est, quam rudis et indocta multitudo, exposita semper ad caedem:* ut ait Veget. I. de Re Mil. I. RUPERT.

QUAM MAXIMAS POTEST COPIAS PARAT. Sic ex duorum MSS. Codd. consensu legimus: et ita nonnulli in vetustioribus suis impressis et Merseburgensi exemplari scriptum fuisse testantur. Confirmant hanc scripturam verba sequentia: *Adherbal ubi intelligit eo processum, uti regnum aut relinquendum aut armis retinendum esset, necessario copias parat.* et: *Consul impeditus a trib. pleb. ne quas paraverat copias.* et iterum: *Igitur explorato hostium itinere, in spem victoriae adductus, ex opportunitate loci, quam maximas potest copias omnium generum parat.* et libr. I. Histor. *Domitium proconsulem ex citeriore Hispania cum omnibus copiis, quas paraverat, accersivit.* C. POPMA.

SED UBI RES AD CERTAMEN VENIT. MS. quidam *Sed ubi rex ad certamen venit* habent; sed utraque lectio sustineri potest. C. POPMA.

* VICTUS EX PROELIO PROFUGIT IN PROVINCIAM. Liber Bongarsii 61 *ex proelio* omittit, quae abesse possunt. Sed retinet Non. in *Contendere*, ubi vitiose legitur: *sperabat armis contend.* pro *parabat.* PUTSCH. — Malim *victus praelio*, *profugit*; nisi etiam tollendum *praelio*; certe neutrius vocis vestigium in Pal. nono, aut Bongarsiano. GRUT. — Nostri omnes *ex praelio.* et retinet *ex* Iug. 56. Fr. II. 5. Provincia quandoque regionem denotat in Populi Rom. potestatem quovis modo redactam, vel etiam locum, ubi Imp. bellum administrabat, vel denique pro quacunque publici muneris procuratione sumitur. Hic autem in primaevo significatu ponitur, pro illa nempe Africae parte, quae ab Carthaginis excidio Romanis belli lege cesserat; ἐν ἀντιθέσει ad regnum Micipsae. Quo sensu Caesar B. G. I. *Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate* provinciae *longissime absunt.* ubi *hostico* opponitur *provincia.* Sunt qui Galliam Narbonensem ita dictam putant κατ' ἐξοχήν. inter quos Aldus in Quaesitis per Epist. et Bergierius de Publicis et Milit. Viis III. 83. Vinetus ad Ausonium, aliique. Et hoc asserunt,

hisce credo argumentis inducti, cum quod absolute a Caesare heic et alibi saepius efferatur, tum quod sequior aetas illud, nomine a Latina voce detorto, dixerit *Provence* sive *Provenza*. Neque aliud ab auctore idoneo testimonium adducunt, quod huic rei fidem faciat. Verum, quod nomen ipsum attinet, illud quidem nimis infirmum. Plurima enim nomina locorum appellativa apud antiquos in propria tractu temporis evaserunt. Quomodo a Victricis statione factum *Vitry*, aliaque eiusmodi; adeo ut nomen *Provenza* non magis probet Romanos hanc partem Galliarum per eminentiam vocasse *Provinciam*, quam illud alterum *Le pais Romans* in aegro Bernensi, probet illum terrarum tractum apud eosdem audivisse *Ditio Romana* aut *Romandiola*. Imo magis hoc probabile, quia nomen a porta Urbis Romanae, dicta Varroni *Romanula*, non prorsus absurde deduci possit. At certum, hoc quicquid est, terrae olim regionis Aemiliae nomine venisse. Ut enim agrum Narbonensem *Provinciam* absolute vocet ibi Caesar, tamen alibi vocem *Provinciam* usurpat idem ille, adiunctis vocibus *finitima*, *nostra*, *omnis*, *Romana*, *illius*; quae satis ostendant, ipsum hanc vocem appellative quam proprie accepisse. Sic B. G. VIII. 46. *Narbonem profectus . . . paucos dies in provincia moratus . . . totius Galliae defectione, quam sustinuerat fidelitate atque auxiliis* provinciae illius. Sic locum supra laudatum accipit Metaphrastes: *ὅτι πολὺ ἀφιστᾶσι τῆς ἐν τῇ ῾Ρωμαίων ἐπαρχίᾳ.* eamque *provinciam Romanam* vocat Iulius Celsus. Cato in Origin. *Agrum Gallicum Romanum.* Caesaris, *ea loca* finitimae provinciae *adiungere* B. G. III. 2. Interpr. vertit, *τῇ πλησίον αὐτῶν ἐπικρατείᾳ προστιθέναι.* et pro Rhodano qui provinciam nostram *ab Helvetiis dividit* I. 2. ille, *ἀπὸ τῆς τῶν ῾Ρωμαίων ἐπαρχίας διαχωρίζονται.* Nec umquam, quod sciam, aliter. Iam si voces *finitimae* et *nostra* relationem includunt, necesse est, ut etiam alia loca sint eo sensu provinciae, quo hic esse dicitur; proinde, vel plura per excellentiam sic dicta sunt, vel ille, de quo movetur quaestio, saltem apud auctores modo allegatos, non est. Praeterea haec pars Galliae *Provincia Narbonensis*, et *Braccata* vocitatur a Cicerone Epist. IX. 5. aliisque, de qua re adeas Plinium Nat. Hist. III. 4. et Diodorum, apud quos tamen, uti et Geographiae scriptores et historicos, alterius appellationis ne gry quidem. Tacitus Hist. II. 14. *imminere* provinciae Narbonensi. Contra, ipsi Plinio, *nulli* provinciarum *postferenda*, breviterque, Italia *verius quam* provincia. hic opinor, vox *provinciarum κατ᾽ ἐξοχὴν* accipi nequit. Quod si alias, mirum ni apud Graecos invenire esset pro *ἐπαρχία*, *Ναρβωνησία* aut *ἡ Ναρβωνῖτις*, *Προβίγκια*, qua forma apud Ptolemaeum *᾽Εκουεστρίς*, *τογάτα* atque *κομάτα* apud Dionem, *τόγας* apud Dionysium. At Strabo solummodo *τῆς Ναρβωνίτιδος ἐπαρχίας* meminit; Dio provinciam hanc *τὴν Γαλατίαν τὴν Ναρβωνησίαν* vocat; Xiphilinus, *Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα.* idque proprie: nam provincia ita a Narbone dicta est; eius rei testes dabo Consules, Ausonium de Clar. Urb. XIII.

*Nec tu, Martie Narbo, silebere, nomine cuius*
*Fusa per immensum quondam provincia regnum.*

et Ciceronem I. pro Fonteio; *Est in* eadem provincia *Narbo Martius*,

*colonia nostrorum civium* etc. Vide iam ut adiungat *eadem*, neque per totam istam orationem voce *αὐτονομαστικῶς* * utatur. Unus est locus in 52
orat. pro Quint. §. 12. qui prima fronte contra nos facere videtur, quem tamen omiserunt adversarii. *In Gallia agi non potuit? At et in* provincià *ius dicebatur; et Romae iudicia fiebant.* Ibi *provincia* opponitur *Galliae* Lugdunensi. Saltus Quintii Gallicanus intra Secusianorum regionem Roma aberat M Pass. DCC. At Secusiani, teste Caesare, *sunt extra Provinciam primi.* Verum haud liquido constat, utrum Sebusiani et Segusiani fuerint unus idemque populus necne; deinde voces *Gallia* et *provincia* significare regionem eandem possunt. sententia sic se habet. *Appellandi tempus non erat?* illud ex mente adversarii, cui contradicendo respondit: *at tecum plus annum vixit.* vides nihil concedere. pergit Orator sub eadem persona: *In Gallia agi non potuit?* hoc est in Gallia ἁπλῶς, in nulla parte Galliae; ergo *provinciam* vocat ille *Galliam*. respondit: *at et in provincia ius dicebatur, et Romae iudicia fiebant.* In *provincia?* quid hoc ad *Galliam* de qua obiectio? Quomodo in Gallia agi potuerit, si in *provincia, i. e.* non in Gallia? *et in provincia*, inquit, nempe *tam in* provincia *quam* Romae, ergo *provincia* opposite ad *Romam* non ad *Galliam*, ut saepe alibi. Praeterea Ius ubique dicebatur vel per Procoss. vel eorundem legatos, et §. 14. ait *fuisse potestatem agendi quotidie.* Confer Cic. Verrin. X. §. 30. 32. 34. Quod si vox *provincia* Narbonensem Galliam designaret, quae ratio reddi potuerit, cur non item vox *Provincialis* ad solos eiusce ditionis homines restringeretur? Ut nihil dicam de finibus, qui Caesaris aetate multo latius patebant, quam limites illius quae hodie Provinciae nomine frequentatur. Postremo Sicilia, si quae alia provincia, huius vocabuli praerogativam obtinere debuit, quae *prima provinciarum* dicta Ciceroni, Livio, aliis. Quod si uni Caesari innitatur opinio Bergierii, et ipse aliis locis ostenderit, se eo sensu duntaxat Narbonensem *provinciam* dixisse, quo et Asiam ipsam postea Acad. Q. III. 1. Macedoniam de Fin. I. 24. quo Africam Sallustius cap. 27. 65. 43. Cat. XIX. Fr. II. 8. V. 9. Mela III. 3. non est temere probanda. Quod vox absolute effertur, id nihil est. Idem enim de Apulia usurpat Livius XXVIII. 9. de Hispania XXVI. 20. de Germania Florus IV. 2. de Asia Victor Vir. Illust. LXX. de Creta Eutropius VI. 11. ubi intelligas necesse est, ipsam illam provinciam de qua facta superius mentio, vel opposite ad Italiam, vel saltem subaudienda *tota, haec, illa, sua*, et alia id genus. Sed contenti iniecisse scrupulum, rem in medio relinquamus. Wasse.

Ac deinde Romam contendit. In vetustis est *dehinc*, qua voce persaepe et alias utitur. Rivius.

Tum Iugurtha paratis consiliis. In quibusdam est, *peractis consiliis*: in manuscripto, *patratis*, pro *perfectis quae in animo habuerat.* idque verbi maxime omnium placet. Sic dicimus *patrare incepta, patrare facinus*, pro *peragere, perficere.* Rivius.

Paratis consiliis, facinus suum cum animo reputans, timere. Ecce flagrum post peccatum. Sic a Nerone, perfecto demum scelere (matris occisae), magnitudo eius intellecta est, teste Tacito Annal. XIII.

5 *

cap. 10, §. 1. qui et in lib. XI. cap. 26.: Scelus inter ancipitia probatum, veris mox pretiis aestimatur. Denique Iuvenalis Sat. XIII.

*Quum scelus admittunt, superest constantia: quid fas*
*Atque nefas, tandem incipiunt sentire peractis*
*Criminibus.* RUPERT.

CUM ANIMO REPUTANS. *Cum animo suo* solet dicere, ut supra: *Provide reputaret cum animo suo.* Cato apud Gellium XVI. 1. *Cogitate cum animis vestris.* et Noster: *reputate cum animis vestris, num id mutare melius sit.* Item: *trahere cum animo suo.* Etiam: *cum animo suo volvere solitum.* Tum: *mihi multa cum animo agitanti.* CIACC. — Sic et Fabricianum, et cetera manuscripta. quomodo Cicero alicubi,
55 *Multa mecum ipse reputanti,* * inquit. verum in quibusdam tamen est, *in animo.* perperam, ut opinor. RIVIUS. — Alii codices habent, *in animo reputans*, cum *in* praepositione: quod et simplicius est, et apud auctores frequentius. GLAREAN.

ROMAM LEGATOS MITTIT, QUIBUS PRAECEPIT. Manuscripta, *quis praecepit.* quomodo et alias saepe. RIVIUS.

MULTOS ROMAM LEGATOS MITTIT. Talis est positura verborum in MSS. Palatin. GRUT.

UTI PRIMUM VETERES AMICOS MAGNIS MUNERIBUS EXPLEANT. In manuscriptis et aliis quibusdam non est *magnis.* RIVIUS.

PRIMUM UTI VETERES AMICOS MUNERIBUS EXPLEANT. Ita duo Pal. fidei minus sublestae, ita Bong. quod suavius longe, quam alterum, *uti primum veteres.* GRUT.

ROMAM L. M. QUIBUS. MSS. *quis* ut alias. *Rivius.* In notis citat Gruterus *multos Romam,* operarum credo incuria. Supra Arond. *argento multo.* Bodl. abest *multo y. λ. auro et,* sic alii. Infra: *uti primum v. a. magnis.* In MSS. et aliis non est, *magnis.* Thosan. *mactatis*, unde *mactis* Palmerius. Infra: *hoc modo locutum.* modo a secunda manu Pemb. WASSE.

VETERES AMICOS MUNERIBUS EXPLEANT. Sic infra: *quos paulo ante muneribus expleverat.* CIACC.

DEINDE NOVOS ADQUIRANT. Est quidem in Merseburgensi atque aliis vetustis *exquirant:* sed in Fabriciano, cuius nos plerumque fidem sequimur, *adquirant.* Habent eodem modo cetera manuscripta. RIVIUS. — Quidam libri *adquirant;* sed lego *anquirunt.* Sic infra: *per saturam sententiis anquisitis.* non, ut in libro Thosano Palmerii, *inquisitis.* Tacit. III. Annal. *Quod in curia potius, quam in foro, apud Senatum, quam apud iudices, de morte eius anquiritur.* COLER. — *Anquirunt* legendum putat Gifan. in indice ad Lucret. ut apud Cic. in Laelio: *semper aliqui* anquirendi *sunt.* ita eius liber. sic Liv. WASSE.

SED UBI LEGATI ROMAM VENERE, ET EX. Perperam est in recentioribus omissa copula *et*, quae est in antiquioribus addita. RIVIUS. — *Legati* abest Bodl. WASSE.

TANTA COMMUTATIO INCESSIT. Huiusmodi iudicia pecuniae studio corrupta, passim sub censuram veniunt scriptorum. Sulpicius Servastus Lupercus Iunior apud Scalig. in Catalect. pag. 228.

*Quis metus hic legum, quaeve est reverentia veri,*
*Crescenti nummo si mage cura subest?*

Bernhardus Morlacensis, scriptor vetustus, et haud contemnendus, de Contemtu mundi lib. II.

*Ad lucra supplicat, et male iudicat ob lucra iudex.*
*Te scelus impedit, aureus expedit, aere silet lex.*
*Aes domat omnia, res piat impiat, lex silet aere.*
*Vim lupus ingeris, agnus habeberis, offer habere.*
*Per tua munera tangis et aethera, lege cremandus.*
*Census adest tibi, censor erit tibi, ne fuge, blandus.*
*Munere non finis ullius ordinis hunc meminisse.*
*Ad lucra clamitat, his sua vendicat ora, premit se.*
*Denique lex ita fit sibi subdita, non homo legi.*
*Aspice munere tot mala surgere, tot bona mergi.*
*Proh furor! adspice, quam cito iudice regna tenente,*
*Stent mala, ius ruat, haec levet, haec spuat ille triente.*
*Quam sine iudice iudicet, aspice, quam sine iure.*
*Quippe pecunia, non Theodosia lex, tibi curae.*

* Unde plerique causa superiores, illud consilium apprehendunt, quod 54
Petronianus ille Ascyltos, utile rebus suis, existimat: *Quis hoc loco nos novit? aut quis habebit dicentibus fidem? Mihi plane placet emere, quamvis nostrum sit, quod agnoscimus, et parvo aere recuperare potius thesaurum, quam in ambiguam litem descendere.* Rupert.

Uti ex maxima invidia et malevolentia. In vetustioribus quibusdam est *malevolentia* additum: cui *favorem* statim opponat, sicut *invidiae gratiam*. In manuscriptis tamen et recentioribus non est idem additum, ac citra detrimentum sensus abesse poterit. Rivius. — *Malivol.* retinet L. 3. et Ball. Venet. 1470. *pretio* Venetae et L. 2. Wasse.

Singulos ex Senatu ambiendo. Fabricianum, *ambiundo.* nec aliter Merseburgense. Rivius. — Hoc ipso Iugurtha: *Itaque paucis diebus eum argento auroque multo Romam legatos mittit: quis praecipit, uti primum veteres amicos mactis muneribus expleant: deinde novos anquirant: postremo, quacunque possit, largiendo parare ne cunctentur;* vulgo *acquirunt*, aut *inquirant:* neutrum ex sententia; alterum ne ex consuetudine Latina quidem. Neque vero praeceperat ut acquirerent amicos: quippe exitus in dis erat: sed ut operae ne parcerent anquirere. *Mactis* ausi sumus, quia nobis libertatem hanc praeibat vetus scriptura, *mactatis*; tametsi hoc in contextu verborum Sallustii (ne frustra sis) nusquam reperimus: verum mentionem faciebat commentator barbarus, cuius erant manu in eum annotationes refectae sane: et quo magis ducas, Catonis verbum est. Quam *macta arbor*, apud eum, itemque Plinium reponenda. quae est arbor valde aucta in altum, quo, ut inquit Sallustius, gignentia omnia natura fert. In vulgatis est *alta arbor*, mendose. Nam V. C. *macta:* quod etiam doctissimus Victorius repererat, sed quid eo faceret, non inveniebat. Ita est autem hic *macta*, ut in sacrificiorum formis: *macte hocce vino inferio esto: macte hisce suovetaurilibus esto.* Tertium

etiam hoc loco addidimus, peccare in his verbis, *quacunque possit.* audacter, dicent isti; nam sequitur, *parare ne cunctentur.* at *possit* liquide V. C. Modii, quod dictum est ad illud exemplum:

*Quae aedepol Charine te, quoniam iam id, quod vis, non potest. Velis id quod possit.*

et Adelphis: *Tu quantum potest, abi.* subauditur enim *fieri.* *Quacunque* autem adverbium factum, ut ex qui, quicunque, ex quantum, quantumcunque. Hoc proximum est mutasse ex *quemcunque:* alioquin fortean scripserit Sallustius: *quod possit largiendo parare ne cunctentur.* Vulgatam lectionem ne nobis probemus, sententia prohibet; neque enim ea subest: quemcunque amicum possint parare: nam quod iam ante dixerat unicus magister brevitatis: sed *parare* pro *moliri* hic valet, ut apud hunc alias saepe: *Itaque ex eo tempore ira et metu anxius, moliri, parare, atque ea modo in animo habere, quibus dolo Hiempsal caperetur.* Item: *defensoribus moenium praemia modo, modo formidinem ostentare, suos hortando ad virtutem arrigere: prorsus intentus cuncta parare.* Quod autem supra legebamus, *vescendi anquirere*, in eo, *vescendi*, sunt res victui, seu quae palato faciunt. Forma est nunc rara: atque id sufficit; namque eo lepida. Sic Livio, *igni exstinguendo sunt*, quibus ignis exstingui possit. *Igitur, pro se quisque inermes, ut quibus nihil hostile suspectum esset; omnibus portis, qua cuique proximum erat, ea modo, quae restinguendo igni forent portantes, in agmen Romanum ruebant.* (Livii verba sunt de incensis a Scipione Syphacis castris.) Palm.

Tum Atherbalem hoc modo locutum accepimus. Alter quis omisisset haec talia, contentus scribere: *tum Atherbal, Patres Conscripti, Micipsa pater* etc. Grut.

## CAP. XIV.

Micipsa pater meus. Sic Masgadá Massanissae filius apud Livium lib. 45. *Massanissam meminisse regnum a populo Romano partum auctumque et multiplicatum habere: usu regni contentum, scire dominium et ius eorum qui dederint esse.* Coler.

Ceterum ius et imperium penes vos esse. Sic Masgada, Massanissae filius, apud Livium lib. XLV. *Massanissam meminisse regnum a*
55 *pop. Rom.* * *partum auctumque et multiplicatum habere: usu regni contentum, scire dominium et ius eorum qui dederint esse.* Ciacc. et Ursin. — *Eius* non est in omnibus vetustis: nec sensus magnopere requirit: nam genitivus ille *regni Numidiae* huc est referendus qui antecessit. Rivius. — Particula *eius* diserte extat in Pal. antiquioribus ut et editis ante Carrionem, alias exturbassem et ego. Grut. — Pro *existimarem* L. 3. *haberem.* vide quo pacto ICti distinguunt inter *procurationem* et *dominium.* Cod. IV. 27. Non multum abit Iustinus XXIX. 2. *Rex a matre hactenus constituitur, ut* nomen Regis *penes filium*, vis *autem omnis* imperii penes *matrem esset.* Codex B. Pub. Cant. *filium eius ius*, nec aliter Vincentius Belvacensis. utraque lectio placet; Tacitus enim *vim imperii, nomini* regis opponit Annal. VI. 43. Idem etiam XV. 31. *apud*

*Rom.* ius imperii *valet*, *inania transmittuntur*, mallem ibi tamen *vis*. quod ad Iustinum attinet, cum ed. Iunt. et quidam Bongarsii retineant *vis*, nihil temere mutandum, etsi forte ad haec Sallustii verba respexerit. Auctor, cuius mihi nomen excidit: *cui perimbecillo*, verbo datum imperium *videbatur*, *res autem penes eos erat*, *qui sibi exercitum et provincias distribuerant*. nescio an, *re autem*, ut apud Nostrum, re ipsa *bellum asperum*, et Nepotem XIX. 3. *caussam apud* Philippum *regem* verbo, reipsa *quidem apud* Polyperchontem *iussus est dicere*. Thucydides II. 65. Ἐγίγνετό τε ΛΟΓΩι μὲν δημοκρατία, ἘΡΓΩι δὲ ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή. et III. 70. Cratinus apud Plutarch. ΛΟΓΟΙΣΙ προσάγει ἘΡΓΟΙΣΙΝ οὐδὲ κινεῖ. Andocides Orat. IV. pag. 305. τοὺς μὲν ΛΟΓΟΥΣ δημαγωγοῦ, τὰ δ' ἘΡΓΑ τυράννου κεκτημένου. Hoc sensu *verbo* pro *nomine* usus Cicero Verrin. VIII. 183. *Cum vero in foro celeberrimo*, *tanta frequentia*, hoc verbo et simulatione Apronio, revera *tibi*, *obiectus esset*. vide Cic. pro Quint. I. §. 7. Hegesip. I. 24. *Ne* species *regni ad eum*, potestas *ad illos perveniret*. C. C. C. et B. Pub. ibi *conferendum* pro *confoederandum*. Infra: *Ut data* spe regnandi cuius ad tempus vicarius foret. Codd. recte *species dominandi*. Vid. Liv. I. 43. WASSE.

QUAM MAXIMO USUI ESSE. Rittershusii: *quam maxime usui esse*, magis ad gustum meum. PUTSCHIUS. — L. 3. abest *populo Romano*. WASSE.

VOS IN LOCUM ADFINIUM. Vaticanus: *vos loco affinium*. quomodo et Rittershusii, nisi quod addat *que*, *vosque*. PUTSCH. — Ita MSS. aevo priores; quibus aetas minor, *vos adfinium loco ducerem*, quomodo editi ante Carrionem, neque displicet; sic enim etiam habere Vaticanum codicem, quem contulit Bongarsius, indicant schedae eius. GRUTER. — L. 3. *cog*. et *affin*. *d*. *l*. Ball. Bodl. Martin. et Venetae *adf*. *loco*. Xenophon de Cyri Exped. I. pag. 250. Νομίζω γὰρ ὑμᾶς ἐμοὶ εἶναι πατρίδα, καὶ φίλους, καὶ συμμάχους, καὶ σὺν ὑμῖν μὲν ἂν εἶναι τίμιος, ὅπου ἂν ὦ. WASSE.

MUNIMENTA REGNI ME HABITURUM. Posset abesse *me*. GRUT.

REGNI ME. Reg. *mei*. infra *utique* abest Marckii γ. et Martin. manente litura. alii eius loco habent *etiam*. ut Pemb. Bodl. Digb. B. Pub. Arond. L. 2. 3. etiam Bertin. vide Palmerium. illud *posse* non admodum placet, retinent tamen omnes. WASSE.

QUAE PRAECEPTA PATRIS MEI CUM AGITAREM. Τὸ *mei* non est in omnibus vetustis; et est ab litteratore forsan aliquo adiectum, qui voluerit explicare, quo de patre loqueretur; proinde ac si non id satis e superioribus planum perspicuumque foret. Talia permulta passim sunt, cum in * Sallustio, tum in ceteris fere omnibus adiecta. id quod facile 56 sentit, qui scripta veterum diligenter evolvit. Ne quid tamen dissimulem, est in manuscriptis duobus hoc loco *parentis mei*. RIVIUS. — Haec est lectio et dispositio Vaticani codicis, qui complexus est Orationes Sallustii, haec membranarum nostrarum; nisi quod Pal. oct. *Quae cum praecepta patris agitarem*; nonus vero: *quae cum praecepta agitarem parentis mei*; decimus: *quae cum praecepto patris mei agitarem*; editi antea: *quae praecepta patris mei cum agitarem*. aut fallor, aut illa *praecepta paren-*

*tis mei* [illegible] sunt. Gruter. — Digb. abest *praecepta* Bell. *mei* et Venetae omittunt, recte. Arond. Pemb. Reg. Mant. *parentis*, et sic Marckii γ. λ. B. Pub. Wasse.

Iugurtha, homo omnium. Canteri liber hoc modo hunc locum profert: Iugurtha *hominum*, *quos terra sustinet*, *sceleratissimus*. non contemnenda lectio. C. Popma. — Sic etiam codd. nostri praestantiores: nam alii, *omnium hominum quos*, aut, *homo hominum quos*, aut, *omnium homo quos*, ut videatur verius aliorum, *hominum*, *quos* etc. reiecto illo *homo*. Grut. — Recte. Sen. Cont. XVII. *Deduxi ad vos reum*, omnium quos terra sustinet, *nocentissimum*. Plaut. Pseud. *Quantum terra tegit hominum periurissime*. Wasse.

Quos terra sustinet. Ita et Seneca locutus est. Plautus Pseudolo: *Quid ais quantum terra tegit hominum periurissime*. Sic enim legendum illum Plauti locum esse constanter sentio cum Yvone Villiomaro, sive is ipse Scaliger est. Coler.

Contemto vestro imperio. Manuscripta, *contemto imperio vestro*, ut pronomen sequatur, quomodo et Badianus codex. Rivius. — At Badian. 1526. *Con. vestro imperio*. Wasse.

Masinissae. De hoc loco adeundus Palmerius. Infra: *a vobis auxilium* Pemb. a 2. manu habet *a vobis*. Wasse.

Etiam a stirpe socium atque amicum populi R. Manuscriptum, *ab stirpe*. Hoc autem ideo Adherbal, quod Masinissae nepos esset, qui rex, sociusque et amicus fuerat ab Senatu appellatus. cuius nominis honorem et paucis admodum, et pro magnis erga se regum meritis atque officiis dare populus R. consuevit. Rivius. — Bertiniensis: *ut ab stirpe socium*. gratia illi, cum elegantem formam et germanam Sallustii nobis restituit: *Massanisae me nepotem, utique ab stirpe socium*. Tale Catilinaria: *Neque his modestia, neque modus contentionis erat: utique victoriam crudeliter exercebant*. Palmer.

Maiorum meum. Sic nulla alia de caussa scripsi, nisi quod aliter aures improbant; et solitum ita veteribus. Adelphis: *spero, est similis maiorum suum*. *A nobis*, ea duo absunt a Bertiniensi. *secundum ea*, vet. cod. Modii id probat; ut reliqua mittam: Prisc. lib. XIII. qui notat hic pro μετὰ accipi. Porro in meo, non vere erat, *in expensis* proxime verum erat. Nam *expenso uti*, est, *debitis uti*; uti iis, quae iam ante expensa feras. Sunt autem in hac oratione Adherbalis quaedam glossemata sane manifesta, ut mirari supinitatem emendatorum possis: *Quorum progeniem vos, P. C. nolite pati, me, nepotem Massanisae, frustra a vobis auxilium petere*. nam ita vivam, ut nunquam illa Sallustius scripsit, *me, nepotem Massanisae*. Iam enim dixerat, *quorum progeniem*. Postea: *Ecce autem ex improviso* Iugurtha *intoleranda audacia, scelere, atque superbia sese efferens*. illa, *ex improviso*, ex ora irrepserunt, glossa ad *ecce*. sic enim hoc crepant Grammaticorum scholae, *ea* et *ecce* in re subita poni. Itaque bella scilicet manus e regione notarat: *ecce ex improviso*: et postea fuit, qui doleret eum ornatum abesse Sallustio. Palmer.

Beneficia a P. R. Vox *beneficia* otiosa videtur. Ciacc. — Tres

dictiones postremae Glossae adfines videntur. Grut. — B. Pub. *beneficia p. r.* caeteri servant. Wasse.

* Quibus utinam non egerem. Non est in ullo uspiam manu- 57
scripto, quod sciam, illa optandi particula, *utinam:* ac mea quidem sententia rectius eadem abest. Qui locum expenderit, si cuius modo est in literis iudicii, mecum haud dubie faciet. Nec exemplar eam Beroaldinum habet. Rivius. — *Utinam* Ball. et in interlin. Bodl. Venetae. Wasse.

Secundum ea. Ita vet. cod. Modii. Et notat Priscian. lib. XIII., hic *secundum* pro *μετὰ* accipi. Coler.

Secundum ea si desideranda erant, uti debitis uterer. Codices quidam in pergamenis descripti, convenientibus et impressis nonnullis, interque hos eo, qui a Pincio est Venetiis excusus, *sed ea si desideranda erant.* Verum priorem lectionem esse veriorem, e Prisciano liquet. Is enim lib. XIII. de praepositione agens; *Secundum*, inquit, *quando pro κατὰ et μετὰ accipitur, loco praepositionis est. Sallustius in Iugurthino: Secundum ea, uti debitis uterer. Lucan.* VIII. *secundum Emathiam lis tanta datur.* Ita Priscianus. videlicet hoc dicit: *Secundum* in Sallustii exemplo, *post* vel *proxime* significare: in Lucani, *pro.* ut mirari satis non queam, quid ille sibi velit, qui pro *super* accipi adnotavit; quem in scopulum tamen et Thomas Linacer impegit. Rivius. — Obscurissime hoc dictum est. Vetustiores codices habebant: *Sed si ea desideranda erant* etc. Ceterum verba, quae per duos deinde sequuntur versus, etsi luculenta sunt, sensus tamen ad praecedentia nullum facit fidem. Nam *probitas*, quid ad praecedentia? quid deinde haec verba: *Neque mihi in manu fuit, Iugurtha qualis foret?* Haec ideo mihi annotantur, ut eo diligentius codices antiqui inspiciantur. Nam non est mihi dubium multis in locis, temporum potissimum iniuria, ac sciolorum quorundam audacia hunc auctorem mutilum, cuius exemplaria tam varia leguntur. Multa etiam dissimulo, quia annotationes scribimus, non commentum. Glar. — *Sed ea* Fulvii lib. A. Manut. — In nonnullis MSS. inveni: *Sed ea si desideranda erant, uti debitis uterer.* Quam lectionem et impressi quidam habent. Locus hic obscurissimus est, et doctos etiam homines diu torsit. Ego sensum hunc esse existimo. Conqueritur Adherbal optare se, ut a P. R. auxilium petere possit, non ob maiorum beneficia, sed ob propria in Rempub. collata; tum enim iis, tanquam sibi debitis, uti posset. Sed quoniam contra accidit, et Iugurtham hominem sceleratissimum cognoverit, qui contemto P. R. imperio, Masanissae nepotem et illorum amicum, regno, fortunisque omnibus expulerit, illorum se nunc auxilium et opem implorare, quibus tamen, quod sibi miserrimum est, cogitur prius oneri, quam usui esse. C. Popma. — Ita primitus Naz. factumque inde *sed ea si desideranda*, quomodo etiam fere caeteri MSS. Illa *si desideranda erant* adulterinum quid resipiunt, certe abesse possunt nullo sententiae damno. Grut. — Priscianus lib. XIV. *Secundum*, quando praepositio est, significare dicit *κατὰ* vel *μετά*. Atque ita sit accipi hunc locum Sallustii, et istud Lucani lib. VIII.

*— Secundum*
*Emathiam lis tanta datur.*

At falsus cum aliis Linacer, cum *secundum* hic exponit *super*. Nec audiendus Fulvii codex, qui pro *secundum ea* habet, *sed ea*. Obscurissimi loci sententiam hanc existimo: *Si ita decretum fuit fatis, ut Masinissae nepos, socius ab stirpe, atque amicus vester, regno fortunisque omnibus, a Iugurtha, hominum sceleratissimo, expellerer: vellem, ob mea potius, quam ob avi Masinissae merita, auxilium mihi ferri, adeoque vos velut obstricti essetis, ad referendam aliquando tam ingratam gratiam* (ita interpretor beneficia quibus quis non eget, abominanda scilicet propter calamitatem) *vel si omnino ea desideranda, ac velut in extrema necessitate inseunda esse debet, ut tanquam debita uterer. Sed contra accidit, cum prius oneri vobis cogor, quam usui esse; ob repentinum scelus Iugurthae, quem non satis cavit mea probitas, candor, ac simplicitas; quamque non statim promtum fuit cognoscere, vel explorare.* Rupert. — *Sed si ea* L. 2. 3. Venetiis cusi 1700. 1708. B. Pub. Mart. Ar. Ball. Digb. *sed ea si* λ. Bodl. γ. et Reg. vero *secundum*. postea factum *sed ea*. Priscianus pag. 997. omittit, *si desideranda erant*. agnoscit *uti debitis*. Apu-
38 leius de * Hab. II. pag. 12. *mentemque illam quam* νοῦν *idem vocat: secundum ea etc. esse animo virtutes.* Palmerius ex suo libro, qui *expensis* exhibet, legit *expenso*. Wasse.

Parum tuta per se ipsa probitas est. Rationem reddit Cicero Epist. I. ad Q. fratrem: *Ut quisque est vir optimus, ita difficillime esse alios improbos suspicatur.* Rupert.

In manu fuit. Id est, *promtum fuit*. dicit Sallustius, ut infra: *Uti per otium tuti simus, in vestra manu est*, id est, *vobis efficere promtum est, in vestro arbitrio est*. Rupert. — In potestate. Plautus Rud. IV. 3. In manu non est mea: *Ubi demisi rete atque hamum, quicquid haesit extraho.* Seneca de Clement. I. *qualem quisque sortem statumque habeat*, in manu mea *positum est*. Cum tertio casu Plautus Bacchid. I. 2. *Sperat quidem animus: quo eveniat*, diis in manu est. Livius XXI. 35. *praesidiumque in urbes contraheret, ut sua cuique Respubl.* in manu esset. Idem XXII. 4. alia forma: *Vos* in manu et tutela, *non in servitio debetis habere foeminas.* Et Tacitus mutat An. II. 46. *Neque poenitere, quod* ipsorum in manu sit, *integrum adversus Rom. bellum, an pacem incruentam malint.* Seneca Phoen. 454. *hoc primum nefas Inter scientes geritur:* in manu vestra est *Utrum velitis.* Lucan. VII. 252. numero utitur pluurativo:

*In manibus vestris, quantus sit Caesar, habetis.*

Aristides Orat. in Neptun. pag. 48. *ἜΧΟΝΤΑ καὶ ταῦτα ἐν ταῖς ΧΕΡΣΙΝ.* Thucydides II. 13. *Τά τε τῶν ξυμμάχων ΔΙΑ ΧΕΙΡΟΣ ἜΧΕΙΝ.* Scholiasta δι' ἐπιμελείας, non bene. eodem capite pro δέκατος αὐτὸς fere mallem, *Περικλῆς ὁ Ξανθίππου*, στρατηγὸς ὢν Ἀθηναίων δεκτὸς αὐτοῖς, nempe Lacedaemoniis. Sequitur ὡς ἔγνω τὴν ἐσβολὴν ἐσομένην, ὑποτυπήσας, ὅτι Ἀρχίδαμος αὐτῷ ξένος ὢν ἐτύγχανε, μὴ πολλάκις ἢ αὐτὸς ἰδίᾳ βουλόμενος χαρίζεσθαι, τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ παραλίπῃ καὶ μὴ δῃώσῃ. At Periclem summam rerum tunc temporis obtinuisse quis dubi-

tat. Confer autem Thucyd. cap. 22. Polyaenum I. 36. Iustin. III. 7. Nec tamen altera loquendi forma abhorret ab indole auctoris, qui IV. 2. Ἐς Σικελίαν ἀπέστειλεν etc. καὶ στρατηγοὺς τοὺς ὑπολοίπους, Εὐρυμέδοντα, καὶ Σοφοκλέα. Πυθόδωρος γὰρ ὁ τρίτος αὐτῶν etc. sic IV. 75. 88. Atque hunc modum Statius Sylv. I. 4. *nec Aonias*, decima *cum Pallade*, *divas*. Sed et hoc insuper addo, voces *decimus*, δέκατος, non infimum potestatis et honoris locum innuere. sed nos alio properemus. Wasse.

Oneri quam usui. Ita libri. Apuleius Apolog. *Quidquid aptam moderationem supergreditur*, oneri *potius* quam usui *exuberat*. et II. Florid. *Rem familiarem abiecit et velut onus tergoris*, magis labori *quam* usui. Mamertus de Statu animae pag. 719. *incipit* esse oneri, *quod erat* usui. Atque ita fere Hegesippus II. 15. V. 24. et alibi. Wasse.

## CAP. XV.

Fides eius quam fortuna pendenda. Reg. Ar. L. 1. 2. 3. Pemb. Venetiis cusi, Mart. Oxonienses uno ore *petenda* pro *expetenda*. Gruteriana, a quâ editio haec expressa est, *pendenda*. utrum ex ingenio an a Codicibus non memorat. vid. Demosth. adv. Lept. pag. 367. Stewechius notis ad Apuleium pag. 422. in suis invenit *petenda*, unde ipse *putanda*. Non inelegantèr. *putat* Glossae δοκεῖ. *putatio* οἴησις. pro reputare, considerare. Terentius Eun. *Dum haec* puto, *praeterii imprudens villam*. Videsis Donatum ad Aen. VI. 332. et Nonium. At aeque elegans nec antiquum minus *pendenda*, hoc est, *maioris aestimanda*. Cicero Epist. Fam. V. 17. *nos ceterique qui* * *te non* ex fortuna, *sed ex virtute* pendimus *semperque* pendemus. Tacit. H. IV. 28. *per omne id bellum meliore usi* fide *quam* fortuna. Caeterum per *fides eius* intellige fidem Populi Romani, illorum scilicet erga amicos gravitatem et constantiam. Alii, inquit, in suis dubiis rebus, et vestris laetis ob victorias frequentes societatem vestram appetiverunt, at Masinissa, cum incerta esset alea belli, manente adhuc Carthagine, non tam fortuna quam fide in socios, qua per Orbem terrarum clari eratis, inductus, in clientelam vestram concessit; fides enim, auctore Cicerone, dictorum conventorumque constantia et veritas. Ideoque viam ad Romanorum benevolentiam satis oratorie praestruit, fidem publicam, quam implorat, laudando. Interpretes fere Masinissae fidem intelligunt, sed perperam. Xenophon Histor. Graec. IV. 535. Καὶ γὰρ τὸ μὲν ἐν ταῖς εὐπραξίαις πιστοὺς φαίνεσθαι οὐδὲν θαυμαστόν· ὅταν δέ τινες ἐν συμφοραῖς γενομένων φίλων βέβαιοι φανῶσι, τοῦτ' εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον μνημονεύεται etc. ὅσῳ δὲ μᾶλλον αἱ ἄλλαι πόλεις σὺν τῇ τύχῃ ἀπεστράφησαν ἡμῶν, τοσούτῳ ὄντως ἡ ἡμετέρα πιστότης μείζων φανείη ἄν. lege ὑμετέρα. vid. Tacit. A. IV. 56. Wasse. — Vult dicere, *non temporariam amicitiam vobiscum familia nostra coluit, neque, ut alii, propter utilitatem vos amplexa est; sed cum ad incitas imperium vestrum redegisset Annibal, eoque plus fidei, quam fortunae expectandum esset.* Unde et carius aestimandus ipsis fuerat Ma-

59

adaiam, cum eiusdem posteris; quo plures consilia et sese pro temporibus mutant. Nimirum, ut canit Ovidius:

*Dum iuvat, et vultu ridet fortuna sereno,*
*Indelibatas cuncta sequuntur opes.*
*At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli,*
*Agminibus comitum qui modo cinctus erat.*

RUPERT.

QUORUM PROGENIEM VOS. Legerem: *quorum progenies vos P. C. nobile pati* etc. Sic Varro de Re Rust. lib. II. cap. 45. *Ibi contra progenies eorum.* et Cicero de Universitate: *Veteres, qui se progenies deorum dicebant.* CIACC. et URSIN. — Recte et acute vidit Ciacconius legendum esse *progenies.* Dicit enim Atherbal P. C. progeniem populi Rom. Frustra igitur est Palmerius, qui glossam esse putat illa verba *me nepotem.* COLER. — Vulgata recte habet, est enim mutatio numeri pluralis loco singularis, *quorum* pro *cuius.* vid. nos ad, *servitia repudiabat,* Catilin. A. POPMA. — Multi ad hunc locum multa. assentior Amplissimo Iacobo Bongarsio, existimanti haec verba, *me nepotem Masinissae,* glossam esse, et ex superioribus illis huius paginae, *Masinissae, me nepotem, etiam ab stirpe socium atque amicum P. R.* hac irrepsisse. Refer autem *quorum,* ad Masinissam et Micipsam, quorum progenies erat Adherbal. PUTSCH. Aut legendum *progenies* cum Palmerio, aut delendum primo *vos,* iussu MSS. aliquot Pall. forsan etiam, *me nepotem Masinissae,* nec non, *a vobis,* quae omnia plus quam subintelliguntur. GRUT.

A VOBIS. Non agnoscit L. 3. et sane praecesserunt. Balliol. utroque loco delet. Infra L. 2. Ball. *ego rex,* male. sic Venet. 1470. WASSE.

SED SI AD IMPETRANDUM. Illa particula *sed* non est in codicibus manuscriptis, nec in ceteris impressis. RIVIUS. — Habent Ven. 1471. Martin. Bodl. Ball. Arond. L. 3. Marckii γ. verum Pemb. Marckii λ. B. Pub. omittunt. in Venetiis excuso 1478. sic. WASSE.

AD IMPETRANDUM. Libb. vett. Palmerii: *impetrandae causae nihil haberem.* COLER.

PRAETER MISERANDAM FORTUNAM. Saepe enim haec sola ad impetrandum sufficit. Auctor Thebaidos:

*Quo causa melior aeraque deterior trahit,*
*Inclinat animus, semper infirmo favens.*
*Miseros magis Fortuna conciliat suis.*

Heins. L. I. Histor. de Friderico V. Palatino et Ferdinando II. Imperator. *Agmen miserandum hic, aut alibi eiectum, inopes, extorres, neminem humanae sortis parum memorem sinebant. Inter quos Rex Bohemorum, qui cum coniuge ac liberis, haud pridem Palatina ditione ac sceptro pulsus, quoquo incedebat, solis hostibus acceptum, maiestatis afflictissimae spectaculum praebebat, quanto infra dignitatem, tanto magis miserationi aut iudiciis expositus.* Vide notam Bernecc. ad Iustini lib. XXVII. cap. 2. §. 3. nostram ad eiusdem lib. V. cap. 9. §. 7. RUPERT.

60 * DEFORMATUS. Ex Cic. pro Murena §. 88. deformatum *ignominia.* Sic Iustinus, Florus, Q. Septimius. sed et antea Livius de Pace

Candium: *Ut quae quisque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantae maiestatis, velut a nefando spectaculo averteret oculos.* Virgil. XII. 805.

*Deformare domum et luctu miscere Hymenaeos.*

Deformati ἀσχημονήσαντες. deformatio κακομορφία. deformatus κατασχυνθείς. deformari *matrimonia falsis contumeliis* L. XXX. C. ad L. Iul. de Adult. Claudianus de B. Gild. rem tangit:

*Si moestae squalore comae lachrimisque Senatum*
*In Numidas pulsus solio commovit Adherbal.*

vs. 408. ubi forte legendum: *In Numidam*; ut intelligatur Iugurtha. suadent etiam sequentia:

*Hunc quoque nunc Gildo, tanto quem funere mersit,*
*Hunc doleat venisse ducem.*

Verum Heinsiana lectio in MS. C. C. C. comparet. Lamprid. *quem saltare etiam nudum* etc. deformato *vultu*. in Commod. cap. XI. et in Antonino Diad. cap. ult. Apuleius: deformatus *livore*. in princip. Metam. Wasse.

Alienas opes expecto. In aliis est, *expeto*, utrumque mea quidem sententia sic quadrat, vix ut noris, utrum alteri praeferas, nisi quod prius illud in codicibus manuscriptis. Cicero ad Atticum: *Caesar iam opes meas, non, ut ante, opem expectat.* Idem alibi *auxilium expetere* dixit, quomodo et Terentius in Andria, *auxilium expetens.* Rivius. — Bull. Bodl. *expeto.* et sic Venet. 1470. B. Pub. et Pemb. Marchiani. Martin. *expecto.* voce *expectare* alibi non est usus Noster. vide tamen Hegesip. I. 34. et 36. Wasse. — Ut *vescendi*, ita *impetrandi* quoque dixit Sallustius, in oratione Adherbalis *Si impetrandi nihil haberem, praeter miserandam fortunam; quod paulo ante rex, genere, fama, atque copiis potens: nunc deformatus aerumnis, inops, alienas opes specto: tamen erat maiestatis populi R. prohibere iniuriam.* Meus V. L. *impetrandae caussae nihil haberem.* et qui emaculare Sallustium se postulet, ut nihil sibi in coniectando permittat, nec suspicionibus scripturas veteres adiuvet, nugas agat. Mihi vero stat, ubi fenestram aliquam aperiunt libri, uti porro ingenio, et quod alii ante sibi in depravando indulserunt, in corrigendo usurpare. Cave enim existimes minus quoquam scriptore a glossis laborare Sallustium. Palmer.

Tamen erat maiestatis P. R. prohibere iniuriam. *Qui enim non defendit, nec obsistit, si potest, iniuriae, tam est in vitio, quam si parentes, aut patriam, aut socios deserat:* ut scribit Cic. I. Offic. Rupert. — Caesar de B. G. I. 33. *Quod in tanto* imperio populi Romani *turpissimum sibi et Reip. arbitrabatur.* Quod paulo post Auctor *vestra beneficia* dicit, illud Caesari P. R. *beneficium* B. Civ. I. 9. Inepte antea, *quod pro beneficio.* sed recte Aldinus: *doluisse se, quod* Populi Romani beneficium *sibi per contumeliam ab inimicis* extorqueretur. eadem forma, qua Noster hoc in loco, Lucanus I. 399.

*Quod non, victrices aquilas deponere iussus,*
*Paruerim? mihi si merces erepta laborum est;*
*His saltem longi, non me duce, praemia belli*
*Reddantur.*

Et sic *Extorquere per vim* suffragium populi, apud Livium. Wasse.

Avus meus. Mutat locum in B. Pub. ibi enim *pater meus.* in caeteris sedem obtinet. Infra abest L. 3. *vos* et Ball. Venet. 1478. non agnoscit *in,* Infra *hostes* meliores libri Gruter. Sic nostri. L. 3. et Venet. abest *erat.* Wasse.

61 * Heu me miserum. In tribus manuscriptis est *Eheu.* nec aliter citare Probus videtur, quo loco docet hanc interiectionem etiam liberae a numeris orationi, et cumprimis historiae convenire. Quamquam autem Valla hanc particulam nulli casui servire docet, est tamen invenire, ubi cum accusativo iuncta sit. Terentius in Phormione, *Eheu me miserum,* inquit. Et Cicero in oratione antequam iret in exsilium, *Eheu conditionem huius temporis.* Sed Virgil. nullum ei addit casum in Buc.

*Eheu quid volui misero mihi.*

et iterum:

*Eheu quam pingui macer est mihi taurus in arvo.*

Sed nec Tibullus:

*Eheu divitibus video gaudere puellas.*

Idem:

*Ferreus est Eheu, quisquis in urbe manet.*

Sunt qui et hoc et similibus locis, *heu heu* legere malint. Sane codex Merseburg. hic habet, *Heu heu me miserum.* et eodem modo Florentinus. Verum, ne quid dissimulem, et *heu* sine casu saepenumero ponitur, ut apud Ciceronem: *Heu quam dispari domino dominaris.* Virgilius:

*Heu fuge nate dea.*

et:

*Heu, nihil invitis fas quemquam fidere divis.*

sic saepe alias. velut II. Aeneid.

*Heu, quae nunc tellus,* inquit, *quae me aequora possunt*
*Accipere?*

et III.

*Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem*
*Audeat affatu?*

et:

*Heu? furiis incensa feror.*

Rivius. — *Heu heu* Arond. Martin. Wasse.

Eheu me miserum, huccine, Micipsa pater, beneficia tua evasere. Simili querela ex Pacuvii Armorum iudicio, plebs Romana Pompeianos notavit, qui a Caesare victore servati, et ad honores evecti, paulo post ipsum interemerunt:

*Men' servasse, ut essent qui me perderent?*

ut extat apud Suet. in vita Caesaris cap. 84. Rupert.

Parem cum liberis tuis. Vaticano abest *tuis.* per me licet, qui paene etiam eiicerem *cum.* Grut.

Semperne in sanguine, ferro, fuga versabitur? Manuscripti codices et impressi quidam *versabimur* habent. id mihi quidem magis arridet. Rivius. — Sic MSS. Pall. potiores; deteriores: *versabitur.* Grut. — Marckii γ. λ. Digb. *versabitur.* caeteri aliter. Wasse.

Dum Carthaginienses incolumes fuere. Florus potius dixisset duabus vocibus, *Carthagine incolumi*. Grut.

Hostes a latere, vos amici procul. In manuscriptis est, *hostis ab latere*, idque melius. Rivius.

Hostes ab latere. Ita MSS. meliores, non *hostis*, quod heic ambiguum nimis de uno accipiendumne sit, an de pluribus. Grut. — Bodl. *ad latus*. Wasse.

Postquam illa pestis ex Africa eiecta est. Carthago deleta ab Africano iuniore. Rupert.

Laeti pacem agitabamus, quippe quibus. In manuscriptis est, *quis hostis nullus erat*. pro *quibus*. Ita in Officiis Cicero, *A quis male pugnatum est*, inquit, pro, *a quibus*. Sallustius paullo ante: *Legatos Romam mittit, quis praecipit*. Sic postea alicubi: *Quis adiutoribus regem aggressus, impellit uti adversum Romanos bellum incipiat*. Rursus: *Quis omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat*. et: *Quis omnia regna adversa sint*. Rivius.

Queis hostis nullus erat. Verbum postremum superfluum est. Grut.

* Ecce autem ex improviso Iugurtha intoleranda audacia. 62
Haec vera lectio. ceterum est in Merseburgensi, *de improviso*; sed eodem plane sensu. dicimus enim: *improviso, ex improviso, de improviso*. Cicero pro Murena: *Syracusani improviso in castra Hamilcaris irrumpunt*. Idem in Verrem: *Ex improviso si quae res natae essent*, sic et *de improviso* alicubi dixit. Rivius. — In meo libro non est *autem*. Ciacc. — Miror, cur haec verba [*ex improviso*] pro adscriptitiis et glossa habeat Palmerius, cum toties ita loquantur Latini, et ipse adeo Sallustius. Coler. — Voces *ex improviso*, quasi interpretis, tollendas immerito censet Palmerius, et contra Codices universos. apud Plautum aut Terentium exemplum nullum: at quid inde? Varro Eumenidibus: Et, ecce de improviso *ad nos accedit cana veritas, Atticae philosophiae alumna*. Auctor Passionis D. Iacobi apud Ruinart. Sallustium sequitur, cap. III. *Et adscendebam in illam catastam*: et ecce ex improviso *mihi sedens ad dexteram eius iudicis* Cyprianus apparuit. Eodem modo cum vocibus *subito* et *repente*. Cicero VII. Verrin. Ecce autem repente *ebrio Cleomene, esurientibus caeteris, nunciatur piratarum naves esse in portu*. et I. Verrin. Ecce autem repente, *his diebus paucis, Comitiis consularibus factis*. Alcuinus in vita Willibrardi pag. 1458. Ecce repente *lapis se protelare locelli Coepit*. Apuleius Metam. IX. *Et* ecce nobis repente *de tergo manipulus armati supercurrit equitis*. Cicero pro Cluent. §. 5. Ecce autem subitum *divortium*. Auctor Passionis D. Iacobi: Et ecce subito *ab oculis nostris ille Iudex recessit*. Augustinus Ep. LXI. *opperiebar, et* ecce subito. D. Hieronymus Epist. XXX. Ecce subito *discurrentibus nunciis*. Confer eundem vita Malachi. Inverso ordine Cicero pro Caecin. §. 30. *Visus est mihi* etc. *tantummodo errare, quod omnes testes infirmaret, qui ante eum dixissent*. Cum subito, Ecce *idem qui solet*. Auctores Ed. vulgatae Esdras IV. 10. *Et* ecce subito *emisit sonitum vocis magnum*. Esaiae V. 26. Ecce festinus *velociter veniet*. De ecce vide Servium ad Aen. II.

Donatum ad Adelph. IV. 7. Glossae ineditae ad Iuvenalem VI. 511. *Hac dictione utimur, cum aliquod repentinum volumus significare.* *Ecce* etiam de *non repentino*, pro *verbi gratia*, *nempe*, aut quid simile, apud Plinium Hist. N. saepissime. *ut in carbone* ecce *et cinere.* Iustinian. L. I. Tit. 11. *de Nuptiis* §. 6: Adfinitatis quoque veneratione a quarundam nuptiis abstinere necesse est: *ut ecce*, privignam aut nurum uxorem ducere non licet. et alibi. vid. Laberium in Prolog. apud Macrobium, et Senecam Controv. I. pag. 66. WASSE.

SESE ECFERENS. MSS. partim *sese eferens* unica litera, partim *se ecferens.* GRUT. — Nostri nove *efferens*, at surdo canunt. Vide Nonium in *ecferre, contendere, observare, facessere, eliminare, clandestino, suffundatum, summissum, ferocia.* Plaut. Merc. V. Terentianus tamen Maurus *effatus* non *ecfatus* scribendum putat. Lucilius XXVI. *Ubi quem ex praecordiis* ecfero *versum.* M. Tullius de Signis, ita Grammatici citant Orat. in Verrem IX. 56. *Nimium forsitan haec illi mirentur atque* ecferant. ita Nonius; at Agroetius pag. 2274. *efferant.* quomodo et Graeviana. Ennius apud Cic. de Divin. I. *Haec pater* ecfatus. Varro Sexagesi: Vix ecfatus *erat, quum more maiorum, ultro carnales arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant.* Pacuvius Periboea: Ecfare *quae cor tuum timiditas territat.* Cicero Tusc. I. 19. *ignibus insistit (animus) ac finem altius se* efferendi *facit.* Optimus Norvicensis, *haec ferendi*, quod ad veram lectionem quasi manu ducit; reliquit enim Marcus *ecferendi.* quomodo et Tusc. IV. 20. Lambinus dederat. Ad hanc formam habes apud Tacitum An. XI. 20. *ecfodere.* vid. Canterum Not. ad Cic. Fam. III. VII. Ep. 18. WASSE.

ATQUE EODEM PROPINQUO. Bodl. abest *eodem*; ineleganter. Marcus Cato apud Quintilian. V. 11. *Qui nullam adulteram non* eandem *esse veneficam* dixit. pro *etiam.* Cic. I. Offic. *Et huic coniuncta beneficentia, quam* eandem *vel benignitatem, vel liberalitatem appellari liceret.* pro Murena: *Asiam istam refertam et* eandem *delicatam, sic obiit ut* etc. de Nat. D. *Nae ego, inquit, incautus, qui cum Academico et* eodem *Rhetore congredi conatus sum.* Infra: *sceleris praedam*: ita libri. Q. Septimius qui Nostrum fere sequitur I. 3. *universam domum eius* in scelus proprium *convertit.* Haec, inquit Anna, duriora sunt quam ut recte possint explicari. Quidni? in scelus, ut *in praedam*, et *in cri-*
63 *men.* Auctores non vacat excutere, sed se * actutum offerunt: Ovidius I.

*Et tua sim, quaeso,* crimina *solus* ego.

alibi:

*Tempus, Atla, veniet, tua quo spoliabitur auro*
*Arbor*, et hunc praedae titulum *Iove natus habebit.*

alibi:

*Et iacui pigro* crimen *onusque toro.*

iterum:

— — — — *parentem*
*Crine suum spoliat*, praedaque *polita nefanda*
*Fert secum spolium.*

Cassiodorus Var. I. 37. *Nolumus ea in cuiusquam praedam cadere, quos nostra visa est sententia liberare.* Vide Caesarem B. G. VI. 8. Cic. pro Domo §. 13. WASSE. — *multum laborem.* Ursini codex *m. laboris.* ibid. *diligenter colerent.* Lectionem fere suspectam redderet Commel. in quo a manu principe, *diligerent*, *colerent.* sed cum ab eodem calamo statim mutata sit vox prior in *diligenter*, apparet errorem esse exscriptoris. GRUT. — Abest autem *diligenter* a Regio et Ed. Vet. teste Cl. Hudsono, et aliud quid primitus in Pemb. *q. d. v. colerent am.* Martin. WASSE.

IN IMPERIO VESTRO. Sic Caesar lib. I. Belli Gallici: *Imperio pop. Roman. non modo de regno, sed etiam de ea, quam habeat, gratia desperare.* et lib. II. *qui minus in imperio nostro eam rem consequi poterunt.* id est, nobis rerum potientibus. CIACC. et URSIN. — Omittit praep. Mart. B. Pub. et Arond. vide locum Caesaris supra adductum ad *maiestatis erat Populi Romani.* *in* primitus aberat Pemb. WASSE.

EXTORREM PATRIA. Pulsum patria. Isidorus lib. X. *Proprie exterris cum vi expulsus sit, et cum terrore solo patrio eiectus.* Glossarium: *Exterris*, ἐξόριστος. Paullo post tamen idem Atherbal dixit: *Exsul patria.* Vide Nonium. COLER.

SICUTI VIDETIS, EXTORREM PATRIA. Fabricianum, *sicut videtis.* quomodo et alias fere. RIVIUS. — Nonius pag. 14. habet, *sicuti.* WASSE.

## CAP. XVI.

EOS MULTUM LABOREM SUSCIPERE. V. C. *Eos multum laboris suscipere.* URSIN.

QUOD IN FAMILIA NOSTRA FUIT, PRAESTITIT. Vel deest aliquid, vel mendum haeret in voce ultima; nam de Masinissa isthaec accipi vix queunt, cum ipsi tamen magis quam Micipsae accommodari possint. GRUTERUS. — Ar. *praestituit* L. 3. *praestititum.* Pemb. sed ex correctione, ut videtur, *praestitit.* Donat. tamen Adelph. III. 5. nihil movet. in γ. ex inani spatio inter *nostra* et *fuit* duas minimum literas deesse suspicor; forte primo scriptum *adfuit.* retinent vulgatam lectionem caeteri, quae ut ut sit hoc loco ferenda, apud Avienum certe non est. sic enim ille Fab. XXIII.

*Convenit hoc illis quibus est permissa potestas,*
*An praestare magis seu nocuisse velint.*

*Praestare* cum tertio, quarto, sexto casu, pro repraesentare, apud Cicer. Ovid. Plin. Tertullianum; pro dare et conservare apud alios, aliquando adiuncta praepositione *inter*, sed nullibi opinor absolute. Opportune ergo membranae Petrenses lectioni editae praeferunt *piesse*, unde non abs re feceris *prodesse.* Infra B. Pub. *vobiscum.* WASSE.

UT IN OMNIBUS BELLIS ADESSET VOBIS. Manuscripta: **uti in omnibus bellis.* Merseburgense, *adessent vobis*, numero plurali. RIVIUS. 64

RATUS CONIUNCTUM NOBIS FORE. Ita collocantur verba in MSS. Pall. GRUTER. — Abest *nobis* L. 2. Bodl. *nobis c. f.* Carrio. uti et

Venetae, Mart. Crusenianam posituram servant γ. λ. Pemb. B. Pub. Infra: *tertium Iugurtham.* Thucyd. V. 4. *Φαίαξ δὲ ὁ Ἐρασιστράτου τρίτος αὐτός.* hoc est, cum duobis collegis. Confer eundem IV. 2. 38. 75. et quae diximus ad cap. XIV. Libri: *fratres reliquit.* Placeret magis *relinquit*, quomodo legendum apud Iustinum V. 7. ex MSS. Bongars. Corp. Christi Oxon. et Bib. Cantab. XV. 4. ex Codice Bongars. XVIII. 2. ex Bongars. et B. Pub. WASSE.

ALTER EORUM NECATUS EST. In Merseburgensi et alio quodam manuscripto non est verbum substantivum. RIVIUS. — Servant tamen Ar. Reg. γ. λ. Ball. Bodl. WASSE.

ALTER IPSE EGO MANUS IMPIAS VIX EFFUGI. Etiamne est, qui ieiune, *ipse ego*, concoquere hic possit? scripserat Sallustius: *alter manus impias vix effugi.* veriti sunt isti, ne flagitium esset, *alter effugi*: quippe personis discordare. Ita cauta est imperitia. Sed haec quidem talia qui tollere omnia e Sallustio velit, negotii vim quaerat. PALM. — Egregia lectio: membranae tamen, quasi de compacto; *alterius ipse ego.* Itaque videtur revocandum; ut fecit Carrion. tunc enim minime videbitur ieiuni alicuius Grammatici, *ipse ego.* GRUTERUS. — Fateor cum Palmerio, hanc annotatiunculam ieiuni cuiusdam Grammatici esse. COLER. — γ. λ. Bodl. Digb. Mart. Pemb. B. Pub. *alterius ipse ego.* forte *alter is, ipse ego.* hoc est, *ipse alter* Hiemsal. *alter ille* Terent. Eunuch. Sidonius I. 2. Ep. Ipse ille meus *amicus.* Cic. pro Murena: *Nisi eum qui ipse miser esset.* alter quisquam, Plaut. Asin. Stich. V. 4. aeque audacter: *Hoc memorabile est*, ego tu sum, tu es ego: *uni animi simus.* L. 3. *alter ipse ego.* L. 2. *alterius ipse et manus.* Ball. *alter eius ipse ego.* quomodo reponit Badius. Palmerius voces *ipse ergo* pro spuriis habet, et sic refingit: *alter manus impias.* denique omittit *ego* Arond. *alter ego*, pro, *similis mei* Cicero Lael. II. Infra *pars in crucem acti* exulant Mart. WASSE.

QUO POTISSIMUM ACCEDAM? Haec est germana scriptura Sallustii. Ita praeter ceteros vetus poëta apud Ciceronem lib. III. Tuscul. Quaest.

*Quid petam praesidii, aut exsequar? quove nunc auxilio et fuga*
*Freta sim? Arce et urbe orba sum. Quo accedam quove applicem?*

COLER.

GENERIS PRAESIDIA OMNIA. Imitatur Tacitus lib. I. Annal. 3. et *subsidia dominationis* vocat liberos. Euripides in eandem sententiam, vertente Lipsio, *munimen aulae regii sunt liberi.* Odoratus hoc Alexander apud Curt. lib. VI. cap. 9. §. 12. Macedonibus suis inquit: *Orbitas mea, quod sine liberis sum, a vobis spernitur.* Sed et idem Tacitus lib. IV. Hist. cap. 52. *Non legiones*, ait, *non classes, perinde firma imperii munimenta, quam numerus liberorum.* RUPERT. — Andocides I. 147. *Τίνα γὰρ καὶ ἀναβιβάσομαι δεησόμενον ὑπὲρ ἐμαυτοῦ; τὸν πατέρα; ἀλλὰ τέθνηκεν· τοὺς ἀδελφούς; ἀλλ' οὐκ εἰσίν· ἀλλὰ τοὺς παῖδας; ἀλλ' οὔπω γεγένηνται.* Noster forte Ennii versus spectat, quos nuperrime in notis ad Ciceronis Tusculanas suis numeris quasi postliminio reddidit incomparabilis Bentleius: *Quid petam praesidi, aut exsequar? quove nunc Auxilio exilii aut fugae fretu sim? Arce et urbe orba sum: quo accedam?*

*quo applicem? Cui nec arae patrii domi stant, fractae et disiectae iacent. Fana flamma deflagrata, tosti alti stant parietes; Deformati atque abiete crispa.* Vide Cic. pro Murena §. 41. Antiphontem Orat. I. pag. 16. Wasse.

Quem minime decuit. Antipho Orat. I. pag. 23. *Ἀδεῶς καὶ ἀκλεῶς περὶ τῆς εἱμαρμένης ΥΦ' ὯΝ ἭΚΙΣΤΑ ἘΧΡΗΝ τὸν βίον ἐκλιπών.* Isocrates ad Nicocl. pag. 22. *Τοὺς μὲν ὑφ' ὧν ἭΚΙΣΤΑ ἘΧΡΗΝ διεφθαρμένους.* Supra Noster: *ut is potissimum stirpis tuae extinctor sit.* et alibi: fratre meo atque eodem *propinquo suo interfecto.* Wasse.

Naturae concessit. Sic in Orat. de Republ. Ordinanda: *anima naturae cessit.* Tacitus *concedere vita* solet frequenter dicere. Ciacc.

Affinis, amicos, propinquos. *Affinis meos* habet * Pemb. sed ex 65 secunda manu utrumque: caeteri respuunt pronomen, quibus accedit Vatic. Gruterus addit, non magnopere requiri illud *propinquos.* At Nostri sic legunt, nec immerito. B. Pub. pro *amicos* exhibet *antiquos.* Verum Noster non raro *λόγους ὅμοια ὑποσημαίνοντας* coniungit; arma, tela, *equi, viri.* cognatorum atque affinium LXXXVII. Hoc modo Terent. Heaut. amicos, genus, cognatos. Cicero ad Caelium II. 13. *florentem aetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis,* propinquis, affinibus, amicis. Plinius Ep. VIII. 30. *Volo enim eum, qui sit vere liberalis, tribuere patriae,* propinquis, affinibus, amicis. Tacitus Annal. I. 61. propinquos et adfines. sic II. 10. Hist. III. 25. 35. de Moribus Germ. XX. Caesar B. G. II. 4. *propterea quod* propinquitatibus affinitatibusque *coniuncti.* Metaphrast. autem non agnoscit *affinitatibusque,* etiam alterum pro *vicinitate* male capit. Gellius II. 29. *Quin potius imus, et* cognatos affinesque et vicinos *nostros oramus, ut assint cras tempori ad metendum.* Pro *vicinos* Codex Pemb. *amicos.* sed male, ut ex superioribus patet. Demosthenes Orat. Funebr. pag. 154. *Πᾶσιν ἀρέσκοντες οἷς χρὴ, γονεῦσι, ΦΙΛΟΙΣ, ΟἸΚΕΙΟΙΣ.* Thucyd. I. 71. *Ἄνδρας τε ΦΙΛΟΥΣ καὶ ΣΥΓΓΕΝΕΙΣ.* Glossae: *cognatus, Εὐγενὴς ἀπὸ θηλείας.* quis non videt legendum *Συγγενὴς; affinis, ἀγχιτέρμων, καὶ ὁ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενής.* Wasse.

Propinquos caeteros meos. Vatican. non agnoscit pronomen *meos:* neque admodum requiritur. Imo ne illud quidem *propinquos.* Gruter.

Alium alia clade oppressit. Manuscriptum Fabricii, *clades,* consentientibus et aliis duobus; verum Merseburgense *clade,* auferendi casu. Rivius.

Morte graviorem vitam exigunt. Vide notam ad Iustini lib. V. cap. 7. §. 8. et ad Catilinarii cap. LI. 13. Huc etiam pertinent commendationes illae, qua mortuorum felicitatem in calamitatibus prosequi volumus. Idem Atherbal infra: *Iamiam frater animo meo carissume, quanquam tibi immaturo, et unde minume decuit, vita erepta est, tamen laetandum magis, quam dolendum puto casum tuum: non enim regnum, sed fugam, exilium, egestatem, et has omnes, quae me premunt, aerumnas, cum anima simul amisisti.* Tacitus de Agricola in eius Vita cap. XLIV. et XLV. *Festinatae mortis grande solatium tulit, evasisse postremum illud tempus, quo Domitianus, non iam per intervalla ac spiramenta tem-*

*porum, sed continuo, et, velut uno ictu, Rempublicam exhausit. Non vidit Agricola obsessam curiam, et clausum armis Senatum, et eadem strage tot consularium caedes, tot nobilissimarum feminarum exilia, et fugas.* Ad modum eundem Romanae eloquentiae flos lib. III. de Oratore: *Sed ii tamen Rempublicam casus secuti sunt, ut mihi non erepta L. Crasso a diis immortalibus vita, sed donata mors esse videatur: non vidit flagrantem bello Italiam, non ardentem invidia senatum, non sceleris nefarii principes civitatis reos, non luctum filiae, non exilium generi, non acerbissimam C. Marii fugam, non illam, post reditum eius, caedem omnium crudelissimam, non denique in omni genere deformatam eam civitatem, in qua ipse, florentissima multum omnibus gloria praestitisset.* Rupert.

Exigunt. Arond. *agunt.* Marckii γ. *exig. vitam.* Wasse.

Ius et iniurias etc. Ante haec praecedit in Com. *iusta et iniusta, ius et iniurias.* sciamus licet interpretationem alterius, et vero scribitur Nazariano inter lineas pro tali. Gruter. — Pro *ius et* L. 3. *eius.* sic Venetae. at Laud. et Bodl. *vis.* et ita quidem in accus. plurali Veteres. Noster III. Hist. *male iam assuetum ad omnes* vis *controversiarum.* Lucret. alicubi:

*Et quo quisque magis* vis *multas possidet in se*
*Atque potestates.*

66* et sic in gen. sing. *plus* vis *quam sanguinis*, apud Tacitum in Dial. de Orat. vide de hoc verbo Charisium pag. 27. Priscian. VI. pag. 707. Valer. Probum pag. 1476. in MSS. eodem modo scribuntur *vis* et *ius* ut vix alterum ab altero internosci queat. Caeterum B. Pub. *ius* et Marckii γ. plane, et Pemb. Marckii λ. potius *vis*, ut Bodl. Laud. receptae lectioni favet Tacitus An. II. 65. *Caeterum neque se, neque Senatum, nisi cognita caussa*, ius et iniuriam *discreturos pro magnitudine*, inquit. Herodot. V. 49. *Ἰώνων παῖδας δούλους εἶναι ἀντ' ἐλευθέρων, ὄνειδος καὶ ἄλγος μέγιστον μὲν αὐτοῖσιν ἡμῖν, ἔτι δὲ τῶν λοιπῶν ὑμῖν, ὅσῳ προεστέατε τῆς Ἑλλάδος.* Wasse.

Iniurias omnes. Legendum ex vetustis *omneis.* Rivius.

Rerum honestarum egens, quo accedam. Manuscriptum: *atque omnium honestarum egens rerum.* Est, qui *accidam* hoc loco, non *accedam* legat: idque ex commentariis in Terentium Donati. Ac citat quidem in Hecyram Donatus locum Sallustii quendam, ubi is dixerit, *Quo accidam, aut quo.* sed non hunc opinor e bello Iugurthino: itaque lectionem vulgatam relinquendam puto. Ceterum *appellare* hic eo plane modo accipitur, quo apud Ciceronem, cum ait: *Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem?* et: *Vos etiam atque etiam imploro atque appello, sanctissimae Deae.* Item: *Quid agendum est? qui Deus appellandus? cuius hominis fides imploranda?* Ergo *quos appellem* Sallustius pro, *quos invocem? quorum fidem et misericordiam implorem atque exposcam? a quibus opem auxiliumque petam.* Rivius. — Sed aliis locis compluribus Sallustius *accedere* dixit, ut paulo ante: *quo potissimum infelix accedam?* et post *pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit.* Item: *Bocchus cum magna multitudine Iugurtham accedit.* Denique: *Iugurtham placandi gratia accedit.* Tacit. XIV. *ut quamque nationem accesserat.* et

Hist. III. *haec ut quosque accesserat.* Ciaccon. et Ursin. — L. 3. Reg. Arond. Pemb. Marckii γ. Ball. Bodl. Digb. *quo.* B. Pub. *quo acciderat.* Venetae et Martin. *quos.* Noster supra cap. 16. Wasse. — Ita Pall. ita Bongarsiani. Carrieis tamen intrusit *quod accidam*? Gruter. — at sic Land. Wasse.

Qui omnes familiae nostrae ob vestram amicitiam infesti sunt. Ita cogebantur Masinissae posteri, ex lege foederis, ut nimirum, quos hostes P. R. haberet, iidem et ipsis essent. Alias, num aliquem propter amicitiam, quam is cum hoste meo colit, infestare debeam, excutit Piccart. Dec. XI. cap. 8. Rupert.

Aut quisquam nostri misereri etc. Sic omnibus litteris MSS. Pal. et Vaticani, non *an quisquam*; ut hactenus casi, quod exilius sonat. Gruter. — Nostri om. Wasse.

## CAP. XVII.

Postremo Masinissa. In nonnullis est *Micipsa*, ut de patre suo, non avo loquatur; et sic quoque Florentinum; licet aliter codices in membrana descripti. Rivius. — *Masinissa* recte; non *Micipsa*. Masinissa maxime fide et constantia cognitus populo Romano fuit. Coler. — *Micipsa* L. 3. et Veneta 1470. *ita* abest Bodl. pro *plurima* L. 2, *pluria.* Infra: *nobis esset.* Bodl. Venet. 1470. *n. fore.* vox *esset* abest L. 3. Venet. *afore.* Wasse.

Masinissa. Haud aliter MSS. nostri: in nullo sane reperitur aliorum *Micipsa*, quod ineptum est: nam vixerunt *Micipsae* liberi etiam sub *Masinissa.* Gruter. — *Postremo Massinissa nos ita instituit,* P. C. 67 *ne quem coleremus, nisi populum Rom., ne societates, neu foedera nova acciperemus.* scribendum, *acciremus.* Palm.

Abunde magna praesidia nobis in vestra amicitia fore. Possis hoc consilium Masinissae illustrare similitudine, ab hederis, arbores circumplexis, atque ita earum adminiculo in altum nitentibus, et ascendentibus, desumta: vel etiam a vitibus, quibus vinitores solent, ut Virgil. canit lib. II. Georg.,

*Fraxineas aptare sudes furcasque bicornes:*
*Viribus eniti, quarum et contemnere ventos*
*Assuescant, summasque sequi tabulata per ulmos.*

Ita Masinissa applicare suos voluit imperio Romano, et eius magnitudine velut attolli, ac luce illustrari, potentiaque roborari. Rupert.

Una occidendum nobis esse. Simili sententia usus videtur Livius libr. XLV. et forte a Sallustio eam mutuatus est, cum dixit: *Masinissam victoria Romanorum laetari mirum non esse, qui sortem omnem fortunae regnique sui cum rebus Romanis immiscuisset.* Ursin.

Virtute ac Diis volentibus. Sic in Orat. Cottae: *Multa mihi pericula domi, militiae multa fuere; quorum alia toleravi, partim repuli, Deorum auxiliis et virtute mea.* Ciacc. et Ursin. — Caesar quoque ita locutus, ut in nostris ad eum notis ostendimus. Ursin. — Inscriptio Catonis in Hispania: SENATUS. ET. POPULI. ROMANI. IMPERIUM.

DEORUM. NUMINE. ET MILITUM. FORTITUDINE. ET. TUERI. ET. REGI. Vide Plautum Mil. et Pers. Catonem de Re Rust. Nostrum III. 3. WASSE.

DIIS VOLENTIBUS. Primus hunc locum recte interpungere docuit Turneb. lib. XVIII. cap. 7. COLER.

SOCIORUM INIURIAS CURARE LICET. Sic supra: *quibus pro magnitudine imperii, ius et iniurias omnes curae esse decet.* Verum meus liber, *tutare licet.* Plaut. in Mercat. *Invoco vos, Lares Diales, me tutetis.* Et Naevius: *Tuos qui celsos terminos tutant.* Vide Nonium. CIACC. et URSIN. — Non abeunt ab hac scriptura MSS. Pall. *tutare* Ursini ingeniosius forsan quam verius, habemus tamen *tutare pericula* infra oratione Lepidi. GRUTER. — Pemb. *tutare*, sed nostri et Oxon. *iniurias curare*, quod me alibi haud legisse memini. Plautus huic verbo dat. adiungit Truc. I. 2. 34. in Trin. IV. 3. 50. Apuleius Gen. V. Metam. Macrob. V. 17. Graecorum more, pereleganter; potest autem Noster eo sensu accus. adhibere, quo Virgilius Georg. I. 54. curare *triumphos.* et:

— *Nec munera curat Alexis.*

Sed et Aeneid. II. 535. habes vocem *curet* pro *ulciscatur*, teste ad locum Servio, vel cum Donato pro, *quae nefaria commissa vindicet.*

*At tibi pro scelere exclamat, pro talibus ausis*
*Dii (si qua est Coelo pietas quae talia curet)*
*Persolvant grates dignas.*

Graece dixeris Θεοὶ δοῖεν αὐτοῖς ἀντίποινα ἐμοῦ παθεῖν, confer etiam Iuven. XIII. 101. Demosthenes Olymp. I. Εἴπερ ὙΠΕΡ ΣΩΤΗΡΙΑΣ αὐτῶν ΦΡΟΝΤΙΖΕΤΕ. Nam *curare iniuriam* alicuius, idem est ac moerore affici ob iniuriam, sive illam non aequis oculis aspicere. Virg.

— *Iam iam nec maxima Iuno,*
*Nec Saturnius haec oculis pater aspicit* aequis.

sic Plato Apol. Οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτου πράγματα. contra dixeris: ἠμέλητο τὰ τῶν θεῶν αὐτῷ. Demosthenes alicubi: οἷς ἐπιμελὲς ἦν κακῶς ἐμὲ ποιεῖν. Praeivit Homerus:

Ὢ πόποι, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, οὐκέτι νῶϊ
Ὀλλυμένων Δαναῶν κεκαδησόμεθ', ὑστάτιόν περ;
Οἵ κεν δὴ κακὸν οἶτον ἀναπλήσαντες ὄλωνται.

WASSE.

68 * NE QUOS PRIVATA AMICITIA IUGURTHAE, PARUM COGNITA, TRANSVERSOS AGAT. Ita locutus est supra, cum dixit: *Quae etiam mediocres viros spe praedae transversos agit.* et Cato apud Agell. VII. 3. *transversos trudere* dixit. CIACCON. et URSIN.

PRIVATA AMICITIA TRANSVERSOS AGAT. Atqui certum est, conscientiam in gratiam amici non esse laedendam. Memorabile est, quod de Pericle Plut. et Agell. lib. I. cap. 3. referunt: quum amicus eum rogaret, ut pro re causaque eius, falsum deieraret; his ad eum usum esse: *Amico se hactenus velle adesse et opitulari, sed usque ad aram.* RUPERT.

PARUM COGNITA. Planius fuerit *parum cogniti.* GRUT.

SUMMA OPE NITI. Manuscripta: *maxima ope niti.* quomodo et Badianum exemplar et Beroaldinum. RIVIUS. — Pro *summa ope niti,*

eruditi nonnulli viri legendum arbitrantur: *maxima ope nisi*. priorem lectionem in meis libris inveni, et confirmat Sallustius in initio Catilinarii: *omnis homines qui sese student praestare ceteris animalibus* etc. et in Iugurthino: *nobis ob merita sua carus, ut idem senatui populoque Romano sit, summa ope nitemur.* et: *sed ab iisdem regis fautoribus summa ope enisum.* item: *contra eos summa ope nitebatur.* et: *vos pro libertate quam ab illis accepistis, nonne summa ope nitemini.* et in oratione ad Caesarem de Republ. ordinanda: *M. Livio Druso semper consilium fuit, in tribunatu summa ope niti pro nobilitate.* C. Popma. — Neque unquam alibi occurrit *maxuma ope*. Servius IV. Aeneid. VIII. Aeneid. VIII. 24. omittit m. o. *niti*, quo in loco cave accedas Fabricio qui ex MS. legit: Cyllenius *ore locuto Mortalis*. βροτῷ ἀνδρὶ ἐοικώς. uti et lib. IX. quasi esset nominandi casus τὸ *mortalis*. Venetae Bodl. *summa*. Wasse.

In has miserias proiectus sum. Cic. antequam iret in exilium: *proiicitur Tullius in exsilium.* Ciacc.

Eadem haec simulantem. Forte *eadem sic simulantem*. Vide ad Livium libro XXVII. 7. Gronov.

Aut apud vos. Abest *aut* Ar. infra *apud Deos*, abest *apud* Ball. loco *proiectus* B. Pub. exhibet *deiectus*. *aut apud vos*, supra lineas et a secunda manu Pemb. Terent. Quod te *per hanc dextram*. vid. Gronov. in Liv. XXVII. 7. Wasse.

Aut apud Deos immortales rerum humanarum cura oriatur. Fuit haec multorum impia sententia, quum viderent bonis male, malis bene hic esse, vel nullos esse Deos, vel certe otiosos agere: de qua vide Piccart. Dec. XI. cap. 1. Rupert.

Ne ille, qui nunc sceleribus suis ferox. Reduxi quod erat in Palat. Nazariano, virilioris paulo sensus, quam alterum illud, *ut ille qui* etc. quomodo hactenus vulgati. Gruter. — Nostri servant *ut*. Wasse.

Omnibus malis excruciatus. In quibusdam additur, *ipse*. Rivius. — Sic Ball. Caeteri respuunt. Wasse.

* Iam iam frater. L. 3. *iam frater*; tam frigide, quam contra li- 60
bros, et Servium ad Aen. XII. 676. Apuleius facete παρῳδεῖ Metam. I. Iam iam *grabatule* animo meo carissime. Quintilianus Decl. III. 40. Iam iam commilito, *quicumque casus manet, etiam si te Imp. damnaturus est, habes solatium: melius est quam a patre occidi.* Virgil. Aeneid. IV.

*Num lachrimas victus dedit, aut miseratus amantem est?*
*Quae quibus anteferam?* iam iam *nec maxima Iuno,*
*Nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis.*

lib. XII.

Iam iam *fata, soror, superant: absiste morari,*
*Quo Deus et quo dura vocat Fortuna, sequamur.*

Accius Antig. Iam iam *neque Dii regunt, neque profecto Deum summus rex omnibus curat.* Valla in Eleg. perperam *carissume frater*. eum redarguit Apuleius. Wasse.

Tamen laetandum magis quam dolendum casum tuum puto. Manuscripta *quam dolendum puto casum tuum*. Rivius.

NON ENIM REGNUM, SED. Sensus: *non tam regnum quam* etc. ut recte observaverat acerrimi ingenii Theologus P. Parkerius. Codex D. Vossii ad hunc locum inserit *solum*, teste ipso ad Velleium II. 28. e nostris B. Pub. Ball. *tantum* regnum, ineleganter, λ. *acquisti*. Confer omnino Gronovium ad Senecae Troad. vs. 148. Cicero de Orat. III. *Ii tamen Reip. casus consecuti sunt, ut mihi non erepta L. Crasso a Diis Im. vita, sed donata mors esse videatur.* WASSE.

QUAE ME PREMUNT AERUMNAS. Scripti quidam libri: *quae me premunt miserias.* ut paulo ante: *cuius impio facinore in has miserias proiectus sum.* et iterum: *fratris mei necis mearumque aerumnarum graves poenas reddat.* Si quis tamen non *miserias*, sed *aerumnas* legendum existimat, habet codices quos sequatur. C. POPMA. — Haec est concors scriptura Palat. omnium, ne quis forte auscultet ad Popmae *miserias*. GRUTER.

PRAECIPITATUS. Restitui optimam lectionem, eiecta dictione *pulsus*, obsidente nuperas editiones, cuius nec ullum vestigium in primariis, non magis quam in MSS. Pall. et Bong. GRUTER. — Ar. Reg. B. Pub. L. 1. 2. 3. Mart. Ball. Bodl. γ. λ. omittunt *pulsus*. at caeteri Oxon. Venet. 1470. 1478. *praecipitatus, pulsus.* Noster infra: *quam gravis casus in servitium ex regno foret.* WASSE.

RERUM HUMANARUM SPECTACULUM. Imitatus est Paulus Apost. Corinth. IV. Vir non tantum in rebus divinis, sed et humanis quoque plurimum exercitatus: *θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ.* COLER.

EX ALIENIS OPIBUS PENDET. Manuscripta *ex opibus alienis*, ut adiectivum sequatur. RIVIUS.

NE VIVERE CONTEMTUS VIDERER. Commelin. meus prius habuit: *neu vere contemptus*, et ab emendatrice dextra, *neu vivere contemptus*. Pal. nonus, *ne vivere contentus*, quam scripturam agnoscunt etiam quidam ex Interpretibus. mihi quidem utraque obscura est. GRUTER. — Reg. B. Pub. L. 3. *ne iure contemptus*, sicque primitus Pemb. Ball. *contentus*. B. Pub. Pemb. *contemtus*. Caeteri *ne vivere contentus*. Legendum opinor, *neu vivere*. Cicero pro Quint. *Vita turpis ne morti quidem honestae locum relinquit.* Ovid. Met. III.

*— Utinam tormenta utrique*
*Moenia diruerent: ferrumque ignisque sonarent!*
*Essemus miseri sine crimine: sorsque querenda,*
*Non celanda foret:* lachrimaeque pudore carerent.

Q. Septimius IV. 13. *Viro egregio bellanti ne* honestam *quidem* mortem *aut aliter quam in obscuro oppetere licuerit.* WASSE. — Locus corru-
70 ptus. * Badius legit *contentus*, et explicat suo more. Palmerius *vixe* pro *vixisse*, nimis comice. Ego, *nec vivere contemtus viderer*, unica addita literula, qua toti sententiae medeor. Utinam, inquit, mors mea cum honestate coniuncta esset; tot iniuriis affectus mihi vitae finem facerem, nec etiam in posterum hominibus contemtus viverem, si ego stirpe regia satus, tot malis defatigatus, iniuriae cedam. Nunc quoniam neque vivere mihi libet, cum nequeam fratris mortem et iniurias meas persequi; neque mori licet sine dedecore: rogo vos, P. C., subvenite misero mihi.

Atque haec mihi loci huius sententia videtur, quam tamen modeste propono examinandam. PUTSCH. — *Neu vivere* ex veteribus nonnullis restitui, et ipso sensu. Duo optabat, unum, ut honeste mori posset, alterum, ne videretur ob ignaviam contemtus vivere, si cederet iniuriae; at illud non licebat, hoc non lubebat. G. POPMA. — Omnes codices habent *contemptus*. atque ita etiam Soldus legit, quippe qui exponat: *Contemptus, id est, neglectus, spretus.* Badius autem putat, *contentus* legendum esse. quid illum moverit, non hercle intelligo; sed admonendus erat Lector, si forte alii aliud succurrerit, quod me fugerit. Idem Badius non ita multo post, de L. Opimio, cum alii legant: *Eum Iugurtha, tametsi Romae in amicis habuerat;* ipse *in inimicis*, pro *in amicis* legit, propter illud *tamen*, quod proxime sequitur: *tamen accuratissime accepit:* et habet sane veri speciem, sed lector iudicet. GLAREAN. — Non frustra quaerunt sententiam; quamvis etiam frustra nulla enim apta subest, quae quidem cogitanti mihi se aperiat. Et de me alios iudico. Scilicet maculosum locum esse, et emendandum: *ne vixe contemtus viderer.* Si fessus malis sibi necem conscivisset Adherbal, videri poterat, contemtissimus et extremus hominum vixisse, atque eius sibi fortunae faber fuisse. Neque enim quisquam rex regium qui animum habeat, cito spes suas recuperandi regni deserit, ut eo sibi manus adferat. PALMER.

SI DEFESSUS MALIS INIURIAE CONCESSISSEM. Tolle illud *si*, tanquam ineptum carcinoma, ab ineptorum lectorum contagione inolitum, et habebis, quod Sallustius scripsit, ut indicat Freinsh. ad Curt. lib. III. cap. 12. §. 19. Vult dicere: *Utinam nunc mori, esset honeste mori, sive, qui contingeret, honestus diceretur exitus! Quis enim nunc vitam sibi velit infamem? utique lubens morte mea cederem Iugurthae violentiae omnia.* RUPERT.

NUNC NEQUE VIVERE. Exterminavi adverbium *quoniam*, quod comparet iam unam alteramque aetatem in edd. omnibus. non libens hercle, sed coactus auctoritate omnium MSS. editionumque primarum. GRUTER. — Nostri fere respuunt *quoniam*, servant quidam ex Oxoniensibus, et Crispinus. confer Antiphontem Orat. III. pag. 32. Hanov. 1619. Optatus Milevitanus: *ut beneficium de mortis compendio consequi viderentur, dum non essent digni vivere, iis nec mori concessum est.* Menander: Καλὸν τὸ θνῄσκειν οἷς ὕβριν τὸ ζῆν φέρει. Ambrosius Ep. IX. 70. *si non licuit mihi vivere sine eorum fraude, saltem liceat mori sine scelere vestro.* infra: *per vos* abest *per* L. 2. Bodl. Venetis } primitus habuit γ. alii infarciunt *obtestor*, invenuste. Infra: *ab Numidis.* Praepositio abest L. 8. pro *ob saevitiam* aliud quid fuit in Commel. nescias *seductiam* an *sosaeitiam*. γ. *sevitia* erasa inter *e* et *s* media litera. WASSE.

SINE DEDECORE, P. C. ORO VOS PER LIBEROS ATQUE P. V. Fulvii liber: *Sine dedecore, per vos, per lib.* etc. quomodo locutus alibi idem Sallustius saepius. Et Livius lib. IX. belli II. Punici: *Per vos fidemque vestram P. C. Priusquam eorum scelus expietis, neque in Italia, neque in Africa quidquam rei gesseritis.* A. MANUT. — Sic contubernium MSS. satis quidem abrupte imperitis, nisi aliquid tertiatis verbis simile, hoc loco appositissimum esset; a libris membranaceis nihil recedunt primitus

impressi, quam quod supplendae sententiae interposuerint: *sine dedecore. Patres conscripti oro vos per liberos.* satis rustice; minus forsan insubide fingi potuisset: *sine dedecore. Quare P. C. per vos.* ut *quare* periisset ob soni adfinitatem, quae ei cum postremis elementis verbi *dedecore*. Grut.

Oro vos per liberos atque parentes vestros. In manuscriptis non est *oro*, neque in Beroaldino,* sed tantummodo *per vos, per liberos* etc. quae lectio haud dubium quin melior sit. nec aliter fere Livius IX. secundi belli Punici: *Quibus per vos fidemque vestram P. C. prius quam eorum scelus expietis, neque in Italia, neque in Africa quidquam rei gesseritis.* Rivius.

## CAP. XVIII.

Legatis Iugurthae largitione magis quam caussa freti. Melius *legati*, casu nominativo; id operarum est incuria commissum. Rivius.

Ob saevitiam suam. Aliud quid initio fuit in Com. nescias *seductiam*, an *saevitiam*. Grut.

A Numidis interfectum. Codex Fabricianus, *ob Numidis*. Rivius.

Quod iniuriam facere nequisset. Exprimit hunc affectum Virgilius Eclogæ III.

*Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.*

Rupert.

Ne se alium. *Ne alium* B. Pub. Capitolinus Max. IV. *petiitque ut quod animo eius iudicii circa se habuerat, ipse haberet.* Sempronius Asellio Er. XCII. *facta sua spectare oportere, non dicta, si minus facundiosa essent.* Noster: *Quid* etc. *enumerem? quando res plus valent quam verba.* Iugurth. LXXXVIII. *Quae illi literis, ea ego militando didici: nunc vos existumate, facta an dicta pluris sint.* Appianus pag. 307. *Σωφρόνων δ' ἐστὶ μὴ περιμένειν ὅτι πολεμεῖν ὑμῖν ὁμολογήσει, ἀλλ' ἐς τὰ ἜΡΓΑ αὐτοῦ μᾶλλον ἢ τοὺς ΛΟΓΟΥΣ ἀφορᾷν.* Wasse.

Magna pars. Sic etiam e nostris MSS. Naz. nam alii adtexunt *pars senatus gratia.* quod esse a glossa res ipsa loquitur. Gruter. — Retinent vocem *Senatus* Pemb. γ. λ. Bodl. Mart. Venetae. *depravatus* λελωβημένος. usi eo Terent. Cicero, Seneca, Hirtius I. 17. Sulpicius Hist. I. 18. Eutropius de Commodo: *Luxuria et obscoenitate depravatus.* Metaphrastes διαφθειρόμενος. Wasse.

Extollere laudibus: gratia; voce etc. Revocavi positurum MSS. codd. et antiquitus eorum; absque eis fuisset, haerere possemus, an non etiam distinguendum: *extollere: laudibus, gratia, voce denique* etc. Gruter.

Voce. Vel acclamatione, vel interpretatione. Speculum nostrorum temporum, quibus plerumque obtinet illud vulgatum:

*Sit bonus interpres, nunquam mala facta nocebunt.*
*Sit malus interpres, nunquam bona facta iuvabunt.*

Rupert.

Sua quasi pro gloria nitebatur. In manuscriptis atque item

impressis vetustioribus, *nitebantur*, numero plurali. id rectius esse puto. Rivius. — *Sua* eliminat mala manus ex Pemb. Arond. emittit *pro*. Ciceronem sequi videtur, qui in Quint. §. 2. *quod eorum gratia et potentia factum est*, qui, quasi sua res aut honos *agatur*, *ita diligenter S. Naevii* etc. Wass.

* Subveniendum Atherbali. Manuscriptum, *subveniundum*. Iam constat ita fere antiquos loqui solitos, ut in gerundiis loco *e*, vocalem *u* frequenter ponerent: id quod passim in fabulis Terentii Plautique occurrit, sic apud Iureconsultos *familiae herciscundae*, *finium regundorum*, *communi dividundo*, pro *herciscendae*, *regendorum*, *dividendo*. Annotavit hoc I. libro Priscianus: quamquam autem is hoc fieri dicat in his verbis, quae a tertia coniugatione nascantur, tamen in quarta etiam fieri constat, nec est Priscianus male locutus: nam apud veteres una eademque coniugatio erat tertia et quarta; id quod vel e Donati methodo liquet, nam is solum treis coniugationes posuit; ut omittam Probum, Diomedem, Victorinum, Servium, qui idem faciunt. Quartam ipsi tertiam productam vocant, cuius et Phocas meminit. Rivius.

Severe vindicandam. Nonnulli codices, *dire vindicandam*. Sed nos priorem lectionem sequemur, quam plurima exemplaria comprobent. C. Popma. — Mirum mihi in nonnullis aliorum libris repertum, *dire vindicandam*; cuius vocis vestigium nullum in Pall. nostris. Gruter. — Nostri *severe*. Nescio an scripserit auctor *severiter*. Apuleius Met. III. Severiter *vindicare*. quo usi Ennius, Titinnius, alii. Wass.

Aemilius Scaurus, homo nobilis. Hic, ut puto, pater est eius Scauri, cuius Aedilitas celebratur a scriptoribus, et in eius denario describitur, cum titulo: M. SCAUR. AED. CUR. In quo item denario, eiusdem sub Pompeio Magno Pro-Quaestura, et in Syria Praefectura, et gesta contra Aretam regem Arabum expressa sunt. Ursin.

Videt Regis. Haec absunt Nonio pag. 309. at MSS. omnes retinent. Supra: *vitia sua*. D. Hieronymus Ep. 46. *Nec tu tam callidus eras, ut prudenter tua vitia celares*. Wass.

Famosam impaudentemque. Lege *impudentemque*. Affinitas verborum locum errori fecit. est autem in manuscriptis *videt*, tempore praesenti; contra quam Gymnicus habet, Rivius. — Sic et vetus editio, MSS. nostri, quod pronuncio, quia video Rivium hoc laborare. Grut.

Veritus, quod in tali re fieri solet. Τὸ *fieri* non est in aliis; ac si quid ego indico, maiore cum gratia abesse poterit; nec in manuscriptis voluminibus reperi. Sed et alibi Sallustius: *Simulque id quod in tali re solet, alii portenta atque prodigia nuntiabant*. Deest *fieri*. Rivius. — *In tali re* exclusisset Lacedaemonicae eloquentiae orator, tanquam supervacuum. Gruter.

Ne polluta licentia. Forte: *polluti* et *accenderent*. *Ne polluti* scilicet ea largitione *accenderent invidiam* maiorem sibi, et graviorem facerent, *licentia*, quod nimis manifesti essent. Oronatius.

Animum a consueta lubidine continuit. Vide notam ad Flori lib. III. cap. 1. §. 5. Rupert.

## CAP. XIX.

QUAE VERO. L. 8. omittit *quae.* Sed MSS. et Nonius pag. 363. retinent. Livius XLII. 47. Vicit tamen ea pars Senatus, *cui potior uti-*
73 *lis quam honesti * cura erat.* XXI. 4. *Pauci ac ferme optimus quisque, Hannoni assentiebantur: sed, ut plerumque fit,* maior pars meliorem vicit. WASSE.

CUIUS LEGATIONIS PRINCEPS FUIT L. OPIMIUS HOMO CLARUS ET TUM IN SENATU POLLENS. Ita rectum est, non, ut per omnes libros propagatum, *potens:* et ei rei argumentum est optimus codex Thoanus. *Quia Consul C. Graccho, et M. Fulvio Flacco interfectis, acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat, tum Iugurtha, tametsi Romae in amicis habuerat, tamen* curatissime *accepit.* Notatum id a librario ad oram vetusti codicis: nec me poenitet meae olim sententiae, resipisco, qui Tacitum in eodem verbo meminerim: *Maiores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis, pro fortuna quae tum erat: eoque a Tuscis accitos histriones, a Thuriis equorum certamina, et possessa Achaia Asiaque ludos* curatius *editos.* PALM.

L. OPIMIUS. De hoc Cicero I. invectiv., pro Sestio, in Pisonem, in Bruto, de Legibus. COLER.

SENATU POTENS. Solus Thoanus *pollens.* vide nos ad cap. XXXII. WASSE.

QUI, COSS. C. GRACCHO ET M. FULVIO INTERFECTIS, ACERRIME VINDICTAM etc. Omnes fere vulgati impressique codices: *Quia Consul C. Graccho et M. Fulvio interfectis, acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat,* habent. [Reg. *M. Fulv. Flacco,* et Bodl. Marckii γ. B. Pub. W.] Ego hanc scripturam, quam in antiquis libris inveni, elegantiorem verioremque arbitror. Cum enim C. Gracchus tribunus plebis, legem agrariam tulisset, eaque post tribunatum abrogaretur, cum Fulvio Flacco, vi sceleratorum hominum corroborata, Aventinum occupavit: quos tamen L. Opimius Consul, ex senatus decreto, quo cautum erat, ne quid resp. detrimenti caperet, immissis sagittariis oppressit. Neque Opimio auctores seditionis necasse satis fuit, sed et tria millia hominum interfecit. quare a Q. Decio in iudicium vocatus, defendente Carbone, senatus eum periculo liberavit. Tandem a Iugurtha magnitudine pecuniae a bono honestoque in pravum abstractus, reus Manlianae rogationis factus, eiectus est a patria. Cicero invectiva prima in Catilinam: *Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius videret, ne quid Respublica detrimenti caperet: nox nulla intercessit; interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre natus, avis, maioribus: occisus est cum liberis M. Fulvius Consularis.* Pro Sestio: *Unus in hac civitate, quem quidem ego possum dicere, praeclare vir de Republica meritus, L. Opimius, indignissime concidit, cuius monumentum celeberrimum est in foro, sepulchrum desertissimum in litore Dyrrachino relictum est: atque hunc tamen, flagrantem invidia propter interitum C. Gracchi, semper ipse Populus Romanus periculo liberavit; alia quaedam civem egregium*

*iniqui iudicii procella pervenit.* Et in Pisonem: *L. Opimius eiectus est a patria, is, qui praetor et consul a maximis Rempublicam periculis liberarat, non in eo, cui facta est iniuria, sed in iis qui fecerunt, sceleris ac conscientiae poena remansit.* Vide eundem in Bruto et de Legibus. C. Popma.

Quia Consul etc. Ita etiam initio Naz. tantoque introduxi lubentius, quod id offendisset item in suis Popma. Gruter. — Forte aptius *qui*, iudice Freinsh. ad Flori III. cap. 15. §. 5. lit. E. Rupert.

Acerrime victoriam. Et huius loci restituti gratia minime poenitet excussisse pulverem librorum pergameneorum; iam enim seculum est, quod legebatur, *acerrime vindictam nobilitatis*, omnino contra mentem auctoris, quam praeter MSS. adhuc conservarunt typis excusi annos sexaginta. Gruterus. — Vide Plutarchum in Graecho pag. 843. de Opimio Lucil. Sat. XI. lib.

*Quintus* Opimius *ille* Iugurthini pater huius.

et sane Lucilius B. Numant. claruit. Mart. Venetae, Marckii γ. λ. Pemb. Arond. Ball. Bodl. *victoriam*, uti et L. 1. 2. 3. fuit etiam primitus in Pemb. *Consul.* postea factum *Consulibus.* et sic etiam in Marckii λ. Ball. et Bodl. habent *Coss.* nescio tamen an a manu prima. *Victoriam exercere:* Noster in Catilin. ad hanc formam Cic. VII. Verrin. crudelitatem insatiabilem *exercere non solum in vivo, sed etiam in mortuo. inimicitias* Liv. *iras* Ovidius. Wass. — Opes ait in senatu habuisse hoc ob ipsum, quod saevitia et ira implacabili in Gracchanos * promeruisset, 74
ut unicus defensor eius ordinis existimaretur: ideo omnes nobiles et locupletes illum aspectasse, secutos, coluisse, ut propugnatorem senatus maiestatisque vindicem suae, quod de Appio Livius. Non igitur forte aptius, *qui consul*, quam *quia*, ut visum viro docto. Gronevius.

Tametsi Romae in amicis habuerat etc. Meus Commelin. initio aperte habuit, *in inimicis*, aut tale quid, et ita etiam invenitur fere in editionibus aliquot, nempe, *Romae inimicum*, a quibus nihil divertit Pal. sept. nisi quod in *Romae inimicos.* Sed nihil novare placet, neque permittit ratio. Gruterus. — Leg. *inimicum*, ut habent, teste Grutero, aliquot editiones, i. e. non faventem suae parti. Gronov.

Tamen accuratissime accepit. Manuscripta cuncta *recepit.* rectene an secus, aliorum esto iudicium. quamquam cum his et Beroaldinum facit. Rivius. — Non est quod dubitet stare pro hac lectione Rivius, propugnantibus eam etiam Pall. nostris. Gruter. — Ex meis solus Ball. et B. Pub. *accepit.* Wass.

Uti famae, fidei, postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. Non culpo Carrionem, cuius habet editio, *uti fama, fide, postremo* etc. nam et sic quoque praefert Nazar. item a calamo primo Commelin. adeo ut sic videatur emendandum; nisi forte fuit, *famae fide* etc. Gruter. — *Fama, fide* B. Pub. Pemb. verum Ar. Mart. exemplaria Venet. γ. λ. *fidei.* pro *pollicendo* γ. *pollicitando.* Assentior Grutero *famae* reponenti, nam *fide* hoc in loco ἀρχαϊκῶς pro *fidei.* Sic Noster Fr. *Dubitavit* acie *pars.* Horat. I. Sat. III. 95.

— *Prodiderunt commissa fide.*

Plautus Aulul. IV. 6.

*Fide censebam maximam multo fidem esse.*

Ovid. Metamorph. III. 431:

*Prima* fide *vocisque ratae tentamina sumsit*
*Caerula Liriope.*

Crispinus quidem, cui latuit prisca inflexio, reponit *Prima fidem*, versumque ita interpretatur: *prima tentavit fidem vocis certae.* ut sit ordo: *sumsit fidem vocis rataeque tentamina.* O Iupiter tantam esse in animo inscitiam! Tu Lector ὀβέλιζε. Idem VI. Fast.

*Utque* fide *pignus dextras utrinsque poposcit.*

Wasse. — Vide notam ad Catilinarii cap. X. §. 3. Rupert.

In divisione regni, quae pars Numidiae. *Tò regni* manuscripta non habent et ex glossa forte irrepsit. Rivius.

Agris virisque opulentior. Manuscripta quidem, *agro virisque*, quomodo et in impressis quibusdam est, et in ipso Merseburgensi. Rivius.

Quam usu. Naz. noster principio habuit *usui*, vel certe *usus*, extrita enim scalpello litera postrema. Gruter. — Nostri omnes *usu*. Wasse.

Magnis exornata. Ex scriptis tribus legend. *magis exornata.* quod vel antecedens *portuosior* ostendit. Putsch.

75 Africae situm paucis exponere etc. Voces * duae ultimae oculis meis occurrunt, tanquam adfictae essent a commentatoribus; utique cum deinde sequatur, *caetera quam paucissimis absolvam.* Gruter. — Libri retinent, quibus etiam adstipulatur Apuleius Miles. IV. qui hue respexit: Res *ac tempus ipsum, locorum ac speluncae illius descriptionem* exponere *flagitant.* et IX. Res ipsa *mihi* poscere videtur, *ut huius quoque servitii mei disciplinam* exponam. Infra: *attingere.* solus B. Pab. *attinere*, nam γ. habet quidem a manu prima sed correctrice. Certe vox οὐ πονηροῦ κόμματος. Quidni enim *attinere* pro *attingere*, ut *pertinere* pro *pertingere*, de quo adeas Gronovium ad Livii XXV. 24. et Cl. Davisium ad Caesarem. Glossae: *attineo, προσήκω.* Infra pro *item solitudines* Ball. L. 2. Venetae *inter.* male. Wasse.

Et eas gentes, quibuscum nobis bellum. Legendum ex vetustis, *genteis.* Rivius.

Sed quae loca et nationes, ob calorem et asperitatem, item ob solitudines minus frequentata sunt. In manuscriptis atque aliis vetustioribus est omissa praepositio, *item solitudines.* id rectius esse puto. Rivius. — *Loca*, *nationes.* Bodl. Wasse.

De iis haud facile compertum narraverim. Ut solent, qui de peregrinis nationibus in lucem eunt; quosque maiori plausu nonnunquam excipimus, quam Veritati, totius Prudentiae et Sapientiae principio, litantes. Nam *mens nostra sua natura infinita, atque ideo, quod ad potentiam attinet, aliena appetit, et quod spectat ad intellectionem, etiam e*

*falsis hic monstrorum picturis capit voluptatem:* ut scribit Iul. Scal. Exerc. 107. Sect. XI. RUPERT. — Non acquiescit animus huic clausulae, ob dissidentes scripturas membranarum. Commel. enim praefert: *compertum, haud narraverim, cetera.* Palat. quart. *compertum quam paucissimis* etc. Pal. undec. *facile haud compertum narraverim.* an fuit, *de iis haud facile compertum: cetera* etc. GRUTER. — Nostri cum vulgata. sed Priscianus pag. 1008. caetera *h. f. c. n.* et sic 8 Codd. eius MSS. WASSE.

## CAP. XX.

IN PARTE TERTIA. Commelin. *in partem tertiam.* GRUTER. — Nostri et Valla IV. 90. vulgatam servant. Commeliniani Codicis scripturam tuetur Augustinus de Civ. D. XVI. 17. nec sane inelegans est. Pro *posuere* Pemb. et in marg. et recentiore manu *dixere*, ex interprete. *Ponere* enim est *scribere.* Horat.

*Scriptor honoratum si forte* reponit Achillem.

Cicero ad Brutum: Ponam *in extremo quod sentio.* Ovid. IV. Pont. 8.

*Conquerar, an taceam? ponam sine nomine crimen.*

Cic. I. Verr. *Malo in aliorum spe relinquere, quam in* oratione *mea* ponere. Voces *sed Africam in Europa* in L. 8. non comparent. Codices tamen retinent, idque recte. P. Paullinus apud Ausonium Ep. XIX. 11.

*Europamque Asiamque, duo vel maxima terrae*
*Membra, quibus* Libyam *dubie* Sallustius *addit*
Europae adiunctam: *possit quum tertia dici.*

Idem probat orationis contextus: *ea finis habet*, Africa scilicet. atque ita in suo libro invenit Interpres vetus ad Prisciani Perieg. teste, in Adversariorum ingenti opere, Barthio XI. 25. Confer Aethicum pag. 51. 62. qui fere sua minima maxima, a pag. 51. ad finem, ab Orosio habuit, a quo etiam passim emendari potest. Adde Polybium III. pag. 205. Ciceronem pro Rosc. Amer. §. 36. Favet etiam Lucanus IX. 411.

*Tertia pars rerum Libyae, si credere famae*
*Cuncta velis; at si ventos coelumque sequaris,*
Pars *erit* Europae.

Augustinus de Civ. Dei XVI. 17. *quae universa Asia nuncupatur; quam quidem in alteram duarum, plerique autem* in tertiam *totius orbis* partem posuerunt. Nostrum sequitur Iornandes pag. 114. Caeterum * inter 78
paucos illos, qui Orbem bifariam dividunt, Isocratem numeres; ita ille in Paneg. *Τῆς γὰρ γῆς ἁπάσης τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ ΔΙΧΑ τετμημένης, καὶ τῆς μὲν Ἀσίας, τῆς δὲ Εὐρώπης καλουμένης.* Eique comitem adiungas licet Varronem de Ling. Lat. pag. 13. WASSE.

ASIAM ET EUROPAM. Ad hunc locum quaedam apud Turneb. lib. XX. cap. 29. Mihi videtur, veteres propterea duas tantum parteis orbis fecisse, quia dimidium orbem sola Asia, et dimidium Europa et Africa teneret. Itaque Asiam et Europam coniunctam a veteribus poëtis Graecis et Latinis saepe pro orbe usurpari existimo. COLER.

Sed Africam in Europa. De qua sententia plura Barth. XL. Advers. 25. Rupert.

Ea fines habet ab occidente fretum nostri maris et Oceani. *Fretum Herculeum* intelligit, quod vocat *Fretum nostri maris et Oceani*; quod inter nostrum mare et Oceanum est. Propius ad Geographicam veritatem dixisset: *Ea fineis habet ab occidente fretum nostri maris et Oceani.* Verum hic auctor, quemadmodum et Livius, parum pensi haec habuit. C. autem Caesar apud Latinos, et Herodotus apud Graecos haudquaquam haec neglexissent. *Catabathmon* vero Africae limitem ab ortu solis vetuste scilicet ponit, cum quidam etiam Nilum, quos Ptolemaeus recte reprehendit lib. II. cap. 50. Haec autem verba: *Mare saevum et importuosum, et ager frugum fertilis* etc. de tota *Africa*, non de *Catabathmo* intelligenda. Verum hoc quoque lectori considerandum; qui sensu ad finem huius descriptiunculae, antequam narret, qui mortales initio Africam habuerint, subnectat: *ad hoc malefici generis plurima animalia:* sitne *adhaec* pro *praeterea* positum, ut saepe alias, an *ad hoc*, id est, ut homines non veniant ad extremam senectutem. Glar.

Fretum nostri maris. Hoc est, Plinio teste III. 5., fretum Herculeum. vide Apuleium de Mundo pag. 391. Eoque modo opponit Oceano, quo eidem Mediterraneum mare Polybius III. 265. Ἀ διατείνει κατὰ τὸ συνεχὲς, ἀπὸ τῆς ΚΑΘ' ἩΜΑΣ θαλάττης, ἕως εἰς ΤΗΣ ἘΚΤΟΣ. quid vero sit *fretum nostri maris* explicat Mela I. 1. *Id omne qua venit, quaque dispergitur uno vocabulo* nostrum mare *dicitur.* Angustias *introitumque venientis, nos* fretum, *Graeci* πορθμὸν *appellant.* Nostrâtes *Frith* sive *Forth*, ne quos offendant *fretum maris*, quia poëtis utrumque idem denotat. Et tamen illi quandoque, *Oceani freta.* et: fervet *fretis* spirantibus *aequor.* maris aequor. Noster autem proprie loquitur. *Oceani* absolute et sine voce *maris*, quod fere addunt Caesar, Cicero, Victor aliique. Iuvenalis XI. 3. Litore *ab* Oceani *Gallis venientibus.* Codd. *Divei.* Pemb. et optimus Budensis Amstelod. et Susianus *Oceano,* bene. ibi Scholiastes in Ed. Amstelod. 1684. *Officium sacerdotis et Aruspicis dii fecerunt, sacerdotum more fugientibus.* Henniniana, *sacerdotibus timore fugientibus.* si a libris, nihil moveo, sin minus, lege mecum *fungentibus*; nam timor sacerdotum et aruspicum nihili est. Wasse.

Declivem latitudinem. Legerem *altitudinem.* Mela lib. I. cap. 8. *Catabathmos vallis devexa in Aegyptum, finit Africam.* Ciaccon. et Ursin. — Ciacconius, me volente, legit *altitudinem.* Est enim καταβαθμός, κατάβασις. Pompon. Mela lib. I. cap. 8. *Catabathmos vallis devexa in Aegyptum, finit Africam.* Plinius lib. V. cap. 5. Coler. — Nullam exputo rationem, cur tot inveniantur, quibus adblandiatur *altitudinem*, cum eis obstet et vox Graecanica sequens, et adiectivum *declivem.* imo et locus Melae quem adducunt stabiliendae coniecturae, contra ipsos facit. Gruter. — Ciaccon. volente Colero, et Is. Vossio, legit *altitudinem*; idque, quia *vallem devexam* vocat Mela et quia καταβαθμὸς est κατάβασις. Huic coniecturae, inquit Gruterus, obstat vox Graecanica, adiectivum *declivem*, et locus Melae quem adducunt.

At ille lectionem stramineam plumbeis argumentis impugnat. Nam nec vim vocis *altitudo* capit, cui certe non obstat *καταβαθμός*. Vide nos ad Fragment. Hist. Vett. cap. 121. [pag. 362. Haverc.] et Plinium N. H. XXII. 45. Cicero de Nat. D. II. concavae altitudines *speluncarum*. Acclivis ergo, sursum altus; declivis, deorsum altus. *devexum* Glossae recte *κατωφερές*, hoc est, *καταῤῥεπές*, deorsum vergens, et respondit τῷ ἀνάῤῥοπος. Plin. IV. 8. *leniter* convexis iugis. III. 25. *iuga* molli devexitate *considunt*. Iam, cur vox *devexa* monti convenit, *altitudini* non conveniat, nullus video: praesertim, cum quod ipsi Pomponio *devexa*, id Plinio sit *repente convexa*, quo non tam leute se demittens clivus, quam pronum et abruptum denotatur, ut ex eiusdem VI. 11. patet: *Portae Caucasiae, ingens naturae opus* montibus interruptis * repente 77 etc. Porro *altitudo devexa* aeque commode dici possit atque *altitudo praerupta*, quomodo locutus in lib. de B. Africano Hirtius: *Erat convallis satis magna latitudine*, altitudine praerupta. Verum enim vero, quo minus in Ciacconii sententiam transeam, faciunt omnes MSS. (excepto Codice Ball. qui *altitudinem*) et Valla de Eleg. III. 19. qui illud alterum retinent. Sed *latitudinem declivem* pro fine regionis durum est fortasse? sit sane, dummodo sic loquantur Auctores. Nempe *latitudo* non tantum pro cuiuslibet rei spatio sumitur, sed etiam pro re ipsa in latum extensa, et pro *magnitudine* simpliciter. Plin. Nat. IV. 12. eo sensu quo Noster: *A Cimmerio vero oppido trans fretum sito Mil. M. D. Pass.* Haec ibi latitudo *Asiam ab Europa* separat, hoc est, *mare Mil. M. D. Pass. latum*. Sequitur Solinus cap. XII. *Atque omnis* haec latitudo *quae Europam Asiamque* dividit, *in septem stadiorum angustias stringitur*. Plinius iterum II. 26. Perinthus latitudine ducentorum passuum *continenti adnexa*. Cicero de Leg. Agrar. II. 26. *Qui* latitudinem possessionum *tueri non possunt*. Sed vallis naturae minus conveniunt *latitudo* et *καταβαθμός*? imo vero maxume. Nam et ipsa Africa qua Nilum attingit, latissima est. Mela I. 1. Deinde a Catabathmo *magno continuus est in Aegyptum descensus. Utque inde*, inquit Mela, hoc est a Nilo, *procedit, ita media praecipue in iuga exsurgens, pergit* incurva *ad occasum*. Et, si pleraque suae regionis nomina Cyrenensibus accepta referri debeant, si haec vallis in Aegyptum devexa non fuisset, potius ἀναβαθμὸν vocassent, quod Vossio observatum. Rem extra controversiam ponit Dionysius:

> Ἄγχι δὲ Μαρμαρίδαι ΠΡΟΝΕΝΕΥΚΟΤΕΣ Αἰγύπτοιο.

Prisciano interprete:

> *Marmaridae post hos Aegypti ad flumina* vergunt.

Hinc *Catabathmus*, quod pro voce Punica habuit Soldus, haud ita inepte a Solino vocatur *Aegyptium limen*; totam enim illam regionem significat, quae descensum ipsum et *Alexandriam* interiacet. Strabo XVII. pag. 838. *Μετὰ δὲ μέγαν λιμένα, ἄλλος λιμὴν Φυκοῦς, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν Τετραπύργιον. Τὸ δὲ λοιπὸν μέχρι Παραιτονίου, κἀκεῖθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καλεῖται δὲ ὁ τόπος καταβαθμός.* Vox *incolae* abest Regio, retinet Orosius. WASSE.

QUEM LOCUM CATABATHMUM INCOLAE APPELLANT. M. Antonius

Sabellicus in caput Plinii quintum lib. V. mendose plerosque cum in Plinio, tum in hoc etiam Sallustii loco, *Catabathmum* legere, in eoque insigniter illos errare censet. ipse *Catabathynon* legit, si Dis placet: verum Sabellicum, virum alioqui longe doctissimum, et de republ. litteraria prolixe meritum, vehementer hic hallucinatum esse cum res ipsa indicat, tum Hermolaus pluribus ostendit, qui et secum facere testatur Plinium, Strabonem, Pomponium, Diodorum, Eustathium, Stephanum, Dionysium, Martianum, Antoninum, Solinum; dicitur autem *καταβαθμὸς ἀπὸ τοῦ καταβαίνειν*, quod est, *descendere*; ut iure eos rideas, qui vocem esse Punicam adnotarunt. Rivius.

Mare saevum, importuosum. *Tò et* non est in manuscriptis, nec impressis vetustioribus. Rivius. — Nec habet antiquus Fulvii liber. Servius tamen haec recitans in Virg. Aen. lib. I. copulam addit. *Manutius* legit, *id est, imp.* Wasse.

Ager frugum fertilis, bonus pecori. Citatur a Servio I. Aeneid. ex Sallust. *frugum, pabuli laetus ager.* Tacit. de morib. Germ. *frugiferarum arborum impatiens, pecorum foecunda.* Ciacc. et Ursin. — Ne hic quidem copula additur in manuscriptis; in duobus *frugum sterilis* legitur, sed perperam. Rivius.

Arboribus infoecundus. MSS. *arbori.* Rivius. — Sic fere nostri, Venetae et *γ. arboribus*, ineleganter. Columella II. 2. Arboribus *altitudo quatuor pedum abunde est.* Codex Ar. *arboris.* Legendum *arbori.* Tertullian. de Pal. XIV. *Non illae in* pecore *divitiae.* Lucanus IX. 697. *foecundaque* nulli *Arva* bono. Caiensis male: *nullis bonis.* Isidorus XIV. 4. *Regio* vero *fortis et solida.* sed MSS. Breuli et nostri, *regio* viro *fortis et sola laeta.* recte. Orosius I. 2. quem in hoc capite sequitur,
78 *Mevania spatio non parva,* solo commoda. * Pomponius II. 1. *Nec Coelo* laeta *nec* solo. Apuleius Flor. II. *Ager frumento piger, aratro irritus,* foecundior oliveto. Tacitus de Mor. Germ. *frugiferarum arborum impatiens,* pecori foecunda. Hegesippus III. 36. malit *fructibus* infoecunda. Wasse.

Coelo terraque. Servius ad Aen. I. et L. 3. copulam omittunt. Curtius IV. *Terra coeloque aquarum penuria est.* interpretatur Mela I. 4. *ob sitim coeli terrarumque.* sitis in hac re eleganter. Ovid. Met.

*Quaeque sitim tulerant, stagnata paludibus hument.*

Lucan. IX.

*— Sed et haec non fontibus ullis*
*Solvitur: Arctoos raris Aquilonibus imbres*
*Accipit et nostris reficit suo rura serenis.*

Confer Solinum cap. 38. Badiana et Ball. *Coeli terraeque.* aliter caeteri. et Servius ad Aen. I. 26. Palmerius *a bestiis.* Nostri elegantius omittunt praepositionem. De hac regione Sulpicius Dial. I. 3. *Non quod ibi vis imbrium ulla timeatur* [fuisse autem illic pluviam ne quando quidem auditum est]. Nescio cur uncinis includantur haec verba, cum ea agnoscant exoletae vetustatis membranae, quae in Bibl. Aulae Trin. Cantab. servantur. *ne quando* valet *μήποτε, ne forte,* et in hac sententia habere locum nequit. quid tum postea? scribatur *ne fando,* ad exemplum

Plauti: *Quae neque fieri Possunt*, neque fando *umquam accepit quisquam*, *profers Carnufex.* et Ciceronis pro Quint. *Verum ante hoc tempus* ne fando quidem audita. Infra *et Libyes* non habent Ball. aut Venet. 1470. pro *paucissimis* Reg. *paucissime*. WASSE.

CAELO TERRAQUE PENURIA AQUARUM. Servius haec recitans in Virg. Aen. lib. I. copulam omittit. A. MANUT. — Q. Curtius lib. IV. *Terra caeloque aquarum penuria est.* CIACCON. — Exscripsit hunc locum Curt. lib. IV. cap. 7. §. 6. ubi Freinshemium vide. RUPERT.

GENUS HOMINUM. Verba: *genus hominum* etc. *interiere* citat Valla Eleg. IV. 88. 89. Venetae, Ball. γ. L. 2. 3. *in initio.* male. Tacitus Agric. II. *Caeterum Britanniam* qui mortales initio *coluerint, indigenae an advecti, ut inter barbaros, parum compertum.* WASSE.

PLEROSQUE SENECTUS DISSOLVIT. Cato *Numidas vivaces* vocavit apud Festum. COLER.

AD HOC MALEFICI. Non videntur haec apte posita, mallem adhaererent supra illis, *penuria aquarum*, *ad hoc malefici*, nisi potius velimus aliunde ab docto aliquo invecta, ut confirmaret a bestiis ibidem homini periculum: quod strenue suspicor, eo quidem magis, quod post isthaec erasae sunt in Nazariano literae minimum duodecim, quibus forte indicabatur nomen auctoris, unde haec sententia desumta. GRUTER. — De hac transpositione egit Cl. Perizonius in notis ad Sanctium. WASSE.

DIVERSUM EST. Verbum *est* non habet V. C. et fortasse illud *plerosque* in *plerumque* mutandum est. URSIN. — *Plerosq. obt.* MSS. omnes, quod significare libet, quoniam locum istum laudo ad Epistolam Sallustii, quae incipit: *Populus Romanus antea obtinebat, regna atque imperia fortunam dono dare.* ibi enim libenter legi cuperem: *Populum Romanum antea obtinebat* etc. GRUTER. — Vide nos ad locum. WASSE.

INTERPRETATUM NOBIS EST. *Interpretatum* passive usurpavit; nam ea deponentia olim erant communia, ut apud Graecos sunt *μέσα* auctore Prisciano. et *utique* duae sunt dictiones, pro *et uti*, id est, *et quemadmodum.* Gothi codex habebat, *utque*: quod placet, propter vitandam ambiguitatem. GLAREAN. — Reg. omittit *nobis.* B. Pub. et Pemb. *e. n.* sed *nobis* ex 2. manu Pemb. * at L. 2. *putant Hiemp.* vox *regis* 79
in Bodleiano non habetur. Glareani *utque* non placet. MSS. omnes *utique rem sese* habere, nec aliter Probus pag. 1422. WASSE.

CETERUM FIDES EIUS REI PENES AUCTORES ERIT. Minime desideret brevitatis amans, *eius rei.* GRUTER.

## CAP. XXI.

AFRICAM IN INITIO HABUERE. Manuscripta, *initio habuere*, praepositione omissa, quomodo paulo ante: *Sed qui mortales initio Africam habuerint.* RIVIUS.

ASPERI INCULTIQUE. Scholiasta Iuven. ined. Sat. V. 53. *asperi et inculti.* contra omnes MSS. eosque firmantem Pomponium III. 3. *victu ita* asperi incultique, *ut crudu etiam carne vescantur.* Lucanus IX. Inculti *Garamantes habent.* WASSE.

Caro ferina. Recte *caro.* sic Ammian. XIV. 4. *Victus universis caro ferina est, lactisque abundans copia.* caeterum *pabulum* proprie pecudum. at hic pro *cibo humano.* sic Tertullian. Apol. cap. VIII. de Ieiun. XI. Wasse.

Humi pabulum, uti pecoribus. Voces *uti pecoribus*, alienas existimo: nam Mela, qui hunc locum aemulatus est, *Humi*, inquit, *quies, epulaeque capiuntur, cibus est caro plurimum ferina.* Et infra: *ubi dies deficit, ibi noctem agunt.* Ciacc.

Vagi, palantes qua nox coegerat, sedes habebant. Codices in membrana descripti praeter unum *quas nox coegerat*, ut subaudias *habere.* hoc est, ubicumque nox eos oppresserat, ibi commorabantur, cum alioqui sedem stabilem et domicilium certum non haberent. Exemplar a Pincio Venetiis excusum, ut et alia pleraque, *quo nox coegerat.* quomodo fere a doctis citatur. pro, quem in locum nox compulerat, ibi manebant. Rivius. — Lege ex scriptis *qua.* et infra: *ea vero consueti.* et postea: *ea paullum process.* dein: *eadem regreditur.* Putsch.

Qua nox coegerat. Ita MS. Rittershusii, non *quas.* Sic Oppianus de Leone III. *Κυν.*

*Εὕδει δ' ἔνθα κίχησιν ὑπείροχος ἑσπερίη νύξ.*

Coler.

Quas nox coegerat. Lege ex scriptis, *qua nox coegerat.* Mendosum et hoc apud Sulpitium Severum, Dialog. de Virt. Monach. Orient. *Vivunt herbarum radicibus, nullo unquam certo loco consistunt, ne ab hominibus frequententur, quas nox coegerit sedes habent.* Ibidem: *qua nox* etc. Ex iisdem infra: *Ea vero consueti Numidarum equi*, pro vulgato, *eo vero.* Post multa: *Nam cum ea paullum processerant.* vulgati, *cum eae:* qui superiora legit, facile colligit sententiam. Infra: *eadem regreditur, non temere uti escenderat*, vulgo, *eodem.* Male. Vide veterem Scholiasten Horatii, Festum Pompeium, Isidorum in Originibus. Paulo post: *Urbes in ora maritima condidere, eacque brevi multum auctae.* leg. *eaque.* quod et alii monuerunt. Putsch. — Lectio olim edita *qua nox*, quod item probare possem sustentatum Palat. aliquot quasi tibicinibus, nisi eaedem essent aetatis recentioris. Commelin. enim meus diserte habet scripturam priorem, ac fuisse item in optimo Naz. indicat rasura; quid, quod totidem literis isthaec expressit Sulpicius Severus Dialogo prim. de Virtutibus Monach. Orient. sectione XI. Interpretatio loci petenda a Rivio. Gruter. — *Qua* Bod. L. 2. Mart. B. Pub. *quam.* sed L. 3. Venet. 1478. *quo.* Pemb. γ. λ. et caeteri *quas.* apud Sulpicium Codex veterrimus Aul. Trin. habet *qua.* Hieronymus Ep. IV. cap. 3. *qui habitabant in tentoriis, et* quas *nox* compulerat *sedes habebant.* Wasse.

80 *Exercitus eius. Abest *eius* Reg. caeterum ita citat Luctatius ad Stat. VI. bella Hercules gessit in Africa, teste Sallustio, qui ait: *postquam Hercules in Africa, sicut putant, interiit, exercitus eius variis gentibus permixtus est.* Isidorus tamen IX. 2. nihil mutat, tantum mutata positura legit, *variis gentibus*, uti et Regius. Receptam lectionem fir-

mant Historici; quibuscum confer Strabonem XVII. pag. 821. de Herculis transitu per Africam vide Solinum cap. 25. Wasse.

Exercitus compositus ex variis gentibus, amisso duce, dilabitur. Talis exercitus Macedonicus, defuncto Alexandro M. Unde eum Demades Cyclopi excoecato conferebat, videns, multis inordinatis et incertis agitari motibus, ut est apud Plut. in vita Galbae. Rupert.

Amisso duce, ac passim multis sibi imperium petentibus. Manuscripta, *multis sibi quisque imperium petentibus:* verum perperam, nisi quis malit *quisque* pro *quibusque* positum. Facit cum manuscriptis Florentinum, atque item Beroaldinum. Rivius. — Graeca genere loquendi, quomodo Aristoteles lib. III. Rhet. dixit: *μετὰ δὲ ταῦτα δήλων ὄντων, καὶ οἷα καὶ ἡλίκα, εἰς τὰ πάθη ἄγειν τὸν ἀκροατήν.* Varro de Vita pop. Rom. lib. II. apud Nonium: *Suum quisque diversi commodum focillantur.* A. Manut. — Abest *quisque* L. 3. Venet. Ball. et *γ.* Wasse. — Nihil in hac lectione vitii, ut visum Rivio: stabilitque eam tum editio vetus, tum MSS. nostri, quorum tantum unus e iunioribus: *multis sibi imperium petentibus quisque dilabitur.* Gruter. — Hoc est, *πανδημεὶ, ubique, in singulis locis. χύδην. prout quisque vult.* indistincte, sine delectu, promiscue. Tacit. XV. 43. *Caeterum urbis quae domus supererant, non ut post Gallica incendia, nulla distinctione, nec* passim *erectae, sed dimensis vicorum ordinibus.* Veget. III. 8. *Incautum est plerumque discriminis exercitum* passim *sine aliqua munitione considere.* et I. 7. *Nec leve hoc officium putetur, aut* passim quibuscunque *mandandum.* Arnob. I. 21. *Qui velut caecos* passim, *ac sine ullo Rectore gradientes.* et lib. II. *An numquid haec fieri* passim et inaniter *creditis? fortuitis incursibus adsumi has mentes?* Victor Caes. XXIV. *Quippe ubi* passim confusaque *omnia, neque suo feruntur modo, quique fas putant, uti* per turbam *rapere aliena officia quae regere nequeunt.* vide quantum sibi permiserint, qui ibi *sparsa confusaque* obtrudunt. L. 1. §. *non passim.* D. de rebus eorum: *Non passim tutoribus sub obtentu aeris alieni permitti debuit venditio.* vide etiam Censorin. cap. 10. ed. Cantab. 1695. cui praeërat amicus noster pereruditus, at tum admodum iuvenis, Carolus Daubuz. M. Felicem pag. 39. 81. 88. Senecam N. Quaest. II. 48. Quintilian. Decl. IV. pag. 51. Lactant. III. 9. Wasse.

Persae et Armenii. Salmasius ad Solinum satis audacter ex coniectura, *per se comites,* hoc est, inquit, *sua sponte.* pro *Persae* Mela et Solinus habent *Pharusii*, at sic olim appellati *Persae;* testis mihi Plinius N. Hist. V. 8. Consule omnino Bochartum. Wasse.

Sed Persae intra Oceanum magis. Hoc, *intra Oceanum*, Badius et recte et erudite exponit, *introrsus ad Oceanum*, sive Sallustius Oceanum, post Atlantes ad occasum, sive post Gaetulos ad meridiem crediderit: nam sequentes loci complures ita exponendi, et intelligendi. Persarum enim et Gaetulorum commercium cum Hispanis tum Oceanus, tum Libyes medii, qui ad fretum Herculeum agitabant, prohibebant. Itaque illos, hoc est Persas, *mare magnum*, id est, Oceanus, et *ignara lingua* prohibebant, quo minus cum Hispanis commercia haberent. At Libyes, etsi lingua diversi, propinquitate tamen locorum facile cum Hi-

spanis res commutare poterant. Et vide, num *ignara lingua* dictum sit pro *ignorata.* ut infra, ad finem pugnae Metelli cum Iugurtha, de Nu-
81 midis loquens: *Plerosque*, inquit, *velocitas et regio hostibus * ignara tutata sunt. Ignoratus* tamen apud eundem hunc auctorem est, ubi de Iugurtha victo ac vagante ait: *Ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur, nocturnis aviisque itineribus ignoratus Romanos palanteis repente aggreditur.* Nam quod Badius exponit, *et lingua Persarum ignara linguae, scilicet Hispanorum*, non satisfacit mihi, cum auctori verba addat, quae in nullis inveniuntur codicibus. GLAR.

ALVEOS NAVIUM INVERSOS. Haec explicat Freinsh. ad Curt. lib. VII. cap. 3. §. 9. RUPERT.

NEQUE MATERIA IN AGRIS. Lege ex libro Bongarsii: *neque materies.* Supra Catilina: *Ea materies omnium malorum fuere.* PUTSCH. — Venet. 1470. 1478. *materiam lignorum.* pessime; nam materiae appellatione ligna omnia comprehenduntur. Liv. Multam materiam *ceciderat miles.* Colum. V. 11. *inter corticem* et materiem. sic Curtius VII. 3. WASSE.

MUTANDI COPIA ERAT. Germana scriptura, quam et Turnebus lib. XVIII. cap. 7. vindicavit. Referenda enim haec ad veterem permutationis ritum, de quo ex Homero Iureconsulti nostri. Infra: *Nam freto divisi ab Hispania mutare res inter se instituerant.* COLER. — Antea *mutuandi*, nos *mutandi* reposuimus ex Fulvii libro. sic enim locutus idem Sallustius: *Eaque mutare cum vino advectitio, et aliis talibus.* et hac ipsa pagina: *Freto divisi ab Hispania, mutare res inter se instituerant.* A. MANUT. — Scribo e Thosano et Bertiniensi: *quia neque materies in agris, neque ab Hispania emendi aut mutandi copia erat.* sed haec levia. PALM.

MARE MAGNUM ET IGNARA LINGUA. Mare magnum hic non pro Oceano, ut in illo:

*Ecce maris magni claudit nos obice Pontus.*

accipitur, sed pro saevo et importuoso, ut Crispus loquitur ipse: *Nam ubi mare magnum esse, et saevire ventis coepit.* Lucretius libro secundo Rerum Naturalium:

*Suave mari magno turbantibus aequora ventis.*

Virgilius Aeneid. III.

*Continuo venti volvunt mare magnaque surgunt*
*Aequora.*

Apud quem lib. I. eiusdem divini operis in quibusdam codicibus vitiose cuditur:

*Et mulcere dedit fluctus, et tollere ventos.*

cum omnino ex re ipsa, et doctissimo Servio, ultimam literam abiiciendo legendum sit *tollere vento*, quod mirum quam ad Sallustium facit. quod enim hic *Mare magnum et saevire ventis* vocat, ille *tollere vento* dicit. PUTSCH. — *Mare magnum*, ut in illo:

*Ecce maris magni claudit nos obice pontus.*

GRUTER.

HI PAULLATIM PER CONNUBIA GAETULOS SIBI MISCUERE. Manu-

scripta, *secum miscuere*, pro *coniunxere sibi*. additur enim huic verbo interdum illa *cum* praepositio cum suo casu. Cicero: *Cum quibus tamquam purpuram misceri oporteat.* Idem: *Parentalia cum supplicationibus misceri.* Livius dativum IX. dec. 4. *Cum concilii nostri eam fecerimus, et nobis miscuerimus.* Idem III. belli Punici secundi: *Quod connubium vetustum multas familias claras ac potentes Romanis miscuerat.* RIVIUS. — *Hi paullatim per connubia Getulis secus miscuere: et quia saepe tendentes, alia, deinde alia loca petiverant.* Nam illud *atque* a plerisque omnibus scriptis abest: in reliquis alii magnam etiam varietatem notarunt: sed in Coloniensi liquet: *per connubia Getulis se commiscuere.* bona scriptura hactenus, ut ad verum ducat. *Secus* autem, quo modo in illo Ausonii:

*Iuno, Ceres, Lucina, secus muliebre, sorores.*

et:

*Corrupit totum qui puerile secus.*

*Secus*, non *sexum*, tametsi id veteres Grammatici dicunt, sed seculum potius significat. Ab eadem origine est *seculum*. Ausonius utrumque a *secundo*, hoc est, *sequendo*: qua facie est, quod Lucretius *secla ferarum*, pro stirpe et generatione identidem capit: lib. IV.

*Et muliebre oritur patrio de semine seclum.*

et in V.

*— cornicum ut secla vetusta,*
*Corvorumque greges.*

PALM.

* GAETULOS SECUM MISCUERE. Ita etiam membranae optimae; et 82
sensus est, auctos accessione Gaetulorum. GRUTER. — Palmerius legit: *Secus miscuere*, i. e. sexum. Ego non video operae precium mutationis. Lege tamen eius rationes in Spicilegiis. COLER. — *Secum* abest Arond. Reg. agnoscit Pemb. sed ex sec. manu. *Medi cum Libyis se miscuerunt.* Isidor. IX. 2. WASSE.

SAEPE TENTANTES AGROS. Feci, *saepe tendentes*, quia *agros*, taceo a scriptis multis, etiam a cuso Argentinensi abest. Putavi ergo verum esse, *tendentes*, hoc est, alibi atque alibi tentoria (quae eadem, vel paullo minus *magalia*) figentes. A *tendendo* enim Numidarum vocabulum sua lingua factum, non a *tentando*; et in *tentendo* Mapaliorum usus. Et qui *tendere* hic locum habere posse putat, legat, si integrum est, Gellii de eo verbo disputationem, et quomodo praeterea illo Lucretius passim utatur. PALMER.

SEMET IPSI NUMIDAS. Festus: *Numidas dicimus, quos Graeci νόμαδας, sive quod id genus hominum pecoribus negotiatur, sive quod herbis ut pecora aluntur.* Magis ad mentem Sallustii Isidorus lib. X. Hesychius: *Νόμαδες βαρβάρων ἀγρίων.* Suidas: *Νομάδων ἀγρίων βαρβάρων.* Sed ita Scythas quoque appellabant, teste eodem. COLER.

QUAE MAPALIA ILLI VOCANT. Cum viderem quosdam dubitare, *Mapalia* an *Magalia* scribendum esset: non alienum visum est hic adscribere Servii verba. Is igitur sic ad illud Virgilii libr. IV. Aeneid.

*Ut primum alatis tetigit Magalia plantis.*

*Magalia, Afrorum casas. Magalia et Mapalia idem significant. Sed*

*Magalia* ma *producit*; *Mapalia vero corripit, ut: et raris habitata Mapalia tectis.* Festus Pompeius *Mapalia* nominat: et idem Sallastius infra cap. 46. Ald. Manut. — De quibus exquisite disserit Salmas. ad Solinum pag. 311. Rupert. — Viri docti a Servii compilatore, et glossarum auctoritate decepti, nullam fere inter *Mapalia* et *Magalia* differentiam agnoscunt, si excipias primae syllabae modulum: quin ut prorsus idem sint fecere Glossae Philoxeni, in quibus *Mappalia* geminato p scribitur, quod voci Syrorum propius accedit. Sed ut distincte loquamur, Mapalia sunt agricolarum Maurorum casae; idque vox *Pales* Syris *agricola*, unde deducitur, ostendit. At hae semper mobiles, illae vero, quae a vallo castrorum *magar*, vel *magal*, unde et Graecum *μέγαρα*, quomodo *clibanus* a *κρίβανος*, *paulum* a *παῦρον*, dicebantur *magaria* seu *magalia*, illae inquam instar villarum fixae erant, et quandoque, teste in Frag. Nostro, *Civitatibus oppidisque circumiectae.* Neque haec duo umquam temere confundunt Auctores. Glossae quidem utrumque voce *καλύβη* interpretantur, at corrigendae sunt, et pro, Magalia *καλύβια Ἀφρῶν*, Magalia et Mapalia *καλύβαι ἀφρῶν.* legendum, *m.* *ΚΑΛ. Ἀφ. mapalia καλύβαι ἀγρῶν.* quomodo legit Diomedes pag. 315. Praeterea *καλύβη* et *tugurium* et *tentorium* denotare videtur, Thucyd. I. 133. *σκηνασαμένου καλύβην.* certe opponitur *aedibus* II. 52. *ΟΙΚΙΩΝ γὰρ οὐχ ὑπαρχουσῶν, ἀλλ' ἐν ΚΑΛΥΒΑΙΣ πνιγηραῖς ὥρᾳ ἔτους διαιτωμένων. καλύβαι* ergo *attegiae* quaedam inconditae et subitaneae, quo vocabulo Iosephi *σκηνοποιεῖν* satis Latine vertit Rufinus. Mapalia vero semper pastorum Nomadum, ideoque mobilia, tam apud vinctae quam solutae orationis auctores. Virgil.

*Quid tibi pastores Libyae, quid pascua versu*
*Prosequar, aut raris habitata mapalia tectis?*

Quid, inquies, *tectis?* num et illa circumforanea? ita quidem; audi Silium qui versum ita aemulatus est:

*Qualia Maurus amat dispersa mapalia pastor.*

Etiam Val. Flaccum;

— *Coit e sparso concita mapali*
*Agrestum manus.*

Pergit Maro:

— — *Omnia secum*
*Armentarius Afer agit, tectumque laremque*
*Armaque, Amyclaeumque canem, Cressamque pharetram.*

Et ne cum illo apud Ciceronem quaeras, quae ferramenta, qui vectes tantae molis operi sufficiant, addit, omnia minimo fieri negotio:

*Non secus ac patriis acer Romanus in armis,*
*Iniusto sub fasce viam cum carpit.*

Ita Afer ille *μετανάστης* sua secum portat: cum hac una differentia, quod ille humeris aut mulo Mariano, hic plaustro utatur. Ita diserte Plinius N. Hist. V. 3. Hinc Lucanus IV. 684.

83 * *Et solitus vacuis errare mapalibus Afer*
*Venator.*

Livius XXXIX. 34. *familiae aliquot cum* mapalibus *pecoribusque suis*

(*ea pecunia illis est*) persecuti *sunt regem*. Tacitus An. IV. 25. *Numidae* positis mapalibus *consedisse*. Frontinus IV. 1. castra, *velut* mapalia, constituere *soliti*. confer Tacitum An. III. 74. Hist. IV. 51. Lucan. I. 89. Plin. Tom. I. pag. 532. Melam I. 8. Distinguit hasce casas ab oppidis, invito Crispino, Sallustius: *Ex* oppidis *et* mapalibus *praefecti regis obviam ibant.* id quod suadet Hieronymus Epist. ad Demetr. VIII. 3. *Cunctae per Aphricam Ecclesiae quondam exultavere tripudio, non solum ad urbes*, oppida viculosque, *sed ad ipsa quoque* mapalia *celebris fama penetravit.* formam et materiam eorundem alii praeoccuparunt. verum, quod nescio an observatum, quae Noster *oblonga*, Silius *longa* vocat II. 85.

*Ipsa autem, gregibus per longa mapalia lectos,*
*Ante aciem ostentabat equos.*

Calamo aut scirpis tegi aiunt. Idem XVII. 89. Plin. XVI. 37. idque monente Lucano, μαλ᾽ αὐτοσχεδίως.

*Surgere congesto non culta mapalia culmo.*

Abusive itaque villam suam excultissimam, tuguria atque mapalia appellat Sidonius, Ep. II. 2. Verum *magalia* sunt sane agrestia aedificia, sed stativa; eoque nomine in primis veniebant ipsius Carthaginis suburbia, ut ex Plauto, Appiano, aliisque pridem observavit eruditissimus Bochartus Phaleg. I. 24. Eoque alludit poëtarum doctissimus, quod Interpretes eius fugisse adeo demiror:

*Ut primum alatis tetigit* magalia *plantis.*

et:

*Miratur molem Aeneas, magalia quondam.*

Neque enim alibi utitur. Apollon. Collatius pag. 376.

— — *Omnisque timore*
*Concutitur Iudaea novo magalia flammis*
*Concrepitant tectisque suis uruntur agrestes.*

Idem tamen pag. 746. haud ita proprie:

*Quod nemus ante fuit, habitata mapalia tristis*
*Cogitur ipse manu propria consternere pastor.*

Vid. Victorem Uticensem lib. I. Haec cum ita sint, Isidorum, qui hunc Sallustii locum citans, legit *magalia*, in vitiosos codices incidisse putem, nisi ipse potius ab librariis, a Virgiliana lectione calentibus, depravatus esse videatur. MSS. enim nostri et aliorum eandem cantilenam canunt. Sed, ne illum auctorem unquam inemendatum praeteream, facit immane erratum, quod, dum ipsam hanc paginam perlustro, ferit oculos: *Arcifinius ager dictus est, qui certis linearum mensuris continetur.* Nihil pote falsius. recte ergo membranae, *non continetur*, uti ex Agrimensoribus patet. Frontinus: Ager *est* arcifinius, *qui* nulla mensura *continetur*. Quod infra dicit Hispalensis, in istiusmodi agris nihil subcisivorum intervenire, hoc vult, quod ab eo nihil palustre aut inutile rescinditur in divisura, vel saltem non tantum, quantum efficiat iugerum C. C. WASSE.

OBLONGA INCURVIS LATERIBUS TECTA, QUASI NAVIUM CARINAE SUNT. Alio pacto distinguendum existimo, ut sit, *oblonga curvis lateri-*

*bus; tecta quasi navium carinae sunt.* Caeterum Cato *Mapalia rotunda veluti cohortes esse* ait. et Hieron. in prologo Amos: *agrestes quidem casas, et furnorum similes, quas Afri appellant Mapalia.* Ciaccon. et Ursin. — Recte Thesanus: *incurvis lateribus tecto.* tectum enim habent mapalia lateribus incurvis. At illud alterum, si attendas, ne Latinum quidem; neque enim dicimus, *domum latere tectam*, ut *latere* a *latus* sit. Palm. — Palmerius ex libro Thosano reposuit: *Incurvis lateribus tecto.* Egregie. Vult enim Sallustius mapalia habere tectum lateribus incurvis. Isidorus lib. XIV. *Magalia aedificia Numidarum agrestium oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinae sunt: sive rotunda in modum furnorum.* Nugatur Isidorus ex corrupto Sallustii loco, aut ipse potius corruptus. Dicuntur autem *mapalia* et *magalia.* Servius ad lib. IV. Virgil. *Ut primum alatis tetigit magalia plantis. Magalia Afrorum casas. Magalia et mapalia idem significant. Sed magalia ma producit; mapalia vero corripit.* Glossarium: *Magalia*, *καλύβαι.* Item: *χαλύβια Ἀφρῶν*, *magalia.* Plautus Poenulo:

*Altera quinquennis, altera quadrimula,*
*Cum nutrice una periere a magalibus.*

ubi tamen in vetustissimis Camerarii libris, quorum beneficio multa Plauti loca sanavimus, alibi scriptum exstat: *Cum nutrice una periere a magaribus.* Et *magaria* debuisse dicere Virgilium scribit Servius. Lectio optima, et quam sero tandem respexit salus. Convinco ex Isidoro: *Magalia dicta, quasi magaria, quia magar Punici novam villam dicunt.* Porro illud verissimum est, mapalia non tecta fuisse lateribus, sed latera incurva habuisse. Unde enim Mauris istis Eremiticis lateres? Plausum sane meruit Palmerii acumen, cui applaudo et acclamo lubens illo Lucani versu:

*Surgere congesto non culta mapalia culmo.*

Denique magalia ista Maurorum Iuvenalis etiam *Attegias* vocat lib. V. Sat. 14. *Dirue Maurorum Attegias.* De qua voce memini me legisse in Politiani Miscellaneis. Coler. — Distinguendum omnino: *incurvis lateribus, tecta quasi navium carinae sunt.* Praeit Severus Sulpitius Dialogo primo de Virtutibus Monachorum Orientalium: *Parvum tugurium inter arenas conspicio, cuius tectum, sicut* Sallustius ait, *quasi carina navis erat.* quem locum debeo Gothofredo Iungermanno, ob multas animi dotes animo meo charissimo. Putsch. — Ita distinguit Marckii γ. et λ. L. 3. *curvis.* Wass.

Medis autem et Armeniis accessere Libyes. Ita vulgata habet lectio; atqui, ut Persae advenae accessere Gaetulis, ita Medi ac Armenii externi Libybus accessere; non Libyes Medis ac Armeniis. quare magis placet vetusta lectio, quae ita habebat: *Medi ac Armenii accessere*
84 *Libybus.* * quod quidam temere mutarunt, horrentes dativum *Libybus*, rarius apud Latinos auditum, quamquam tales aliquando invenimus. Quidam codices etiam habebant *Libyas*, accusativum Graecum, hoc sensu: *Medi ac Armenii accessere Libyas*, praepositione ad verbum lata. quam lectionem ego neutiquam reiicio, et eam secutus est Badius. Porro quae proxime sequuntur verba: *Nam hi propius mare Africum agitabant.*

*Gaetuli sub sole magis haud procul ab ardoribus.* in parenthesi legit Soldus, recte. Et illud *hi*, ante *propius*, *Libyas* refert, qui Gaetulis conferuntur; at illud alterum *hique*, quod post parenthesin ponitur, refert *Medos atque Armenios*: quod Badius, qui post Soldum scripsit, non advertit. Quamquam illud lector fortassis magis miretur; cum *Persarum* nomen in *Numidarum*, *Medorum* in *Maurorum* commutatum fuerit, in quid *Armeniorum* sit mutatum nomen. Sed credendum est, vel abiecta prima syllaba, cum *Medis* in *Mauros* concessisse *Armenios*; aut non admodum certam hanc, quod et auctor asserit, esse historiam. Varia huiusmodi nostri etiamnum aetate in gentium nominibus invenimus, ut id nullo pacto mirum videri queat. Glareanus. — Meus liber, *Medi autem et Armenii arcessere Libyes.* ut supra, *hi paulatim per connubia Gaetulos secum miscuere.* Ergo ut Persae Gaetulos, sic Medi et Armenii Libyes arcessere. Ciacc. et Ursin. — Et sic Reg. L. 2. 3. Arond. B. Pub. et Venetae, Ball. Bodl. Pemb. at ex 2. manu; caeteri vulgatam lectionem retinent. Wasse. — Ità quidem concepit Naz. et aliquot alii. Sed interim et primitus impressi et Com. nostri, *Medi autem et Armenii accessere Libyes.* Gruter.

Fretu divisi. Antea, *freto.* Martin. *fretu.* proba lectio, sed aliter Codd. universi. Plinius lib. VI. dubii sermonis, Porcium Licinium ita locutum inﬁt, citante Charisio pag. 103. Cicer. apud eundem: A Gaditano fretu. Augustus ad Antonium: Fretu *classi*. ibid. confer Priscianum lib. VI. pag. 115. Arnob. 1. Ennius: *Crassa pulvis oritur*, omnem *pervolat coeli* fretum. plura adducit Nonius in voce ex Naevio, Lucillio, Varrone. sed et Lucret. VI. 363.

*Nam* fretus *ipse anni permiscet frigus et aestum.*

et:

*Angustoque* fretu *rapidum mare dividit undas*
*Italiae terrarum oras a finibus eius.*

Cic. Verrin. V. et I. *Ut ille in dolore cruciatuque moriens perangusto* fretu *divisa servitutis ac libertatis iura cognosceret.* Gell. XIII. Sic Noster in Fragmentis: *vadus*, pro *vadum*, *sublimus*, *crocum*, *forum*. et in Catilin. *sparos* et similia. proinde cum *fretu* a librariis esse non possit, cumque ad normam Sallustianam optime quadret, in textum recipio. Eadem forma *sonu*, apud Ammianum XX. 9. *Exclamabatur undique vocum terribilium* sonu. et alibi. Wasse.

Mauros pro Medis. Sumsit Isidorus a Sallustio. Quidam Mauros dictos volunt a colore. Graeci enim obscurum sive nigrum μαυρὸν dicunt. Hinc ubi apud Plautum legitur: *Tota merulea est.* lubens correxerim *tota morula est*, ex lib. vet. *Morula* et *Maurula* idem. Coler.

Numidiae nomine. Credo hominibus fide dignis, affirmantibus in antiquo libro *Noma* esse, *non nomine*, quod rectius videtur. Ald. Manut.

Numidiae nomine. Alii *Numidiae nomo*, delendum *nomine*. notarat quidam *Numidae* a *Nomo* deductum. Giacconius. — Alii Codd. *nemo* pro *nomo*. Ursin.

Nomo-Numidae propter. Sic pene MSS. in quibus scilicet, *nomine Numidiae*. olim cusi, *Numidae nomine*, longius a vero. Grut. — Libri A. Popmae, *nomine*. MSS. Grut. fere *nomine Numidae*. olim cusi, *Numidae nomine*. B. Pub. *nomine Numidiae*, sic etiam γ. λ. Pemb. Reg. vero *nomine Numidae*, uti et Ball. Venet. Mart. etiam Bodl. linea per vocem *nomine* ducta. Nos Gruterum et Carrionem inviti sequimur. Martianus pag. 216. *Numidia nomine celebrata Numidae; Nomades dicti.*
85 sic scripti codices. Salmasius tamen ad Solinum * pag. 309. legit. *N. Masinissae nomine celebrata:* quomodo fere Plinius N. Hist. V. 3. quem exscripsit Capella. forte *Nomo-Numidae* ad distinctionem; sunt enim Nomades Indiae, Parthi Nomades, Nomades Arabiae seu Scenitae. Et Nomades Aethiopes. Infra: *Mauros pro Medis.* Vir adprime doctus Ioannes Clericus, dictos autumat ἀπὸ τοῦ *mer*, quod *mutare* et *transire* significat. Ipsum hac de re adeas Libris Commentariis ad Genesin cap. X. pag. 77. et Cl. Harduinum ad Plin. V. 3. Wasse.

Proxime Carthaginem Numidia adpellatur. Fronto in *Proxima* sic: *Proxima Carthaginem Numidia appellatur.* A. Manut.

Magis hi ad. Puto legendum esse aut *magis quam hi:* aut *magis his:* priorem lectionem habet Soldus. Sed iudicet Lector. Glar. — Numidae, inquit, qui domo digressi proxime Carthaginem consedere, maiorem belli gloriam adepti sunt, quoniam facilius Libyas proximos, qui minus bellicosi erant, superaverunt. Numidae vero, qui interiorem Africam habitabant, minorem sibi gloriam addidere: quippe quibus res erat cum Gaetulis, qui non ita facile subigi poterant. In uno tamen ex nostris exemplaribus legitur: *Magis quam hi, qui ad mare nostrum processerant;* quam lectionem sequuntur nonnulli, et ita interpretantur: Medi et Armenii, qui sibi Libyes adiunxerunt, minorem belli gloriam adepti sunt, quam Numidae, qui se Gaetulis per connubia miscuere: quoniam Libyes minus bellicosi erant, quam Gaetuli; sed (ut opinor) Sallustius de utrisque Numidis, non de Mauris loquitur; quare priorem lectionem magis probo. adiuvant etiam interpretationem nostram sequentia verba: *Denique Africae partem, quae est ad mare nostrum, non quae ad meridiem vergit.* Pro *denique* L. 2. Ball. Marckii γ. *deinde.* Pro *magis hi* aliud quid fuit primitus in Marckii λ. *hique* Pemb. Wasse.

Pars inferior pleraque a Numidis possessa est. Illud *inferior* Soldus exponit de parte, quae magis in plagam australem descendens, meridiem respicit. Ego vero puto referendum esse ad cursum fluminum Africae, quae fere a meridie in Septentrionem currunt, ut Bragada, Ampsaga, Mulucha, et reliqua. Quamquam potest et inferior intelligi, quae ad occasum est, ut Caesariensem quoque Mauritaniam complectatur. Nam eo Syphacis regio pertinebat, quam Masinissa a Romanis postea habuit: et ipse Sallustius paulo post dicturus est: *Et Numidae usque ad flumen Mulucham sub Iugurtha erant.* Mala autem, flumen prope Mulucham, apud Ptolemaeum duas separat Mauritanias. Sane quanquam Sallustius praetor in Africa fuerit, multa tamen negligenter de ea scripsisse videtur, quae ad loca attinent: quod in posterioribus ostendemus. ipsumque et de Livio in Annotationibus nostris, maxime in 3. Decad.

non semel conquesti sumus. Glarean. — B. Pub. *Africae pars Libyae inferior.* sed voci *Libyae* subiecta virgula, caeteri a vulgatis stant. De hac Africae parte ita Interpres ad oram codicis Regli: Inferior pars *Africae est a Numidia usque ad Carthaginem.* Auctori Declam. in Sallustium, *interioris Africae* nomine venit ipsa Numidia, de qua hoc loco Noster. Ast ibi omnino legendum *inferior.* illa enim cuiusque regionis pars quae ad mare vergit et per quam flumina decurrunt, apud Historicos ita audit. Inde apud Herodotum II. 4. *Πλὴν τοῦ Θηβαϊκοῦ πᾶσαν Αἴγυπτον εἶναι ἕλος καὶ αὐτῆς εἶναι οὐδὲν ὑπερέχον τῶν νῦν ἔνερθε λίμνης τῆς Μύριος ἐόντων.* Ibi docet omnem oram maritimam, infra stagnum Myrios, ex Nili aggestionibus ortum habuisse. Apud Sozomen. II. 23. Delta et loca quae mari adiacent, opponuntur Thebaidi, tamquam superiori. Hunc tractum Ptolemaeus vocat *τὴν κάτω χώραν.* Heptanomis vel proprie Thebais semper Geographis *Aegyptus superior.* Idem de Germania et Armenia Geographi. Interior * autem Africa ea est, quae a 86
Cyrenaica regione ad usque Garamantas extenditur, ut patet ex Theophrasto Hist. IV. 4. Plin. XIII. 19. Martian. pag. 217. Aethico pag. 63. et Nostro cap. XXII. Seneca N. Quaest. III. 6. etiam Dione pag. 63. Wasse.

Gentem nomenque. Sic Codices: quibus adstipulatur Hegesippus II. 9. *Ubi est stolus navium vestrarum, qui obsideat freta, percurrat maria* Romanorum? In ipsorum enim nomen elementa etiam transierunt, in *quos etiam transivit orbis terrarum, qui Romano imperio clauditur et definitur: denique a plerisque Orbis Romanus appellatur.* Non enim audio Codicem B. Pub. Cantab. pro voce *nomen, potestatem* reponentem. Idem I. 15. de iisdem: *non lacessendos, quorum* in nomen ac potestatem *totus prope Orbis terrarum* concesserat. Claudianus de B. Get. 333.

*Primo fonte breves, alto mox gurgite regnant,*
Et fluvios cogunt *unda coëunte minores,*
In nomen transire suum.

quod Ausonio, in Mosella, *consumere nomen.* Wasse.

## CAP. XXII.

Alii multitudinis domi minuendae gratia. Crebras in veteri historia migrationes, ob abundantem multitudinem susceptas, frequenter legimus, quae iam aliquot saeculis inauditae fuerunt. An de Senio mundi quicquam hic suspicabimur? Sane audimus non raro, coelum descendisse, et ad terram nunc inclinare propius vetustate. Elementa affici et affligi varie, loca esse arida et effoeta nunc, quae olim fuerint foecunda. Olim felices proventibus terras, nunc sterilibus informes esse arenis. Hodie Eclipses et frequentiores, et horridiores conspici. Novos vigere morbos, veteribus ignotos. Plantas et medicamenta degenerare, viribusque aut nullis, aut exiguis pollere. Ipsos denique homines, cum primis et antiquis illis, nec vivacitate, nec sanitate, nec quantitate, nec formositate, convenire. Ne sine teste agam, habete vobis S. Cyprianum ad Demetrianum, cuius locum citat Cornelius a Lapide Comm. in Apoca-

lypsin cap. 20. vs. 3. *Scire debes senuisse iam mundum, non illis viribus stare, quibus prius steterat, nec vigore et robore eo valere, quo antea praevalebat. Hoc mundus ipse iam loquitur, et occasum sui, rerum labentium probatione testatur: non hieme nutriendis seminibus tanta imbrium copia; non frugibus aestate torrendis, solita flagrantia est; nec sic verna de temperie sua laeta sunt; nec adeo arboreis foetibus autumna foecunda sunt. Minus de effossis et fatigatis montibus, eruuntur marmorum crustae, minus argenti et auri opes suggerunt, exhausta iam metalla. Deficit in agris agricola, in mari nauta, miles in castris, innocentia in foro, iustitia in iudicio, in amicitiis concordia, in artibus peritia, in moribus disciplina. Minuatur necesse est, quicquid fine iam proximo, in occidua, et extrema devergit.* Et mox: *Haec sententia mundo data est; haec DEI lex est, ut omnia orta occidant, et aucta senescant; et infirmentur fortia, et magna minuantur, et cum infirmata et diminuta fuerint, finiantur. Cum olim ultra 800 et 900 annos vita hominum longaeva procederet, vix nunc potest ad centenarium numerum perveniri. Canos videmus in pueris, capilli deficiunt antequam crescant, nec aetas in senectute desinit, sed incipit a senectute. Sic in ortu adhuc suo ad finem nativitas properat, sic quodcunque nunc nascitur, mundi ipsius senectute degenerat; ut nemo mirari debeat, singula in mundo coepisse deficere, quando totus ipse iam mundus in defectione sit, et in fine.* Ita et Casaub. ad Strab. pag. 38. Terram et coelum indies mutari statuit. Ceterum quum istae cogitationes eo evadant, ut tandem non miraculosus, sed naturalis mundi interitus statuendus sit; imo quum alia nos doceat Historia; operam et Cyprianus, et alii, lusisse mihi videntur. Sane Coelum descendisse, figmentum iamdudum a Naturae scrutatoribus explosum est. Vide Scalig. Exerc. XCIX. sect. 2. Elementorum vires si trahis in dubium, ignem accede, et experieris. Arida et effoeta esse loca concedo, et exemplum luculentum habemus in Hispania, cuius quanta olim fuerit fertilitas, vel aurei et argentei numi apud Goltzium, in tomo sing. de Caesare Augu-
87 sto, * testantur, quibus ab adversa parte Imago Caesaris Augusti, adscripto eodem nomine, ab altera simulacrum Hispaniae, frumenti spicas, qui fertilitatis typus est, dextra tenens. Hodie incultissima et sterilissima est, desertis, quae Sierras vocant, plenissima; adeo ut ad illam hominum infrequentiam (nam et in hoc degeneravit, et quae olim populosa, nunc populo rarissima est) alendam haud sufficiat; ac proinde Germaniam atque Galliam nutrices habeat. Quid vero? sunt et hodie foecunda, quae olim arida fuerunt: e. g. Germaniam nostram tristem cultu aspectuque, frugiferarum arborum impatientem, dixit Tacitus, qui si revivisceret, et tot florentissimas provincias, tot agros omnium frugum fertilissimos, tot fodinas auri, argenti, plumbi, ferri, et omnium metallorum ditissimas, adspiceret, nullus dubito, quin eum rei novitas attonitum redditura sit. Eiusdem valoris sunt et caetera. Eclipses enim hodie horridiores et frequentiores esse, monstrum in Mathesi est. Plantis vires adimunt; sed Medicus peritus, perite, et ex arte agens, vana hac non opus habet querela. Hominum recentiorum mores num deteriores sint vetustioribus, deduxi supra ad Catilinarii cap. 2. §. 1. Unicum super-

est ut dicam, de migrationibus, et hominum antiquitus multitudine. Tractum Septentrionalem tali multitudine quondam exundasse, praeter alios testatur Iornandes, de Rebus Gothorum, ubi *Scandiam* sive *Scandinaviam* peninsulam, *officinam gentium*, ac veluti *vaginam nationum*, ea de causa venuste sciteque appellat. Hodie fons ille gentium aret, tantumque a mittendis coloniis absunt, ut, cum bella ingruerint, externo milite uti consuescant. De Italiae robore, cui hodiernum nullo modo comparandum est, diximus ad Flori lib. II. cap. 1. §. 2. De Boiis suis antiquis, cum Romanis in Italia belligerantibus, miratur Brunnerus, quomodo toties victis irae, animi, milites suffecerint, quos vel inter victorias, inquit, quae et ipsa sanguine emi volunt, carptim atterendos exhauriendosque fuisse, rem a nostris temporibus aestimanti, videbitur; quod mihi hodie regnum dabis, ex quo militum educere tantum liceat, quantum ex una, non magna Italiae regione, Boii Romanae potentiae opposuere? mortuorum examina, inter annuas fere strages, congessimus, ut credi fas esset, defecissé non tantum, qui caesos vindicare, sed etiam qui lugere possent. Et ut ex Europa in Asiam navigem, memorabile est, quod scribit Diodor. Sicul. lib. II. cap. 5. ubi de expeditione Nini, adversus Bactrianos, *Coacto undique exercitu*, inquit, *recensita decies septies centena peditum, et ducenta ac decem equitum, decemque curruum falcatorum millia: cum paulo minus sexcentis Ctesias in historiis tradit. Incredibilis sane his, qui dehinc audiunt, copiarum numerus; sed nequaquam impossibilis videtur illis, qui magnitudinem Asiae nationumque in ea multitudinem considerant. Si quis enim commissa Darii in Scythas cum octingentis millibus expeditione et Xerxis transitu in Graeciam cum innumerabili hominum turba, res heri (ut aiunt) et nudius tertius in Europa gestas intueatur, facilius iam dictis fidem adhibebit. In Sicilia equidem Dionysius ex una Syracusiorum urbe* 120000 *peditum et* 12000 *equitum ad bellum armavit, navesque longas* 400 (*quarum nonnullae triremes erant et quinqueremes*) *ex uno portu eduxit. Et Romani, paulo ante Annibalis tempora, civium, sociorumque bello idoneorum, censu in Italia habito, ad decies centena millia descripserunt, tametsi Italia tota ne cum una quidem Asiae natione numero hominum comparanda sit. Haec in eos nobis dicta sunto, qui ex praesente urbium solitudine priscam gentium copiam expendunt.* Hucusque Diodorus. Ceterum nec haec, nec alia plura, Mundi senium nobis ostendunt, quum emendari queat, quicquid hac in parte a nobis peccatum est. Redeat ad aratrum Hispania, neque in exteris solatium omne ponat, de proventu virorum bene sperare iubebimus. Vide not. ad Iustini lib. XLIV. cap. 1. §. 3. De Septentrione, sive Scandinavia, non a vero abhorret eorum opinio, qui existimant, hodie incolas illos, insano comessandi bibendique vitio, obruisse genitalem vim, ne habitatores, nisi suis regionibus, sufficere possint. Illic enim nostrates biberios perpotandi studio superari perhibent. Alii sequantur castigatos priorum mores, quibus sera coniugia erant, eoque inexhausta pubertas; neque virgines festinentur, ut eadem utrique coniugum iuventa et similis proceritas sit, fortesque fortibus gignantur. Summa educationis severitas deliciarum non modo nulla captatio, sed sincerissimum odium, integritas

naturae, et vigor nulla mollitie corruptus, in artus ingentes valida cor-
pora provehunt. Quid? quod infinita millia monastico iugo obnoxia, sa-
cerdotiique vinculis superstitiose constricta, non exiguo civium numero
provincias spoliant? Venit hic in mentem cavillum Vicarium, duorum
potentissimorum Principum. Ferunt Franciscum I. Gallum, Carolo V.
interminatum aliquando, *ne se irritaret: se enim vel scholaribus suis Pari-
sinis, quorum 40000 tunc numerabantur, omni eum Europa pulsurum*;
huic Carolus, qui Francisco animi magnitudine nihil concedebat, respon-
deri iussit, *Veniret cum suis scholaribus, se ex singulis coenobiis suis,
unum solum otiosum monachum lecturum, eumque exercitum contracturum,
qui scholaribus illis, et numero et viribus responderet.* Denique et hoc at-
tendendum est: quamvis modo nominatae regiones infrequentiores hodie
88 sint, quam olim, eas tamen * toti mundo praeiudicare non posse. Fuit
nuper admodum ea alibi foecunditas, quae antiquae palmam ambiguam
facere poterat; dum quadraginta quinque annis, et quod paulum excedit,
variis et portentosis carnificinis, plusquam ducenties centena millia Indo-
rum sustulerunt Hispani. Etiam Germaniam nostram, ante hoc civile
bellum, circiter 20 hominum millionibus inhabitatam fuisse, iam alibi
docuimus. Rupert.

Pars imperii cupidine sollicitata plebe. Priora illa ita Ber-
tiniensis et scriptus Modii: *pars imperii cupidine s. p. alii rerum novarum
avidi.* Et non hanc tantum varietatem alii notarunt, sed, nisi valde
animi fallor, verum est: *pars imperii cupidine sollicitata; plebe novarum
rerum avidis.* Primum membrum ad optimates; quod sequitur ad reges
aut regni avidos; postremum ad ipsam multitudinem refertur. Fuisse
enim, qui sollicitarentur spe regni; hos plebem sequutos esse, avidos
rerum novarum. In sequentibus verbis Glareanus scribit vetustos quos-
dam codices referre: *eaque brevi multum auctae.* quid eo faciat, non ha-
bet. Vera autem ea lectio est; et *ea* adverbium, opinor, respicit illa:
in ora maritima condidere. quod enim maritimae essent civitates, ea
brevi immensum auxerunt. Palmer. — Dictiones *plebe, et,* otiosa
puto. ait enim partem Phoenicum imperii cupidine solicitatam, alios no-
varum rerum avidos. Ciacc. — Ciacconius dictiones *sollicitata* et *plebe*
otiosas et nihili putat. Sed Palmerius retinet et sic distinguit: *Pars im-
perii cupidine sollicitata; plebe novarum rerum avidis.* ut primum mem-
brum ad optimates: quod sequitur ad reges aut regni avidos; postremum
ad ipsam multitudinem referatur. Coler. — In scripto sic legitur: *pars
imperii cupidine solicitata, et alii novarum rerum avidi.* Quid si, *solicita,
et alii* etc.? Putsch. — Haec lectio visa mihi potior, utpote quam
tuerentur et Naz. et Comm. caeteri enim non eiusdem senectae, *et alii
novarum rerum avidi*, quomodo item editio prima. sunt quoque Chiro-
graphi quibus eadem scriptura, sed destituuntur copula *et.* quod primum
posui hanc habet sententiam, Phoenicum quosdam duabus de caussis
exisse terris suis atque eduxisse una secum non modo suam plebem, sed
et multos vicinorum novarum rerum avidos. Gruter.

Et alii novarum rerum avidi. Manuscripta quaedam, *et aliis
novarum rerum avidis,* quomodo et Badianum; ut sint duo ablativi abso-

ante positi. Beroaldinum *cupidis* habet pro *avidis*. verum id ex glossa, ni fallor, irrepsit. Rivius.

Hadrumetum. Ita et Naz. nisi quod in eo *Hadru-metum*. eadem ad spiratio durat quoque in Pall. reliquis: abest tamen Comm. meo. Gruter. — Ita etiam Marckiani, sed P. B. Pub. *Hadrumentum*, uti apud Melam Vossii. Nummi et lapides saepius *Hadrumentum*. Wasse.

Haeque brevi multum auctae. Manuscriptum, *eaeque brevi* etc. Rivius.

Originibus. Ita dictae nationes a quibus profecti sunt urbium conditores et duces coloniarum instituendarum. Liv. XXVI. *Albam unde oriundi erant, a fundamentis proruerunt, ne stirpis, ne memoria originum suarum extaret.* et XXXVIII. *Iliensibus Rhoeteum et Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoria.* Tertullian. de Anima: *Nam et origines nunc in suis sedibus permanent, et alibi amplius gentilitatem feneraverunt.* Ulpianus de Officio Procos. Dig. XLVIII. Tit. XXII. L. 7. §. 12. *Per contrarium autem is, qui originis provinciae praeest, non est nactus ius interdicendi ea provincia, quam incolit is qui relegatur.* Cod. X. Tit. XXXVIII. de Municipibus: *Filios apud* originem patris, *non in materna civitate, etsi ibi nati sint, ad munera posse compelli, explorati iuris est.* Iustinus XIII. 2. *auctores quoque suos* Lucanos *bello vicerant* etc. *tanta feritas animorum erat, ut nec* origini suae *parcerent.* eo sensu *Aborigines* apud Tertullianum et Plinium IV. 28. Carthaginis situm et formam petas ab Appiano pag. 95. Polybio 103. Adone Viennensi pag. 343. qui Orosium fere exscripsit, eique medicinam praebet. sic enim ille IV. 23. *viginti millia passuum muro amplexa.* in Marcodurano et vetustis MSS. *viginti duo*, et sic Ado et Codex Ioannensis quem ipsi olim cum Edd. contulimus, propius veritatem. Epit. Liv. lib. LI. *Carthago in circuitu* viginti *tria millia passus patens.* confer Strabonem lib. XVII. pag. 832. et * Dio- 89
dor. Eclog. II. pag. 889. pro *Origine* Graeci *μητρόπολιν* dicunt. Thucyd. I. §. 24. de Epidamno: *Ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου Κορίνθιος γένος, κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ἐκ τῆς ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ κατακληθείς.* ibi Schol. *ὁ παλαιὸς νόμος οὐκ ἀπὸ τοῦ γένους ἐκάλει, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, τουτέστι τῆς πατρίδος.* quo sensu et *μήτηρ* apud Plutarch. Sympos. VIII. Themistius Orat. III. pag. 54. ed. Petavian. *Ἐπέδειξεν ἂν τῶν βοτρύων ὑπερφυὲς τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, καὶ ἀνήγαγεν εἰς τὰς ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΣ, ὥσπερ οἱ γενεαλόγοι, τῶν σταφύλων εἰς τὰς ἀποικίας.* Sophocles de Athenis, Oedip. Colon. 730. *Ἄλλον δ' αἶνον ἔχω Ματροπόλει τᾷδε κράτιστον* etc. Et quae Romanis *Metropoles*, eae Graecis *Πρῶται*, adeas immensum Spanhem. de Numism. confer item Herodotum VII. 51. Wasse.

Nam de Carthagine silere melius. Apuleius in Cosmographia, de Rectore: *quippe omnium non, ut ait ille, silere melius est, sed vel parum dicere.* Ciacc. et Ursin. — Ita Apuleius in Cosmog. Servius Danielis, Petrarcha Ep. II. 13. Vincentius Bellovacensis et Codices 2. et Quintilianus Inst. II. 13. *tacere satius.* Servius autem Lucii, quem

*pauca.* L. Aretinus in Orat. Fun. pag. 230. *de m. imperii tacere omnino* satius est, *quam* pauca *dixisse.* Petrarch. Ep. IV. 8. *tacere melius esse quam pauca dixisse.* Sidonius Apollinaris L. 1. *Nam de M. Tullio silere in stylo epistolari* melius puto. quae secus accipit Petrarcha in Praef. ad Epist. Noster ab editis stat Iug. LXXXIV. melius *esse ratus*, *ex commodo pugnam facere.* et LXXXVII. et XLVI. *sed bono vinci satius est quam malo more iniuriam* vincere. LXXXII. Iugurth. *postquam sese parum expurgat.* LXXXII. parum *cognovi.* et LXXXIX. parum *id facio.* Simile illud apud Hebraeos Psalm. LXV. 2. *Lecha dumi iah tehillah Elohim betzion.* Versio Anglicana vetus admodum frigide, ut alias: *Thou, o God, art praised in Sion.* altera veritati propior: *Praise waiteth for thee.* Apollinarius: *Σοὶ μάκαρ ἐν Σιῶνι μεταπρέπει ἄσπετος ὕμνος.* Buchananus: Te manent laudes Deus in Sione. imo, *tibi silet laus*; infra maiestatem tuam cadit; ideoque silere de nomine tuo satius est, quam pauca dicere. Rationem reddit Aristides Orat. in Romam: *Τὴν δὲ πόλιν ᾄδουσι μὲν πάντες, καὶ ᾄσονται· τοσούτῳ δὲ ἐλάττω ποιοῦσιν ἢ σιωπῶντες, ὅσῳ παρὰ μὲν τὴν σιωπὴν οὔτε μείζονα οὔτ᾽ ἐλάττονά ἐστι ποιῆσαι τῆς οὔσης· ἀλλ᾽ ἀκέραιος τῇ γνώσει μένει. οἱ δὲ λόγοι τοὐναντίον ἢ βούλονται ποιοῦσιν· ἐπαινοῦντες γὰρ, οὐ δεικνύουσιν ἀκριβῶς ὃ θαυμάζουσι.* Huc etiam spectat Augustinus lib. de Doctrina Christ. I. 6. *Quae pugna verborum*, silentio *cavenda potius quam* voce pacanda est. WASSE.

IGITUR AD CATABATHMON. Hunc locum mendosum esse ea, quae supra posui, satis ostendunt: nam ab Aegypto pergentibus post Catabathmon prima Cyrene est: legendum ergo haud dubie: *Igitur a Catabathmo. Secundo autem mari.* CIACC. et URSIN. — Ciacconius frustra est. putat enim locum esse mendosum et emendat: *Igitur a catabathmo.* Liber MS. Conradi Rittershusii IC. amici mei, cuius ope aliquam multa loca correxi, habet: *Igitur ad catabathmon revertar.* Unde quamvis hebeti ingenio coniiciat legendum sic esse: *Igitur ad Catabathmon. qui locus Aegyptum* etc. COLER.

SECUNDO MARI. L. 8. *a Catabathmo.* Marckii λ. et B. Publ. *a Catabathmon.* Caeteri ut in textu. Tabula Peutingeriana has aras collocat fere ad Syrtim minorem, contra plerosque Geographos. Quae positio si vera est, recte habet Noster. qui ideo reprehenditur, non, ut vult Crispinus, quia Philenorum aras post duas Syrtes posuerit, sed quia post Leptim adnumeraverit; eius sententia haec est: *postea Syrtes, interque eas, primo Leptis magna, secundo arae Philenorum.* Eodem pacto locutus Pomponius L. 8. *inde ad Catabathmon Cyrenaica provincia est.* Palmerius reponit *mare*, et *secundo* pro *secundum* accipit: ego nihil muto. Nam et Orosius I. 2. *Haec incipit a civitate Paraetonio et montibus Catabathmon: inde secundo mari usque ad aras Philenorum extenditur.* alii habent, *secundum mare.* sed membranae C. C. C. illud alterum rectius exhibent, quemadmodum et Aethicus, qui locum transcripsit. Ipse Orosius iterum VI. 21. *qua extentum Pyrenaei iugum haud procul secundo Oceano, sub septentrione deducitur.* quae est constans lectio tam aliorum Codicum quam Ioannensis et C. C. C. Si ergo colligi possit, quid sit apud eum *secundo Oceano*, saltem inde constabit, quo sensu Sallustium ceperit.

At patet, Orosium loqui * de Oceano Cantabrico, secundum quem harum 90 gentium sedes erat: ab Artabro nimirum promontorio adusque Pyrenaeos. quam sententiam his verbis complexus est Florus, quem in hoc capite sequitur: *Pacata fere omnis Hispania, nisi quam Pyrenaei desinentis scopulis inhaerentem citerior alluebat Oceanus.* unde palam est, *secundo Oceano* apud Orosium idem valere ac, *secundum Oceanum.* caeterum pro *Turgonios* et *Aurigonas* apud Florum, habet Orosius *Tormodigos* et *Autrigonas:* posterius recte, prius extat apud Plin. Nat. Hist. III. 3. Cl. Harduinus contra libros reposuit, Murbogi, dictque alias non legi. Lectionem Orosianam firmat Caesar VII. 58. B. G. *Refecto ponte quem superioribus diebus hostes resciderant, exercitum transducit et secundo flumine ad Lutetiam iter facere coepit.* hoc est, *per ripam, iuxta fluminis decursum.* et Codex Norvicensis ex glossa *secundum flumen.* κατὰ τὸν ποταμὸν vertit Metaphrastes. et cap. 60. *adverso flumine* usus est auctor, cum motum contrarium exprimeret. Eandem rem ita effert Liv. *Dum lux viam ostenderet*, ripa fluminis *signa ferri iubet.* Melae placuit *secundum* II. 1. secundum *Boristhenida et Olbiam egreditur.* Sallustianam formam servat Apuleius Flor. circa finem: *Enimvero fanum Iunonis antiquitus famigeratum; id fanum* secundo littore, *si recte recordor, viam viginti haud amplius stadia oppido abest.* male Colvius, *secundum littora.* Min. Felix pag. 11. immutatis verbis: *Itaque cum diluculo ad mare* inambulando littore *pergeremus.* Nigidius apud Agellium: *Etesiae et Austri anniversarii* secundo sole *flant.* hoc est, *iuxta solis cursum.* de qua re adeantur Salmasius et Rutgersius. Liv. XXVII. 24. Secundis collibus *via nuda ac facili decurrentes.* De voce *secundo* vide Charisium pag. 195. Priscianum. L. 29. D. de Acquirend. Rerum Domin. et L. 30. §. 1. Noster 56. advorso colle *evadunt.* potes etiam retinere *mare* pro *mari.* Ovid. Trist. V. 2.

*Exiguum pleno de* mare *demat aquae.*

sic Varro Atacin. Plautus aliique. Wasse.

Secundo mari prima Cyrene est, colonia Theraeon. Hic vero Commentatores nostri egregie cocontiunt. *Colonia, There,* inquit Soldus, *nomina civitatum sunt.* Badius vero, *Cyrene, Colonia, Thereon urbes,* inquit, *illae sic dictae.* Haud dubie Badius iuvenis scripsit. Nam dum ego illum novi, alius erat. Soldum non novi, qui meam praecessit aetatem. Herodotus libro quarto ostendit *Cyrenen* Coloniam esse. *Theraeon*, id est, populi Therae insulae. *Theraeon* vero, genitivus Graecus, ut paulo post *Philaenon*, poterat alienus videri ab historico Latino, qui Theraeorum et Philaenorum magis amaret. ceterum *ae* diphthongo penultima scribenda, ut ut alia ceciderint. Glarean. — Sic omnes libri, et imitatur Orosius: *Inde secundo mari usque ad aras Philaenorum extenditur.* sed plane durum non est dicere, Orosium errasse, et scripsisse Sallustium: *secundo mare prima Cyrene est. secundo mare*, id est, *secundum mare.* sic enim scribebant; nos *secundum* tantum dicimus. *secundo* et *secundo* pro *secundum*, antiqua fuisse vel unus Varro satis dederit (et accedant, tanquam supernumerarii testes, fragmenta veterum Poëtarum apud Marcellum) de Re Rustica lib. secundo: *Instituricatu*, quam

*porculationem appellabant, binis mensibus porcos sinunt cum matribus; secundo ea, cum iam pasci possunt, secernunt.* *Secundum mare* Cicero ad Atticum: *Quae iter secundum mare faciunt.* Pompeius Magnus ad Domitium: *Literas abs te M. Calenius ad me attulit a. d. XIV. Calend. Martii, in quibus literis scribis tibi in animo esse observare Caesarem, et, si secundum mare ad me ire coepisset, confestim in Samnium ad me venturum.* Neque autem quia Plinius scribit in prooem. lib. III. et cap. 1. et 5. per Gaditanum fretum irrumpentem Oceanum in maria diffundi, contra quam de Aegaeo et Tyrrheno Aristoteles affirmat lib. II. Meteor. (fuisse enim etiam qui aliter existimarent idem Plinius ait lib. IV. cap. 13.) ob id *secundum mare* volo, non *secundo mari:* neque enim haec spectarunt historici: magis, quia ita Cato loquitur, cuius fragmentum est apud Lactantium Firmianum. Palm.

Deinde arae Philenon. *Deinde,* inquit: quasi post Syrteis ac Leptim occasum versus sint Philaenorum arae: quod nullo pacto verum est. Ipse sane ab ortu incipit, ac post Catabathmon occasum versus Cy-
91 renen nominat. deinde Syrtim * magnam, ad cuius intimum sinum, si Ptolemaeo credimus, Philaenorum sunt arae, non post duas Syrteis ac Leptim. Ceterum cum ait: *Cetera loca usque ad Mauritaniam Numidae tenent.* vides Tingitanam solam Sallustio Mauritaniam dictam, Caesariensem vero sub Iugurtha fuisse, Syphacis quondam regnum: quippe *Mulucham* flumen eius facit fineis, quem Straboni ac Ptolemaeo *Molochath* dictum existimo. Addit Strabo, Molochath Mauritaniae ac Massaesylorum fuisse terminum, cum Ptolemaeus *Malua* collocet terminum, aliquanto magis ad orientem quam Molochath. Porro cum ait: *Super Numidiam Getulos accepimus.* ad fluminum lapsum retulit, et montana illa quae Africae secundum Cancri Tropicum imminent. Quare non bene Soldus exponit, *supra, id est, ultra.* Denique cum ait: *Post eos Aethiopas esse, deinde loca exusta Solis ardoribus:* perinde loquitur, atque si Aethiopas citra torridam zonam esse crediderit: cum Ptolemaeus aliique Geographi intra Tropicos sub aequatore; ac nostra demum aetas ibi esse, certo depreheaderit. Glar. — Poterat brevius: *arae, Aegyptum versus, finis imperii Carthaginiensis.* Gruter.

Proxime hispaniam Mauri sunt. Fulvii liber, *Hispanias.* Fronto, *Proximi Hispaniae Mauri sunt.* A. Manut. — Agell. III. 2. eo die fieri dicuntur qui *proximus eam noctem* illucescit. *Hispaniam* Valla II. 12. Wass.

Alios incultius vagos agitare. Per me abesse posset vox *agitare.* Gruter.

Post eos Aethiopes esse. In manuscriptis legimus *Aethiopas.* et sic rectius, ut sit accusativus Graecus *Αἰθίοπας.* Rivius. — Vide Cellarii Geogr. pag. 74. Wasse.

Deinde loca exusta solis ardoribus. Manuscripta, *dein.* atque ita rectius. Rivius. — Locutio ferme insolens. Noster supra: *sub sole magis, haud procul ab ardoribus.* sed ita Codd. λ. tamen *ardoribus solis.* γ. *calore solis ardoribus.* etiam, quod mireris, a manu prima correctrici. Vulgatam tuetur D. Hieronymus Ep. XXII. 3. *In illa vasta solitudine,*

*quae* exusta solis ardoribus, horridum *Monachis praestat habitaculum.* nescio an *torridum*, nam illud alterum non valide displicet. Accedit Sulpicius Hist. Sacr. I. 43. *Igitur suspensis coelo aquis, cum loca omnia adusta solis ardoribus, non pabulum iumentis darent.* Nec longe abit Plinius Nat. Hist. VI. 23. *Ariana regio*, ambusta fervoribus. Isidorus XIV. 5. *Circa* solis ardorem *Aethiopia.* dein verba Sallustii, suppresso auctore, profert in hunc modum: *inde loca* etc. *Ardor* pro *igni* saepius. Cicero Divin. II. 43. *si autem nubium conflictu* ardor *expressus se emiserit, id esse fulmen.* Lucretius:

*Aera percipiat calidis fervoribus ardor.*

V. 1098.

*Et micat interdum flammai fervidus ardor.*

VI. 283.

*— Fulmen*

*Perscindit subito nubem ferturque coruscis*

*Omnia luminibus lustrans loca percitus ardor.*

Aeque audacter voce *vapor* utitur Plinius Nat. Hist. II. 40. *Caniculae ortu* accendi solis vapores. pro *intendi.* Pereleganter Lucanus:

*Itque super Libyen, quae, nullo consita cultu,*

*Sideribus Phoeboque vacat: premit orbita solis*

*Exuritque solum.*

Pemb. L. 3. Grut. *deinde.* al. *dein.* Wasse.

* Usque ad flumen Mulucham. Fabricianum, *ad flumen usque* 92 *Mulucham.* Rivius. — Carrionis editio *ad flumen usque Mulucha*, praeter MSS. et Pall. et Bong. et Camm. Gruter. — Omnes MSS. *Mulucham.* ut III. Hist. *Turiam.* Priscian. VI. *Ea nomina vel masculina sunt vel foeminina.* qui *Mulucha* perperam legunt, moti sunt auctoritate Phocae, qui ea apud Nostrum pro neutris usurpari tradit. Popma. — Caeterum *Mulucha* nomen etiam urbis. Flor. III. 1. Vid. Pomponium Melam libro I. 5. Ter occurrit apud Nostrum. Ar. Reg. L. 3. *usque ad fl. M.* B. Pub. *Muluchum.* γ. *Mulucha.* Χυλημὰθ Ptolemaeo, forte leg. Μηλυχάθ. Infra: *necessitudinem rei.* postremum non agnoscit Reg. L. 3. *necessitatem*, male. pro *apud Numantiam* L. 3. rectius *ad N.* Codicibus aliter visum. *Sceleris* abest γ. Wasse.

Ignarus populi Romani. Sic infra: *et eo tempore ignarum nominis Romani.* Ciacc.

Satis dictum est. Τὸ *est* manuscripta non habent, ac rectius abest. Sed et statim ante: *de Africa et de eius incolis.* in manuscriptis non reperitur illa praepositio *de*, nec in Ascensiano, aut Beroaldino. Rivius.

## CAP. XXIII.

Postquam diviso regno legati Africa discessere. Sic et manuscripta; perperam in quibusdam est, *ab Africa.* nam et inferius, *ubi eos Africa discessisse ratus est*, inquit. Rivius.

Contra timorem animi praemia sceleris adeptum sese videt.

Necessarium est ex malo pessimum fieri, si praemiis scelera afficiantur. Pulcre Plinius in Panegyrico: *Praemia bonorum malorumque bonos et malos faciunt.* Vid. Ritt. in Salv. pag. 52. Amm. lib. XXIX. pag. 394. sub f. Tac. IV. Ann. 12. Polyb. lib. IV. cap. 27. Virdung. in lib. I. Hist. pag. 132. *Neronem deteriorem fecerunt post perpetratum parricidium honores et adulationes.* Tac. lib. XIV. Ann. cap. 12. et 13. RUPERT.

CERTUM RATUS. Sic quoque sine illo *esse* Pall. nostri, aguntque in eo secundas Rivianis. GRUT.

AMICIS APUD NUMANTIAM ACCEPERAT. Sic et manuscripta: in aliis *ad Numantiam.* quemodo perfrequenter Cicero loqui consuevit. Sic Virgilius *ad Troiam* dixit pro *apud Troiam;* et Livius: *dum haec ad Veios agebantur,* pro *apud Veios.* Hoc ni fallor, e glossa nimirum irrepsit. nam annotarat forte aliquis, *ad* pro *apud* esse positum. τὸ *esse* ibidem, non est in manuscriptis, ac citra detrimentum sensus abesse potevit. RIVIUS. — Non displiceret, *ad Numantiam,* quod placuit Rivio: sed sic nulli e libris. GRUTER.

ACCENSUS. Quaeritur quae res malos faciat? *Imprimum nimia licentia, deinde rerum copia; amici praeterea improbi, satellites detestandi:* ut scribit Fl. Vopiscus in Aureliano. *Vitia semper facultatibus licentiaque et assentationibus aluntur,* ut breviter, sed nervose Vell. Paterc. lib. II. Tacitus II. Hist. *pravos magistros* appellat, quibus dociles sese discipulos praebent, suapte sponte ad scelera proni. Ceterum viri boni officium est, Reges ac Principes retinere ad salutem, non quo incumbunt, eo impellere, ut cum Plauto dicam. RUPERT.

93 * IN REGNUM ADHERBALIS ANIMUM INTENDIT. Infra: *Ad bellum quod gesturus erat animum intendit.* CIACCON.

MULTOS MORTALES CUM PECORE. Legendum *mortaleis.* RIVIUS.

PRAEDA CAPIT. Reg. in textu *rapit.* in spatio interlineari, *capit.* omittit *accedit* L. 2. 3. Arend. Marckii γ. eius loco substituit *incendit,* male. Ven. 1470. habet *petit.* WASSE.

CUM OMNI MULTITUDINE IN REGNUM SUUM CONVERTIT. Sic Pall. et cusi omnes ab ultima origine. Comm. solum *convertitur.* GRUTER. — *Se conv.* Τὸ *se* non reperitur in Beroaldino, neque in ullo manuscripto: quasi absolute ponatur hoc verbum. Sic alibi: *clam cum paucis ad pedites convertit,* inquit, et Corn. Tacitus III. *Postquam caedibus saevitum, et magnitudo famae exitio erat, caeteri ad sapientiora convertere.* hic quoque sine casu ponitur. RIVIUS.

ADHERBALEM DOLORE PERMOTUM. Manuscripta, *dolore permotum Adherbalem.* quae collocatio verborum melior. RIVIUS. — Reg. *dolore motum.* Ball. omittit *manu,* pessime. Vid. Indicem. WASSE.

INIURIAS SUAS MANU VINDICATURUM. Vide ancipitem reciprocationem in verbo *suas,* Iugurthamne referat, qui intulerat, an Adherbalem, cui illata erat. *Ipsius,* quod medium verbum inter *suas* ac *eius* Grammatici ponunt, sustulisset hanc dubitationem. GLAREAN. — Sic infra: *vindicandum in eos, qui hosti prodidere rempublicam?* non manu neque vi. et: *qui dicerent manu vindicandum.* CIACC.

EAMQUE REM BELLI CAUSAM FORE. Malitia ex aliis quoque histo-

aliis nota. Sic enim Cluilius, Dictator Albanus, aegre ferens incrementa Romanorum, ut inter eos ac cives suos dissidium excitaret, tale quiddam commentus est. *Albanis omnium pauperrimis et audacissimis permisit, ut Romanorum agros popularentur, impunitatem iis pollicitus, et effecit, ut multi, quaestum omni periculo vacantem, secuti, totam finitimam regionem latrociniis replerent.* Existimabat enim, Romanos rapinas non laturos, sed ad arma ituros, et sibi oblatum iri occasionem, eos apud populum criminandi, quasi priores bellum inferrent: ut extat apud Dionys. Halicarn. lib. III. paulo post pr. RUPERT.

LEGATOS DE INIURIIS QUESTUM MISIT. Ex praescripto Politicorum, e quibus consulendus Lips. V. Civ. Doctr. 4. RUPERT.

QUESTUM MISIT. Ita libri et Valla I. 28. WASSE.

* SECUS CESSERAT. Infra: *quod ubi secus procedit.* GLAREAN. 94

NEQUE CUPIDO MINUEBATUR. Vide not. ad Catil. cap. 20. RUPERT.

ANIMO IAM INVASERAT. Hoc est, *proposito, spe, opinione.* Cicero Verrin. III. 95. *Qui iam* spe *et* opinione *praedam istam devorasset.* Livius: *Ii quoque quibus ingens erat in Scipione fiducia et victoriae spes, quo magis in propinquam eam* imminebant animis, *eo curae intentioris erant.* Sic *animo complecti* apud Iustinum XII. 3. *animo peregi* apud Virg. Iosephus Iscanus I. 27.

*Hunc ubi conbibant avidae spes ardua mentis.*

ubi pro *fremit* lego:

*— premit ultio saxea.*

*Tunc gravior cum tarda venit.*

VIII. vs. 83. omnino pro *dubius* repono *dubia*:

*Stat* dubia *novus hospes aqua, reditumque fugamque*
*Ludentis pelagi miratur.*

Sed haec obiter. Auctor vitae Alexandri, elegantiam hanc aemulatus est melius quam pro aetate sua; cuius verba, quia liber, semel tantum Parisiis impressus, rarissimus est, ex MS. B. Pub. Cantab. apponere non gravabor:

*Qualiter Hyrcanis cum forte leunculus arvis*
*Cornibus elatos videt ire ad pabula cervos,*
*Cui nunquam totos descendit robur in armos,*
*Nec pede firmus adhuc, nec dentibus asper aduncis,*
*Palpitat, et vacuum ferit improba lingua palatum;*
*Effuditque prius* animo *quam* dente *cruorem.*

Miror hanc omisisse locutionem R. Stephanum. Cod. B. Pub. *totum regnum*, non male. WASSE.

BELLUM GERERE COEPIT. Dictio ultima nihil facit ad supplementum sententiae. GRUTER.

URBES, AGROS VASTARE. Duo nomina absque coniunctione ad unum verbum connexa sunt, cum apud auctores saepius tria, duo rarius. Sed haec aliis committenda. GLAR.

## CAP. XXIV.

Ubi intelligit eo processum, uti regnum aut reliquendum esset, aut armis retinendum. Tacitus aliquis solum scripsisset, *ubi intelligit regnum aut reliquendum, aut armis retinendum.* Gruter.

Prope Cirtam oppidum. Strabonis codex libro ultimo Geographiae habet, Adherbalem et obsessum et occisum ad Uticam: ubi plane mendam puto. Utica enim hoc tempore in provinciis erat Romanorum, qua legati paulo post Iugurtham literis evocant. Nemo igitur hunc locum ex Strabonis libro, sed contra illum ex hoc, qui bene habet, emendare conetur. Glar. — Vide Superum ad Lactant. de Mort. Pers. pag. 235. Tacit. Hist. IV. 19. *Debellatum eo die foret, si Rom. classis sequi maturasset.* Wasse.

Consedit: et quia diei extremum erat, p. n. est i. Infra: *et diei vesper erat.* Item: *et iam die vesper erat.* Ceterum Tacitus, qui multa huiusmodi a Sallustio accepit, Hist. III. *extremo iam die*, inquit, *sua quisque in tentoria dilabitur.* Ciacc. — *Tò est* in manuscriptis non est. Rivius. — Positis castris; quo sensu *subsidere*, *insidere*, *sedere* et *oriri* apud Historicos. Liv. I. 14. *in insidiis.* et I. B. Pun. *' *quasi valles occultiores insedissent coorti in pugnam.* Nepos in Datam. cap. 8. *congredi quam cum tantis copiis refugere aut tamdiu* uno loco sedere. vide etiam Liv. III. 6. aliquando pro, *stare in gradu*, ut apud Nostrum in Iug. LIII. consederant equi *Numidaeque inter virgulta.* non quod equi revera decubuerant, sed figurate, sumta a feris bestiis tralatione, praedam eo statu captantibus. sic nostrates: *lie in ambuscade.* quod Hirtii locum in mentem revocat, qui sane quoties occurrit, toties mihi risum movet. Ille est huiusmodi: *Tale consilium sui recipiendi inierunt: fasces ubi consederant* [*nam in acie* sedere *Gallos consuesse superioribus Commentariis declaratum est*] *stramentorum ac virgultorum, quorum summa erat* in castris *copia* etc. *uno tempore incenderunt.* at quis umquam fando audiverit Gallos in acie sedisse? quovis pignore contendam, illa uncinis inclusa, ab aliquo Monacho qui minus intellexerit vim τοῦ *sedere* huic auctori adsuta esse. *fasces erant ubi consederant*, hoc est ut ipse postmodum explicat, in castris: *quorum summa erat*, inquit, *copia*; in acie? non opinor, sed in castris; ibi ergo consederant. certe nec illius Commentarii qui nunc supersunt, neque alterius cuiusquam moris huius meminerint. miror Vossium vero vultu rem tractasse. scio equidem, *sedere* et *considere* aliquando denotare sedendi actum, uti apud Liv. I. 25. consederant *pro castris duo exercitus.* at non pugnaturi sed specimen virtutis Trigeminorum visuri. Idem etiam Triarios sub vexillis consedisse ait, etiam in ipso rei discrimine. Liv. VIII. 8. at scin' quomodo? in statu scilicet militari, *sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris.* illumque pugnantium habitum excogitavit Chabrias; de quo Diodorus, Polyaenus, Nepos. verum *fasce sedere* inter pugnandum, novum est et inauditum. confer Florum II. 11. et II. 6. Liv. I. 9. 44. X. 26. XXVIII. 2. XXXIII. 28. XXXV. 29. Wasse.

PLERUMQUE NOCTIS PROCESSIT. Sic infra: *plerumque noctis barbari more suo laetari.* et: *Sed ubi plerumque noctis processit.* Infra, *multum diei processerat*, dixit. CIACCON.

OBSCURO ETIAM TUM LUMINE. Primam lucem, atque etiam antelucanum tempus, opportunum esse eiusmodi repentinis et improvisis invasionibus, et historia omnis aevi, et cotidiana experientia docet. Sic e. g. infra cap. 99. Marius Numidas et Mauros, in tali tempore, quum scilicet lux adventaret, defessos, ac paulo ante somno captos, repente maximo cum tumultu, clamore, strepitu ac terrore adortus, luculentam de ipsis victoriam reportat. Et apud Tacit. III. Hist. 8. de Flavianis: *Placuit occasio invadendi incuriosos,* (intelligit tres Vitellianas cohortes:) *simul id quoque mutilabatur, hos primo inermes pleroque oppressere.* Denique, ut de aliis taceamus, Iotapatam urbem, circa id tempus, quando maxime defatigatos custodes matutinus somnus occuparat, a Vespasiano captam, Joseph. lib. III. *Ἁλώσ.* cap. 13. narrat, et nuper, ante novennium, Magdeburgum a Caesareanis expugnatum fuisse, nemo nescit. RUPERT. — Citatur a Nonio fragm. ex IV. Histor. *Cum interim lumine etiam incerto.* in voce *Galliae.* CIACCON. — L. Valla I. 20. *Signo de etc. fugant.* WASSE.

ADHERBAL CUM PAUCIS EQUITIBUS CIRTAM PROFUGIT. Hanc historiam refert Diod. Sic. in Exc. Peiresc. pag. 360. RUPERT.

TOGATORUM. Intelligit negotiatores Italicos. Virg.

*Romanos rerum dominos gentemque togatam.*

Ennius Annal.

*Dum quidem unus homo Roma toga superescit.*

*homo toga*, est, *homo togatus.* ut *hospes Epheso*, *vinum Lesbo*, *vultur* 96 *sylvis*, ut recte A. Popma. Laberius in Ephebo apud Macrob. VI. 5. Sat. Licentiam ac lubidinem ut tollam petis *togatae stirpis.* et infra: *Idcirco ope nostra dilatatum est dominium* togatae *gentis.* Propert. IV. 2. 56.

*Sed facias divum sator, ut Romana per aevum*

*Transeat ante meos turba* togata *pedes.*

Togas etiam foeminas habuisse ostendit ad locum Virg. Servius. WASSE.

QUAE NUMIDAS INSEQUENTES A MOENIBUS PROHIBUIT. In manuscriptis et impressis quibusdam omissa praepositio est, *moenibus prohibuit.* utrumque mihi placet et utroque modo Cicero loqui consuevit. Caesar I. belli Gall. finibus *prohibere* dixit, sine addita praepositione. RIVIUS.

UNO DIE INTER DUOS REGES COEPTUM ATQUE PATRATUM BELLUM FORET. Sic Tacit. XII. *Ac ni proelium nox diremisset*, coepta patrataque *expugnatio eundem intra diem foret.* et III. *tum demum liberius* ortum patratumque *bellum Senatui scripsit.* Est autem *patrare bellum*, conficere sive perficere. Quint. lib. VIII. cap. 3. *Ductare exercitus, et patrare bellum*, apud Sallustium *dicta sancte atque antique*, *videntur a nobis.* V. C. *uno eodemque die.* CIACCON. et URSIN. — Sic Panegyristes ad Constantin. cap. 5. *Ita res simul coepta et patrata, iunctusque rebellibus fuit conatus et exitus.* RUPERT. — *Patratum.* Quod forte Eutropio reddendum II. 10. *tertio anno in Sicilia contra Hieronem bellum paratum est.* supra dixerat: *A. Claudius de Afris et rege Siciliae Hierone trium-*

placuit. hac voce usus est infra cap. 97. confer Florum II. 2. Orosium pag. 237. (qui hoc gestum narrat Anno U. C. 463. et sic 2 MSS. Codd.) Polybium I. 11. Wass.

Iugurtha oppidum circumsedit. In manuscriptis est, *Igitur Iugurtha.* nec aliter in impressis quibusdam. Rivius. — Prima vox abest Venetis, L. 2. 3. Ball. immerito. Wass.

Vineis turribusque et machinis. Veget. IV. de Re Mil. cap. 13. cuius interpretem agit Lips. in Poliorcet. lib. I. dial. 7. Meminit vinearum et Noster infra cap. 92. §. 6. Rupert.

Ab Atherbale Romam. Nomen urbis abest L. 3. Reg. *Atherbale Romam.* Wass.

Velle et censere etc. Ita MSS. optimi cum copula, tamen destitutae Edd. primae, et Nazar. videtur initio conruisse *velle* etc. eiusque loco unam alteramque habuisse literam quae deinde erasa. Gruter. — MS. Rittershusii omittit copulam; quod placet Sallustianae brevitatis caussa. Coler. — Codd. nostri nihil movent. Livius VI. 17. denunciatum Senatus verbis, *facesserent ex urbe.* VII. 32. denunciarent Samnitibus P. Rom. senatusque verbis, *ut* etc. Sic IX. 39. Wass.

De controversiis suis iure potius. Locus hic in omnibus vulgatis libris mancus deminutusque fuit: quem nos additis his verbis: *De*
97 * *controversiis suis iure potius, quam bello disceptare.* supplevimus ex codice Parcensi, quem nobis praestitit Gosvinus Rivius, vir cum religiosus, tum humanus. et sane abesse non possunt: sed negligentia librariorum omissa sunt, qui auctorem nostrum et aliis in locis frequentissime male mulctatum reliquerunt, ablatis aliquot verbis. Neque id, quod magis dolendum, in Sallustio solum, sed etiam in Cicerone, Livio, Plinio, aliisque multis auctoribus accidit, in quibus emendandis doctissimi viri certatim laborant, quoad germana lectio, eorundem indigna temporum iniuria depravata, tandem priscum recipiat nitorem, ac in integrum restituatur. Sed Ciceronis mentio paullo ante habita, nos admonet, ut locum quemdam summi illius oratoris, in omnibus exemplaribus corruptissimum, huc adscribamus. Eius verba ad senatum et ceteros haec sunt: *Amicosque in patris eius fide, atque indicio probatos hortatus sum.* quae ex vetustissimo illo, et omnium integerrimo codice, ex quo infinita paene loca Titus a Popma in Emendationibus suis in Epist. ad Familiares restituit, quas brevi in communem rei litterariae utilitatem emittet, hoc pacto legenda sunt: *Amicosque patris eius, atque avi indicio probatos hortatus sum.* C. Popma. — Sententia isthaec in nulla extat membranarum nostrarum, in nulla editionum antiqq. quia tamen asseverat Popma invenisse in calamo exaratis codd. haud ausus sum excludere, praesertim cum optime quadraret clausulae proxime sequenti. Gruter. — B. Pub. L. 3. Reg. Oxonienses omnes, Pomb. Marckiani, Venetae, Martin. omittunt. nescio item an Arond. et L. 1. 2. Wass.

Ita seque illisque dignum esse. Tres libri *dignum fore*, quod probo. Sic infra, ubi vulgatur, *itaque delicta occultiora fuere*, Bongarsii codex praefert *occultiora fore.* Putsch. — Cum extent codd. in quibus *dignum fore*, nihil certius, quam eiiciendam et hanc et aliam

retento solum, *ita aeque illisque dignum.* GRUTER. — Bongars. ad Iustini lib. IV. cap. 5. §. 2. praefert illorum librorum lectionem, qui habent, *Ita aeque illisque dignum fore.* Est autem hic notanda usitata formula in legationibus. Attici dicunt: *καὶ γὰρ ἄξιον.* Euripides Telepho: *ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.* Ita in legationibus concludi solebat, ut in principiis edictorum dicebant, *Bonum factu est.* Scal. ad Priap. pag. 218. RUPERT.

## CAP. XXV.

SED IS RUMOR CLEMENS ERAT. Perperam in Merseburgensi et aliis plerisque, *his rumor.* Porro *clemens* pro *non nimius* ponitur; cuius et Priscianus meminit. RIVIUS. — Hoc est, non firmus aut constans, ut Cic. loquitur. CIACCON. — Alii *Sed his rumor clemens erat* scripserunt. Sed cum in antiquis libris, et Prisciano, prior lectio reperiatur, eam retinendam censeo. C. POPMA. — Male heic Ciacconius; vult enim auctor, rumorem infra verum fuisse, minusque atrocia vulgasse quam erant. GRUTER. — Venetae, Martin. L. 2. *demens*, pessime. caeteri omnes sapiant. firmat etiam Priscian. pag. 1202. et adducit locum Platonis: *πρὸς ταῦτα ἠπίως ἔχω*, *ad alia* ἐρωτικῶς. *clementer, non nimium.* Q. Septimius IV. 10. *Namque antea rumorem proditionis ortum clementer, per exercitum in verum traxerant.* Eodem fere sensu apud Statium Theb. IV. 346. *fama mollis.* Plebes

*Moesta ducis furiis nec molli territa fama.*

et Apuleium Metam. *Nec sui molliorem provocaverat.* WASSE.

NEQUE CARIUS AUCTORITATE SENATI ESSE. Vox postrema spuria est, quod vel detegat Commelin. noster, in quo visitur post *quidquam*, non post *Senati.* GRUTER.

AB ADOLESCENTIA SUA ITA SE ENISUM. Augustanus delet τὸ *sua.* Supra: *Ita ab adolescentia vitam instituisse.* PUTSCHIUS. — Sic MSS. meliores omnes, absque *sua*, quod * intersparsum patrum primum me- 99
moria; neque adgnoscit editio primaria una atque altera. GRUTER. — abest L. 3. Ball. Martin. WASSE. — Voss. III. de Anal. 31. hunc locum citat, sed aliter, quam legitur in Coleri et Ciacconii editione, nimirum: *Se enixum. Unde liquet*, inquit, *falli Grammaticos, qui enixus de partu, enisus de alio quovis conatu dici semper putant.* Cautius Diomedes, qui agnoscit confundi a vett., sed addit: *nisus* melius dicere. RUPERT.

VIRTUTE NON MALITIA P. SCIPIONI, SUMMO VIRO, PLACUISSE. Incerta est distinctio, sitne dictum, *virtute* et *malitia*, ad priora referendam, an ad posteriora. Badius ad posteriora retulit, fortassis quod magis quis malitia placet, quam probetur: at ego puto aeque malitia neminem placere, atque neminem probari. Ideoque ambiguum est. GLAREAN.

OB EASDEM ARTES A MICIPSA. Legendum *arteis.* RIVIUS.

ATHERBALEM DOLIS VITAE SUAE INSIDIATUM. Frequens Strategema. Vid. Eryc. Putean. lib. II. Hist. Insubr. pag. 137. Curt. lib. IX. cap. 7. §. 5. Vind. ad I. Hist. Tac. pag. 75. Eandem fraudem

frausus est Nero, quum Agrippinam interfecisset. Tac. lib. XIV. Ann. cap. 11. Pyrrhus apud Dionys. Halic. in Exc. Peiresc. pag. 540. Eiusdem criminis socius Caesar Octavianus, apud Suet. in Aug. cap. 27. Rhescuporis apud Tac. lib. II. Ann. cap. 65. Spartian. de Caracall. pag. 86. *Post patris mortem, in castra praetoria pergens, apud milites conquestus est, circumveniri se fratris insidiis: atque ita fratrem in Palatio fecit occidi.* Busbeq. ep. I. Leg. Turc. pag. 89. *Est hoc omnino utrique genti commune, non minus Turcis, quam Hungaris, ut cum ipsi iniuriam fecerint, ultro expostulent.* Haec ipsa fraus Ptolemaei Physconis Diod. Sic. in Exc. Peiresc. pag. 351. de Annibale Liv. lib. XXI. cap. 2. Rupert.

Quod ubi comperisset, eius sceleri obviam isse. *Tò eius* non est in omnibus vetustis, et addititium mihi videtur, ut et alia pleraque; sed in manuscriptis quibusdam est tamen. Porro *obviam ire* hic est *resistere:* sic Cicero *malorum conatibus obviam ire* dixit. Rivius. — Alius forte scripsisset, *eo sceleri obviam isse*, reiecto *quod ubi comperisset*, ceu supervacuo. Gruter. — Infra Bodl. et Marckii 1. *regno adeptatum esse.* Pro *neque recte* Bod. *bene.* L. 3. omittit *neque.* receptam lectionem firmat Apuleius Apol. II. *si haec reputans, formae aut divitiarum gratia, me ad aliam conditionem reservarem: neque* pro amico *neque* pro Philosopho *facturum.* Caesar B. G. V. 7. *Nihil hunc se absente*, pro sano facturum *arbitratus.* hoc est, *amice, sane.* Plaut. Menaechm. Pro sano *loquaris, qui me meo appellas nomine.* Liv. XXXIX. *Primum adeo incredibilis visa res, ut non pro vano modo, sed vix pro sano nuncius audiretur.* Propert. alicubi:

*Neu tibi* pro sano *verba benigna cadunt.*

Ovid. Trist. I. Eleg. 7.

*Illud amicitiae sanctum et venerabile nomen*
*Re tibi* pro vili *sub pedibusque iacet.*

Epist. III.

*At mea* pro nullo pondere *verba cadunt.*

Noster Cat. VII. *facta* pro maxumis *celebrantur.* Ovid. Amor. II. 11.

*Omnia* pro veris *credam sint ficta licebit.*

et 13.

*Est mihi* pro facto *saepe, quod esse potest.*

Tacitus Ann. XII. *Pugna nobis* pro meliore *fuit.* Apuleius Metamorph. V. pag. 163. *Placet* pro bono *duobus malum consilium.* Celsus III. 22. *sive biliosa urina est, sive sanguis fluxit*, pro veneno est. Tacitus Ann. XIV. 60. *Postquam cuncta scelerum suorum* pro egregiis *accipi videt.* Terent. Adelph. III. 2. pro virgine *dari nuptum non potest.* i. e. *virgo*, inquit Donat. ut nunc plane est pro nova i. e. *nova.* Iustin. XXXIII. 3.
99 * *Itaque cum conserto proelio superior fuisset, quoniam tamen a Sicilia* abiret, pro victo fugere *visus est.* Illud *fugere* ab interprete aliquo additum existimo, certe elegantius abesset, si per libros liceret. Wass.

Neque recte, neque pro bono facturum. Apuleius Apolog. II. *Si haec reputans, formae aut divitiarum gratia, me ad aliam conditionem*

*reservarem*; *neque* pro amico, *neque* pro Philosopho *facturum*. Ciaccon. et Rupert.

Si ab iure gentium sese prohibuerit. Id est, *ab ultione*. Legimus apud Tacitum: *Consuleret securitati iusta ultione*. Vide, quae huc pertinent, apud Grot. lib. II. de Iure B. ac P. cap. 20. num. 8. Bernecc. Not. in Iustini lib. XVI. cap. 1. §. 10. lit. d. Rupert.

Romam brevi se esse missurum. In manuscriptis hae duae voces, *se esse*, desunt. an autem elegantius absint, aliorum esto iudicium. Rivius. — *Romam* in marg. tantum exhibet Pemb. nec eo opus est. Wasse.

Neque propter naturam loci. Manuscriptum, *neque propter loci naturam*. quomodo et ex impressis quaedam; Merseburgense vero, *neque per loci naturam*. ut sit sensus: Loci natura obstabat, quo minus expugnare Cirtam posset. Rivius.

Formidinem ostentare. *Iste tum petere ab illis, tum minari, tum spem, tum metum ostendere*. Cic. Verrin. IX. 75. Wasse.

Ad virtutem arrigere. In manuscriptis est, *erigere*. sed et prior lectio mihi placet, nam et alibi Sallustius: *Eos non paullum*, inquit, *oratione sua Marius arrexerat*. Rivius. — Revocavi scripturam omnium scriptorum editionumque veterum, quorum nullus agnoscit Carrionis *arrigere*. Gruter. — Marckii λ. *arrigere*. Pemb. B. Pub. et Codex Laudi. sic Noster I. 13. Iug. 86. et 98. *erigere animum* apud Cic. saepissime. alterum maluit Virg. Aen. V. 138.

— — *Exsultantiaque haurit*
*Corda pavor pulsans laudumque* arrecta cupido.

Georg. III. 105.

*Cum* spes arrectae *iuvenum*.

utroque loco MSS. nostri minus bene *arreptae*, *arrepta*. at Aen. I. 579.

*His animum* arrecti *dictis*.

sicque III Codd. MSS. Male tamen eundem interpretatur: *Sustulere animos*, Ruaeus XII. 251. ibi valet *advortere animos*, ut apud Ter. *Arrige aures*. atque *animum* Liv. arrecti *ad bellandum* animi. VIII. U. C. Tacit. An. III. 9. Puto apud alios saepius mutatum in *erigere*, quia alterum in obscoenis, ut apud Suetonium et Martialem saepissime. Auson. Paneg. sed alio sensu: *sed tamen ad hoc dictum* erexerant animos. pag. 723. U. C. 40. Sulpicius Severus Dial. I. cap. 7. *Quae cum reprimi Sacerdotum auctoritate non posset, scaevo exemplo ad* regendam *Ecclesiae disciplinam Praefectus assumit*. Membranae antiquiss. Aul. Trin. a prima manu *erigendam*. recte. paulo infra pro *quem nunc idem* MS. *qui n. i.* Lucanus VII. 384.

*Voce ducis flagrant animi*, *Romanaque* virtus
Erigitur.

VIII. 76.

— — Erige *mentem*:
*Et tua cum fatis pietas decertet et ipsum*
*Quod sum victus amo*.

Mallem ubique apud Nostrum legi *arrigere*. vide Diomedem pag. 440. 100

Sic Cat. XL. *vetus certamen animos eorum* arrexit. unus ex omnibus Mart. *erexit*, quomodo et Hegesippus I. 30. erectis *universorum animis*. WASSE.

NECESSARIARUM. *Necessarium* Reg. Martin. nisi fallor. Venetae. Aldina 1526. Crispini, Parei Edd. et Amstelod. 1675. et sane Marckii λ. *necessarium* ex manu emendatrici habet. caeteri Codd. Carrionis et Gruteri Edd. eam, quam exhibuimus, lectionem repraesentant. Oxonienses omnes *necessarium*. WASSE.

BELLUM NON POSSE TRAHI. In manuscriptis et aliis: *bellum trahi non posse*. RIVIUS.

MAXIME INPIGROS DELEGIT. Id est, callidos, versutos, et astu semet occultare gnaros. Cuiusmodi astus permulta passim in historiis occurrunt exempla. Sed et stratagematum scriptores, Polyaenus et Iulius Frontinus, atque hic praesertim lib. III. cap. 13., non pauca suggerunt. Insignis inter alios astus in tali re extitit Xenophanis, legati Philippi Regis, ad Hannibalem missi; cum in media praesidia Romana cum suis illatus esset. quam historiam copiose describit Liv. lib. XXIII. item maiorum aevo, apud Graecos, Ioannis Nothi Michaelis Despotae, qui in castello quodam obsessus, consilium iniit huiusmodi: *Observata novilunii obscurissima nocte, fune se de muro demisit: deinde cum alias transitus ei non pateret, clam in hostium castra, laceris vestibus descendit, et ne agnosceretur, magna voce, et verbis ex parte barbaris, per tota castra, velut amissum equum, clamitavit, turba interim militari eum deridente, et exsibilante, suavissimisque dicteriis exagitante. Ipse vero dolo hoc usus, interim castra incolumis pertransiit.* ut pluribus narrat Niceph. Gregoras lib. IV. in rebus Michaelis Palaeologi. Ceterum eiusmodi fallendorum hostium conatus non semper pro bono cesserunt, ut vel ex ante dicti Xenophanis historia apud Livium cognoscere est. RUPERT.

POLLICENDO. Bodl. *pollicitando. miserando casum* recte libri. Vid. Iug. 66. Cat. 41. et 53. Lucret. III. 883.

> *Proinde ubi se videat hominem* miserarier ipsum,
> *Post mortem fore, ut aut putescat corpore posto,*
> *Aut flammis interfiat malisve ferarum.*

et VI. 1228.

> Illud *in his rebus* miserandum *et magnopere unum*
> *Aerumnabile erat.*

*Misero* pro *misereor* etiam apud Attium in Athamante: *Atque ita de illis merui, ut iure haec numquam* miserarent male. Liv. XXII. 49. absolute: *Cave frustra* miserando, *exiguum tempus e manibus hostium evadendi absumas.* Caesar formam Sallustianam sequitur B. G. I. 29. *Hic* (timor) *primum ortus est a Trib. militum, ac Praefectis, reliquisque qui ex urbe amicitiae causa* Caesarem *secuti*, magnum periculum miserabantur, *quod non magnum in re militari usum habebant.* Pessime ibi, ut fere solet, Ursinus, *rebantur*. eodem enim capite: *Cum familiaribus suis* commune periculum miserabantur. Nec aliter VII. 1. et B. Civil. II. 41. vide Nonium Marcellum pag. 146. WASSE.

MISERANDO CASUM SUUM. Tacit. Ann. I. *Planci gravem et immeritum casum, simul quantum dedecoris adierit legio, facunde miseratur.* CIACCON.

LITERAE ADHERBALIS IN SENATU RECITATAE SUNT. *Sunt* non est in manuscriptis neque ceteris vetustioribus. RIVIUS.

QUARUM SENTENTIA HAEC FUIT. Vox ultima superabundat. GRUT.

## CAP. XXVI.

* SAEPE AD VOS ORATUM MITTO. Vaticanus, *saepe vos oratum mitto*, 101
pro vulgato *ad vos.* deinde: *Micipsae patris beneficia*, omisso vulgato *meiane fame acrius urgear incertum est*, ubi vulgati *incertus sum;* forte delendum τὸ *est.* PUTSCH. — *Ad vos saepe* Valla I. 28. WASSE.

SUBIGIT. Male Venetae Bodl. Ball. *subegit. adoratum* Marckii 7. in textu, in marg. pro varia lectione *oratum.* caeterum *subigo* eleganter pro *cogo.* Glossae: ὑποτάττομαι, βιάζομαι. alibi Noster pro *domare* posuit. verbum plane rurestre. Varro R. R. II. 4. *pastum exigunt, aestate mane, et antequam aestus incipiat*, subigunt *in umbrosum locum.* pro *abigere* pecus. item pro κατεργάζεσθαι, *colere, arare.* Cic. pro lege Agrar. glebis subigendis *exercitati.* Columel. II. *tempora* subigendi arvi. Glossae etiam: μάσσω ἄλευρα ἢ πηλόν. Eo sensu Cato de R. R. *farinam in mortarium indito, aquae paulatim addito*, subigitoque *pulchre.* Pro *fodere* Virg. scrobibus *mandet mutata* subactis, primo significatu Plautus Amph. V. 2. *mea* vi subacta *est facere.* Rud. III. 3. *metus has id ut faciant* subigit. Truc. IV. 2. Pseud. I. 1. Curt. IV. 11. Virg. Aen. III. 257. adde Liv. I. 22. pro *domare* Iustin. XXXI. 6. ubi se nequaquam expediunt interpretes: *cum Romano, seu occupaveris prior aliqua, seu viceris, tum etiam cum victo et iacente luctandum esse.* error ex scripturae compendio natus: recte membranae Cantab. *tamen etiam.* quod vox *cum* geminatur, id satis ex more Iustini, qui reduplicationes amat. sic in eo capite: *sin vero quis illis Italia* etc. *ac si quis.* VII. 1. pulso *deinde Mida* etc. *aliisque regibus* pulsis. sic *vos* II. 12. *in* XIII. 1. *propter* XIII. 2. *tunc* XIX. 2. *cum* I. 8. XXXVII. 11. *Nam et eo quo genitus est anno, et eo quo regnare primum coepit.* et XXXVIII. 8. *sequantur se modo fortiter, et colligant, quid se duce.* sic ibidem *vocibus vocet*, et similia sexcenta. Sed revertamur. Avienus in Ora Marit. *sed si* voluntas *forte quem* subegerit. eo sensu quo Terentius: *tu coactus* tua voluntate es. Noster Catil. *aut metus aut iniuria te* subegit. Arnobius pag. 30. *Quid ergo vos* subigit, *quid hortatur maledicere?* WASSE.

QUEM TANTA LIBIDO EXSTINGUENDI ME INVASIT. Sic in cunctis. alioqui suspicari possis, *exstinguendi mei* legendum, ut videlicet vocales concurrentes locum errori fecerint. sed nihil immuto. RIVIUS.

QUAM OMNIA. Vid. cap. 71. *abnuentes* omnia. Liv. II. 30. *Plebes omnia quam bellum malebant.* Ovid. Metam. XII. 202.

— *Da foemina ne sim,*
Omnia *praestiteris.*

XIII. 404.

— *Priameïa coniux*
*Perdidit infelix hominis* post omnia *formam.*

XIV. 272.

— *Dicta acceptaque salute*
*Diffudit vultus et reddidit* omnia *votis.*

Catullus. Vossii pag. 49.

— *Iocaris una,*
*Haeres ad latus,* omnia experiris.

Demosthenes contra Ctesiph. pag. 319. *Οἱ μὲν ἀναίσθητοι Θηβαῖοι φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο. ΠΑΝΤ' ἐκεῖνος ἦν αὐτοῖς.* Apuleius II. Flor. pag. 225. *Nondum eius* omnia *commemoravi.* Statius Theb. VI. 330.

— *Ipsi etiam* post omnia, *comminus ipsi*
*Stabitis?*

Thucyd. V. 100. *ΠΑΝ πρὸ τοῦ δουλεῦσαι ἐπεξελθεῖν.* Noster vertit *denique* omnia malle *quam victi abire.* Iugurth. 81. Cicero Quint. §. 26. *quid haec immaturitas tanta significat? non vim? non scelus? non latrocinium? non denique* omnia *potius*, quam ius, *officium, quam pudorem?* et Tusc. V. 1. *Nihil est enim* omnium, *quae in philos. tractantur, quod gravius magnificentiusque dicatur.* Wasse.

Ut neque vos, neque Deos immortales. Vide notam ad h. lib. cap. 5. §. 1. Rupert.

Socius atque amicus. Sic Codd. omnes. recte. Supra Noster Cat. 16. *His* amicis sociisque *confisus.* et 6. sociis *atque* amicis *auxilia*
102 *portabant.* * magis ex formula Sulp. Severus H. Sac. II. 23. *decreto Senatus* socii atque *amici appellati.* at nihil mutant MSS. aut antiquitus eusi. *mei* om. Gruteriana, habent Nostri. Wasse.

Dehortatur me fortuna mea. Τὸ *me*, licet in Fabriciano sit, non reperi tamen in aliis vetustioribus. ac elegantius abesse poterit, nullo sensus detrimento. Rivius.

Etiam antea expertus etc. Esset rotundius, *etiam ante expertum, parum fidei.* Gruter. — Om. *mihi* Ball. L. 2. 3. Wasse.

Parum fidei miseris esse. Praesertim apud illos albae gallinae filios, omniumque rerum copia affluentes. Neque enim facile calamitates alienas aestimat, qui nullas unquam expertus est. Theseus, Atheniensium Rex, apud Sophoclem, in Oedipode Coloneo ait, se, *cum et ipse malis plurimis in aliena senserit terra, multisque caput periculis obiecerit, minime adduci posse, ut hominem externum, ac senem calamitosissimum, non sua ope iuvet.* Simile etiam illud Didonis apud Maronem:

*Non ignara mali miseris succurrere disco.*

Rupert.

Nisi tamen. Alii *tantum* pro *tamen* legunt, quod magis placet, quamquam satis adhuc obscurus manet sensus, quem ego non prorsus intelligo. Soldus exponit: *Supra quam ego sum:* id est, *Numidiae regnum sive imperium quod vestrum est.* Lector cogitet quid malit. Glar. — *Nisi* valet *sed*, quomodo idem locutus cap. 67. *Nisi, quod illi in tanto malo turpis vita integra fama potior fuit, improbus, intestabilisque vide-*

*tur.* et: *nisi tamen resp. pariter ac saevissimo imperio bene atque decore gesta.* Sic et ab aliis usurpatur; dixit enim Cicero Epist. 1. lib. XIII. ad Memmium: *Nisi tamen multo minus tibi concedi potest.* et ibidem Ep. 73. *De re nihil possum iudicare: nisi illud mihi certe persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse.* et ad Atticum Epist. 14. lib. V. *Nisi tamen id erit mihi gratissimum.* et ad eundem Epist. 6. lib. XI. *Nisi illud erat infinitum.* et ibidem Epist. 23. *Nisi illud quidem mutari non video posse.* et ad Hirtium lib. IX. apud Nonium: *Dicis, quid quaeso istuc intererat? nescio; nisi tamen id erat mihi iucundum.* Item in oratione pro Sex. Roscio? *Quid erat, quod Capitoni primum nunciarit; nescio. nisi hoc video, Capitonem in his bonis esse socium.* Et Plautus in Epidico Act. II. *Si placebit, utiminor Consilium: si non placebit, reperitote rectius. Mihi istic nec seritur nec metitur. nisi ea, quae vis, volo.* et in Persa Act. II. *Dii Deaeque te omnes perdant: Nisi hodie, si prehendero, defigam in terram colaphis.* Et in Sticho Act. I. Sc. 2. *Miror, quid fiet: Nisi ut periculum fiat, visam quid velit.* Et Terentius in Andria Act. IV. Sc. 1. *Nescio, nisi mihi Deos fuisse iratos scio, Qui auscultaverim.* quo in loco Donatus foede errasse mihi videtur, mutilum locum esse existimans; haec enim dicit: *Deest quia; ut sit, Nisi quia.* Et Eunuch. A. IV. Sc. 4. *Nequeo satis mirari, neque coniicere, Nisi, quicquid est, procul hinc libet prius, quid sit, sciscitari.* et Act. V. Scen. 1. *Nescio, nisi amasse credo Pamphilum.* et Act. V. Scen. 6. *Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum. Nisi quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo.* Et Heaut. Act. II. Sc. II. *Ioco an serio illaec dicat, nescio: Nisi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.* et Actu IV. Sc. 1. *Nisi aliquid video, ne esse amicam hanc gnati resciscat senex.* Et Adelph. Act. I. Sc. II. *dixit velle uxorem ducere: Sperabam iam deferbuisse adolescentiam; gaudebam. ecce autem de integro, nisi quidquid est volo scire, atque hominem convenire.* et Act. IV. Sc. II. *Nequeo satis decernere: Nisi me credo huic esse natum rei ferundis miseriis.* quo in loco male Donatus. et Act. IV. Sc. 5. *Nescio, nisi quia tam misere hoc cupio esse verum, eo vereor magis.* Et Phormione Act. III. Sc. 1. *Nescio, nisi * Phaedria haud cessavit pro te eniti.* et Act. V. Sc. 7. *Nescio, nisi me dixisse nemini, id certo scio.* 103 Et Hecyra Act. I. Sc. 2. *Quid egerint inter se, nondum etiam scio: Nisi sane curae est, quorsum eventurum hoc siet.* et Act. II. Sc. 3. *Nec qui hoc mihi eveniat scio: Nisi pol filium multis modis iam exspecto ut redeat domum.* Gellius quoque lib. X. cap. 12. '*Item aliud,* inquit, *quod hercle an ponerem, dubitavi, ita est deridiculae vanitatis, nisi idcirco plane posui, quod oportuit nos dicere.* Et Plin. lib. 35. cap. 11. *Nisi accitus a rege* etc. sic enim legendum ex omnibus antiquis libris; non, ut in pervulgatis, *sed.* De Graecisantem Aristoph.

Εὖ τοι λέγειν ἔμοιγε φαίνεσθον πάνυ,
Πλὴν ἓν μόνον δέδοικα.

A. Manut. — Glareanus in sententia torquetur, hoc est, terebratum pertundit. Veteres tamen, inquit, quidam: *nisi annum intelligo illum.* Sic Coloniensis quoque: et labebar ut scriberem: *nisi anno intelligo illum, supra quam ego sum, petere. Anno* pro *pridem.* Plaut. in Amphitruone:

*Etiam histriones anno cum in proscenio hic*
*Iovem invocarunt, venit.*

Truculento:

*— qui quasi uxorem sibi*
*Me habebat anno, dum hic fuit.*

Lucilius:

*Utram anno an horno te abstuleris a viro.*

Ita ergo fortassis hic Sallustius: et id tamen in medio relinquo; de cetero, nihil mutandum. Hoc enim dicit: intelligere se supra quam ipsius fortunae sint, spirare Iugurtham; et per suum latus Romanos petere, bellumque cum ipsis etiam sibi deposcere; aliter enim nunquam venturum fuisse, ut se regno spoliaret: quod facere sciret se non posse, quia Romanorum arma lacesseret. Palmer. — Locus hic, librariorum incuria, turpiter foedatus est, nonnullique eruditi viri, summo studio summaque industria elaborarunt, ut antiquam et sinceram lectionem restituerent. Sed quamvis diu multumque quaesierint, nihil excogitare potuerunt, quod aliquo modo veterem scripturam referret. Non celabo lectorem quorundam opinionem, existimantium hoc pacto esse legendum: *Nisi tamen intelligo illum, supra quam ego sum, petere, et simul amicitiam vestram et regnum meum sperare.* Et hanc quidem lectionem confirmari ex eo putant, quod paullo ante scribit Sallustius, Iugurthae nihil carius auctoritate Senatus fuisse, et ita ab adolescentia vitam instituisse, ut ab optimo quoque probaretur; virtute, non malitia, P. Scipioni summo viro placuisse. C. Popma. — *Nisi annum* quidem, teste Glareano, et sic Coloniensis; unde Palmerius, *nisi anno*; nostri *tamen*. L. 3. *tantum*. Wasse. — Hic locus e praecipuis est, qui Philologos torquet. Soldus exponit: *Supra quam ego sum*, id est, Numidiae regnum, sive imperium, quod vestrum est. Glareanus, hac sententia explosa, nihilominus obscurum ait locum, quem prorsus non intelligat. Popma de eodem: *Locus hic*, inquit, *librariorum incuria turpiter foedatus est* etc. Ego multus esse possem in refellendo tam ridiculo conatu, ac Sallustii sententiam magis magisque obscurante: sed tantum animum meum aperio, vim horum verborum mihi non videri deperditam. Ut permoveat Adherbal Romanos, validissimam admovet machinam, et ait: *Hoc unum vos celare non possum, non ita vitam meam Iugurtham petere, ut ea mihi ademta quies sit. Est profecto aliquid dignitate mea sublimius; est vestra maiestas, quam violat et conculcat. Siquidem dum ita regno meo inhiat, neque quicquam pensi habet, an offensam et indignationem vestram ignorare potest? Nemini occultum est, utrum gravius existimet, hoc est, iam*
104 *factis suis satis superque declaravit, * vilem sibi esse prae regno P. R. amicitiam et maiestatem.* Hisce dictis iam succedit ἐπιτροπή, uti vocant Rhetores, sive concessio: Esto sane ut nihil ad vos pertineat, quod Hiempsalem occiderit, quod regno me expulerit; at vestrum hoc est, quod armis tenet, vestrum imperatorem clausum obsidet, vestros legatos toties contemsit. Quis ergo non videt, supra quam ego sum, petere, vel ultra meam caedem iniuriam extendere? Concludit posthaec epistolam maxime miserabili συγχωρήσει sive permissione: *Non obsto quo mi-*

*nus mihi vita eripiatur, dum ne illud pati cogar ab impio et crudeli inimico.* Rupert.

Utrum gravius existimet. Omnino legendum *utrum gravius aestimet.* Caesar lib. VII. *haec si gravia aut acerba videantur, multo illa gravius aestimari debere.* et lib. III. de Bello Civili: *Leviusque tempestatis quam classis periculum aestimaverunt.* Sic enim legitur in manuscriptis exemplaribus, non *existimaverunt.* Ciaccon. et Ursin. — Comm. praeposuit *et utrum.* Gruter.

Initio. B. Pab. *initia.* Arond. L. 2. 3. *in initio*, male. Wasse.

Nihil ad vos. Dictiones hasce tres suspicor manasse a Glossographis. Gruter.

Regnum vestrum. Pronomen abest Balliol. Infra Reg. omittit *vos* in *vos Imp.* Digb. L. 1. 3. Venetae, *quid reliquum nisi.* Wasse.

Imperatorem Numidis posuistis. In Catil. *Lacedaemonii devictis Atheniensibus, triginta viros imposuere.* Ciaccon. — Illud *vos* abest Pal. tertio, nec requiritur; suspecta praeterea dictio *Imperatorem*, ac fere est, putem fuisse, *quem vos Numidis imposuistis.* Gruter. — Petron. pag. 389. *Quum interim* Imperator provinciae *latrones iussit crucibus adfigi.* i. e. *Praeses.* Wasse.

Clausum obsidet. Ita restitui, obelo transfixis *clausum tenet atque obsidet*, quod mediae illae voces in nullo invenirentur MSS. in nulla editionum veterum, ne in Aldina quidem; natas puto a Carrione. Gruter. — Desunt Venetis, Mart. Pemb. Marchii γ. Ball. sed Reg. Arond. agnoscunt et Oxonienses quidam. Marckii λ. *clausum tenet*, male, cum vox ultima praecesserit. Wasse.

Vis vestra. Hoc est: cum privatorum monitus et legatorum verba neglexerit, reliquum est ut aperta vi armisque ab incepto dimoveatur. Opponuntur inter se *vis* et *verba*, ut apud Xenophontem Exped. VII. 421. *Οἷ δ' ἂν φανεροὶ ὦσιν ἀλήθειαν ἀσκοῦντες, τούτων οἱ ΛΟΓΟΙ, ἤν τι δέωνται, οὐδὲν μεῖον δύνανται ἀνύσασθαι ἢ ἄλλων ἡ ΒΙΑ.* *Pellitur e medio* sapientia, vi *geritur res.* Terent. Eun. IV. 6. *Usque adeo ego illius ferre possum ineptias, et magnifica verba,* Verba *dum sint: verum enim si* ad rem *conferentur, vapulabit.* Cicero Catil. *Haec si tecum patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit?* Inde apud Tacitum legiones *quarta et duodevicesima, quarum seditio non in vim eruperat,* dicuntur *non ultra* verba *ac voces errasse.* Noster Fr. I. 16. *Quousque cunctando Remp. intutam patiemini,* et verbis arma *tentabitis? delectus adversum vos habiti: pecuniae publice et privatim extortae: praesidia deducta atque imposita: ex lubidine leges imperantur; cum interim vos legatos et* decreta *paratis.* Hom. Iliad I.

*Ἀλλ' ἤτοι ΕΠΕΣΙΝ μὲν ὀνείδισον* etc.

Wasse.

Nam ego quidem etc. Deleri posset *ferunt.* Gruter. — Servius Fuldan. ad I. Aeneidos melius sic citat: *Nam ego quidem vellem, et haec quae scribo, et illa quae antea in Senatu questus sum, vana ferrent potius, quam miseriam meam verbis fidem.* Videtur posse legi, *vana fore potius, quam miseriam meam verbis fidem fuisse.* Putsch.

105 * Vana forent potius. Deleri posset *forent.* Grut.

Quam miseria mea fidem verbis faceret. In nonnullis est: *vobis faceret.* sed alterum, quod in manuscriptis quoque est, magis probarim: pro, ad credendum mihi vos impelleret: seu, ad habendam fidem verbis meis induceret. Rivius. — L. 1. Venetae *vobis.* Marckii γ. *miseriae meae f. verbis.* Wasse.

Ut Iugurthae scelerum ostentui essem. Id est, ut ostenderem; alias, ut ostentarem. Infra: *Illa deditionis signa ostentui credere.* licet paulo diversiore significatu. Tacit. XII. *Auribus decisis vivere iubet,* ostentui *clementiae suae.* et XV. *Iturum Tiridatem* ostentui *gentibus, quanto minus quam captivum.* et: *Ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut* ostentui *esset multum vitalis spiritus egestum.* Est ergo, *ut in me Iugurthae scelera ostenderentur.* Ciacc. et Ursin. — Tacitus lib. I. Hist. *Nova iura Cappadociae, nova Africae, ostentui magis quam mansura.* Varietatem lectionis in scriptis libris e Rivio et aliis disces, neque tum negabis, minimum nobis permisisse, ut haec emacularemus: *late explorare omnia, illa deditionis ostentui credere, insidiis locum tentare. Deditionis ostentui*, sunt, *signa deditionis*; sed amplius, ad ostentationem etiam comparata. Ita *virtutis ostentui, roboris ostentui*, sunt harum rerum signa et exempla. Palm. — Hac forma usi Spartianus in Severo cap. 19. *Postea invadentibus multis Remp. res Romana praedonibus* direptui fuit. Capitolinus in Vero cap. 7. Risui fuit *omnibus Syriis.* Vopiscus Aureliano XXX. *Triumpho mulierem reservavit, ut P. Romani oculis esset* ostentui. Vid. Tacitum etiam I. 29. XII. 14. Hist. I. 78. apud eundem Hist. I. 49. pro, *metus temporum obtentui* Mirandulanus, *mores obtinuerat.* receptam lectionem tuetur Cl. Ryckius. vide An. I. 9. Apuleius Metam. I. pag. 14. *ac simul e promtuario oleum* unctui, *et lintea* tersui. Apol. I. *levia* sustentatui, *gravia* demersui. Lactant. de Mort. Pers. V. *Legatisque nostris semper* ostentui. Sulpic. Severus Histor. Sacr. II. 41. *promisso eidem Consulatu si* rem effectui *tradidisset.* Wasse.

Non iam. Reg. *non tam aerumnas n. m.* caeteri cum editis. Wasse.

Tantummodo inimici imperium et cruciatus corporis deprecor. Haec nimirum vera lectio est, quamvis in Beroaldino sit, *cruciatus corporis ut evadam deprecor.* [uti et Reg. W.] Fuit credo qui non intellexerit elegantem usum verbi *deprecor.* is ea quae supersunt adiecit de suo, atque hoc deinde forte e spatio irrepsit in contextum. Rivius.

Uti libet consulite. MSS. quidam: *uti placet consulite*; vulgatam tamen lectionem quo libentius retineam facit, quod eam plurium codicum auctoritate comprobatam invenio. C. Popma. — In nullo meorum offendi Popmae *uti placet.* Gruter.

Me ex manibus. Praepos. abest L. 3. Arond. B. Pub. Bodl. Marckii λ. Pemb. L. 2. *de m. er. imp.* Aldina *m. ab im.* eorum auctoritate induxi. Wasse.

Eripite per maiestatem etc. Intruserant alii *eripite per vos, per maiestatem* etc. sed abdicunt MSS. simul et olim publicati. Gruter.

## CAP. XXVII.

Et quamprimum Atherbali subveniendum. *Τὸ et* in duobus manuscriptis non erat. Rivius.

Interim de Iugurtha consuleretur. Sic * in manuscriptis, nisi quod in Fabriciano *τὸ uti*, quod Gymnicus habet, additum in spatio erat. Rivius. 106

Summa ope enisum est, ne tale decretum. In aliis, *summa ope enisam*, omisso verbo substantivo; et sic codices in membrana descripti. Rivius. — Servant e nostris Reg. L. 3. Mart. *γ*. Ball. Bodl. *summa ope* Ita reddit Thucyd. *πάσῃ τῇ γνώμῃ*. Wasse. — *Enisum est* dixit passive, tanquam *enitor* esset passivum, ut supra *interpretatum* ab *interpretor*. Glarean.

Ita bonum publicum. *Uti plerisque* L. 3. sic etiam Venet. 1470. Tacitus H. I. 72. *Quia pessimus quisque diffidentia praesentium mutuatione pavens, adversus publicum odium* privatam gratiam *praeparat*. Q. Septimius I. 10. *Ita, ad postremum*, bonum publicum *materna* gratia *est* devictum. Sed et Bodl. agnoscit *devictum est*. at male. Thucyd. V. 90. *Καταλύειν τὸ κοινὸν ἀγαθόν*. Wasse. — Contra naturam, Ciceronis iudicio, qui lib. III. Off. *Communis utilitatis derelictio contra naturam est*. Adde Lips. IV. de Civil. Doctr. cap. 5. Rupert.

Amplius honoribus usi. Legendum *amplis honoribus*, id quod frequens est apud Ciceronem. Operarum incuria hoc mendum irrepsit, quamvis eodem modo codex Basiliensis. Rivius. — *Usi* non conspicitur in Comm. nostro, et deleri debet forsan etiam *nobiles*. Gruter. — Vide doctissimum Perizonium ad Q. Septimium. Wasse. — Vid. Manut. in lib. I. Cic. Ep. ad Famil. Epist. IX. pag. 80. a. b. Broukh.

In quis fuit M. Scaurus. In aliis, *M. Aemilius Scaurus*. ut Bodl. *In quis* pro *inter quos* dixit: est enim Graecismus, quomodo in Laelio Tullius: *nisi in bonis amicitiam esse non posse*. pro *inter bonos*. Rivius.

Et tum in Senatu princeps. Manuscripta duo *Senatus princeps*. Quanquam utrumque recte, et utroque modo Cicero loquitur. Sed in inscriptione quadam Arimini PRINCEPS IN SENATU legitur: ubi alias fere, *Princeps Senatus*. Livius: *Princeps* (inquit) *Senatus tertium lectus P. Scipio Africanus*. Hoc genus honoris, ut in Africani vita testatur Plutarchus, iis tantum deferri consuevit, qui auctoritatem et gloriam maximis in remp. meritis praestantissimisque rebus gestis essent consecuti. Rivius. — Cicero in Divinat. Livius lib. XXXVII. Plutarchus in Scipione. Coler.

Quod in invidia res erat. Ita in vulgatis impressisque libris legitur. Ego in duobus MSS. Codd. reperi: *Sed quia in Numidia res erat*. quare docti deliberent quomodo legendum sit. Popma. — L. 3. et B. Pub. omittunt *in* et *simul* Reg. *r*. *in invidia e*. et sic Marckii 1. Pro *ascendere* L. Valla legit *Legati* etc. *conscendere*. III. 54. Wasse.

Triduo navim adscendere. Idem Soldus *triduo* exponit: id est, *tribus diebus*. Rectius Badius: *triduo*, id est, *intra treis dies*, postquam

ad legationem designati erant. Deinde vero brevi Uticam venere. Utica igitur in Romana erat provincia, quam accedere postea Iugurtham iusserunt legati. Glarean.

Seque ad eum ab Senatu missos. In manuscriptis est omissa coniunctio, *se ad eum* etc. quomodo et in impressis vetustioribus. Rivius. —
107 * *Seque* Ball. Bodl. Pemb. Marckii λ. γ. B. Pub. Venetae. Mart. *se*, et sic Arond. et L. 1. 2. 3. Wasse. — MSS. meliores cum copula *seque ad eum* etc. Gruter.

Animus cupidine etc. Manuscripta duo *rapiebat*, ut subaudias Iugurtham; sed utrum rectius, aliorum esto iudicium; nam ego mihi non liquere fateor. Rivius. — Bodl. *divulgus*. prave. Wasse.

Inceptum scelus. Abest Ball. *scelus*. Bertinianus, teste Palmerio, *ad celerandum rapiebatur*; quod praefert; atque ita e nostris Arond. L. 3. Ball. Bodl. Martin. Venet. 1470. Q. Septimius I. 4. alterum tuetur: *Et quanquam atrocitas facti ad indignationem ultumque iniuriae rapiebat.* Wasse.

Rapiebatur. Verius Bertiniensis: *Ad inceptum celerandum rapiebatur.* Palm. — Palmerius ab Bertiniensi Cod. *Ad inceptum celerandum.* Sic infra idem ex Coloniensi et Argentinensi Cod. *Simulabat se negotium properare.* Ita vetuste dictum a Virgilio Georg. *Fulmina properant.* et a Plauto: *Properant prandium.* ab Ennio: *Festinare diem.* Coler. — *Rapiebat*, hanc lectionem comprobant Naz. ac Com. item Boug. non *rapiebatur*. Gruter.

Vicit tamen in avido ingenio pravum consilium. Vide not. ad Catil. cap. 20. §. 4. Rupert.

Sese casum victoriae inventurum. *Casum* posuit pro occasionem, ut infra, cum dixit: *Fortunam illis praeclari facinoris casum dare.* et Tacitus libro XI. *Casus Mithridati datus est occupandi Armeniam vi militis.* Ursin. et Ciacc.

Neque quod intenderat efficere potest, uti, prius quam legatos conveniret, Atherbalis potiretur. V. C. *Atherbale*. et ita legit Servius; licet pro *conveniret* habeat *videret*: Nonius tamen *conveniret*, ut vulgatae editiones. Ursin. — *Adherbalis* Priscian. pag. 1198. Wasse. — Aut haec omnia pro glossa haberi possunt aut reformanda: *neque prius quam legatos conveniret, Atherbalis potiri.* Gruter. — *Atherbalis potiretur* Priscianus lib. XVIII. In vett. V Codd., quos inspexit Vossius, exaratum, *Atherbalem potiretur.* Sic Cic. lib. II. Off. *Clandestino introitu urbem est potitus.* Ita libb. vett. Idem I. Tusc. *Ego doleam, si ad decem millia annorum gentem aliquam urbem nostram potituram putem?* Sic plerique omnes libri. Quidam tamen MSS. *urbe nostra*, quomodo et Manutius edidit. Idem Philipp. XIII. *Vincamus odium, pacem potiamur.* Apud Iustinum lib. XII. *Regnum Indorum potitus.* Alioquin et *potiri* genitivum admittit. Exemplum habes supra in Catil. cap. 47. Cic. ad Lentulum I. Ep. 7. Rupert. — Servius ad III. Aeneid. 278. Broukh.

Ne amplius morando Scaurum accenderet. Imitatur Tacit. II. Hist. 48. *Irent propere, neu remorando iram victoris asperarent.* Hus per-

tinet vetus illud adagium, quod extat apud Plautum in Amphitr. *Fames et mora bilem in nasum conciunt.* Nimirum cunctatio omnis animum prorsus nolentem et invitum prodit. Unde et de beneficiis, quae tarde et cunctanter quispiam dat, eleganter Ausonius Epigr. 81. sic canit:

* *Gratia quae tarda est, ingrata est: gratia namque* 108
*Cum fieri properat, gratia grata magis.*

et sequenti:

*Si bene quid facias, facias cito: nam cito factum*
*Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.*

In quam sententiam Seneca lib. II. de Beneficiis cap. 1. inter alia disserit hunc in modum: *Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis haesit, quod quis aegre dimittere visus est, et sic dare, tanquam si sibi praeriperet.* et mox: *Proximus est neganti, qui dubitavit, nullamque meretur gratiam: nam quum in beneficio iucundissima sit tribuentis voluntas, qui nolentem se tribuisse ipsa cunctatione testatus est, non dedit, sed adversus ducentem male tenuit.* Item cap. 5. eiusdem libri: *Quare verissimum existimo, quod ille Comicus dixit: Quid? tu non intelligis, tantum te gratiae demere, quantum morae adiicias?* Et in fin. cap. *Qui tarde dedit, et diem de die extrahens, profuit, non ex animo fecit. Ita duas res maximas perdidit, et tempus et argumentum amicae voluntatis.* Tarde velle, nolentis est. Rupert.

Ac tametsi Senatus verbis. Sic in vetustis, ac si quid ego iudico, elegantius adiectivum sequitur. porro *Senatus verbis* pro *nomine Senatus* dixit. Rivius.

Quod ab oppugnatione non desisteret. Sine praepositione dixit lib. Histor. II. *ut actione desisteret.* et Terent. Phormione: *Quid vis tibi dari in manu, herus his desistat litibus.* Ciaccon. et Ursin. — In manuscripto quodam est praepositio omissa, quomodo Virgil.

— *Mene incepto desistere victam?*

Sed praepositionem addas, nec ne, parum sane refert. *Caesar, oppugnatione destitit,* inquit Cicero: *quasi destiterim pristina caussa.* Sic Caesar *consilio desistere, itinere desistere* dicit. Cicero praepositionem interdum addit: *ut ab illa mente desistere necesse esset.* Rivius. — Melius Commel. noster, *quod oppugnatione non desisteret.* Gruter. — Marckii 7. *non discederent ab,* in marg. pro Vet. Lect. *desisteret.* Wasse.

Oratione consumpta. Q. Septimius II. 24. *Sed postquam invicem multa consumta oratione, certamen eorum ad manus processerat.* Supra: *graves minae.* Bodl. *precibus,* stulte. R. *graves minae.* iniquae apud Claudianum in Rufin. II. 140.

— *Liceat Stilichonis iniquas*
*Evitare minas.*

Alii minus recte *manus,* et nominatim codex Rogersii qui nunc servatur in Bib. C. C. C. Silius XI. 120.

— *Referunt haec inde citati*
*Mixta minis et torva trucis responsa Senatus.*

Unde Decretum regis Babyloniorum Dan. III. 6. ob poenam vivi com-

burii intentatam, *conditionales minas* vocat in Scorpiace cap. 8. Tertullianus. Exempla obvia:

*Μή σε, γέρον, κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω.*
*Μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῖο* etc.
— — — *σαώτερος ὥς κε νέηαι.*

Seneca de Benef. IV. 4. ingentes minas *interventu suo solventia beneficii Deorum.* inde *leges* per *verba minacia* designat Ovidius Met. I. 91.

— *Nec verba minacia fixo*
*Aere legebantur.*

Vox est ergo forensis, et sanctionem respicit. WASSE.

## CAP. XXVIII.

DEDITIONE FACTA. Vereor ne sint a sciolis *deditione facta*, certe tortuose procedunt verba, et satis istud subintelligitur. GRUTER.

ATHERBALI SUADENT, UTI SESE ET OPPIDUM IUGURTHAE TRADAT. Manuscripta, *uti seque et oppidum.* Hic est peculiaris fere
109 loquendi mos * Historicorum et Comicorum. Sallustius postea: *Aqua modo seque et iumenta onerare.* Idem: *Philaeni conditione probata, seque vitamque suam reipub. condonavere.* Idem in Catilin. *Aequitate seque et remp. curabant.* RIVIUS. — Venenatum hoc dixeris consilium, quod propriam, non alterius utilitatem respicit. Vide notam ad Catilinarii cap. 20. Similis fortuna fuit illius Mithridatis, similis fraus Coelii Pollionis in Mithridatem apud Tacit. lib. XII. Annal. cap. 45. 46. 47. RUPERT.

PACISCATUR. Ex pacto mutare vitam libertate.

*Hi proprium decus, et partum indignantur honorem*
*Ni teneant;* vitamque *volunt pro laude* pacisci.

Virgilius Aeneid. V. 230. et alibi. Terentius Phorm.

— — *Ut mihi liceat, quod amo, frui*
*Iam* depacisci *morte cupio.*

Sic Statius aliique. WASSE.

TAMETSI OMNIA POTIORA FIDE IUGURTHAE REBATUR. Nam *ubi semel quis peieraverit, ei credi postea, etiamsi per plures Deos iuret, non oportet.* ut ait Cicero pro C. Rabirio Postumo pag. 565. Ceterum in omni principe plane nefarium est, *fidem frangere.* Belisarius in Epist. ad Theudbertum, Francorum Regem, apud Procop. II. de B. G. *Turpe est, Theudberte, cum aliis omnibus, quibus vel minima virtus sit cordi, tum imprimis Principi viro, mentiri ac fidem fallere. Iusiuranda autem et pacta etiam scripto sancita violare, ne abiectissimo quidem homini decorum arbitror.* Idem sentiens Aspar Patricius apud Zonaram tom. III. pag. 41. Imp. Leonem Magnum in praestandis, quae promiserat, cunctantem, ita compellat, purpura eius prehensa: *Imperatorem hac veste indutum mentiri nefas: Ὁ Ἄσπαρ τῆς βασιλικῆς ἁλουργίδος ἀψάμενος ἔφη· Βασιλεῦ, τὸν ταύτην ἀμπεχόμενον ψεύδεσθαι οὐ χρεών.* Convenienter sapientissimo Regum, qui Proverb. XVII. vs. 7. *Non decet Principem labium mentiens,* quod Guntherus Ligurin. lib. III. vs. 513. ita reddidit:

*Non decet in labiis versari lubrica Regis:*
*Non decet ore sacro mendacia cudere Regem.*
*Sancta et plena suo sunt Regia pondere verba:*
*Dicta semel nullum patiuntur iure recursum.*

Huc pertinet illa vox Heroica Philippi Landgravii Hassiae: *Man soll einen Fürsten erkennen bey Haltung beschehener Zusage, reiner Strassen, und guter Münzen.* Et altera, quam Imp. Carolo V. Zenoccarus in eius vita, et Francisco I. Bodinus V. de Rep. 6. tribuit: *Etiamsi fides toto terrarum orbe exularet; tamen Imperatori (Regi) tuendam esse, qui ea sola et nullo metu cogi adstringique possit.* Nabarzanes ad Alex. M. apud Curt. lib. VI. cap. 4. *Non timere se ne fidem datam tantus Rex violaret. Deos a Deo falli non solere.* Ac sane *fide abrogata omnis humana societas tollitur.* ut ait Livius lib. VI. cap. 41. *Famae ac fidei damna maiora sunt, quam quae aestimari possint.* ut idem lib. III. cap. 71. Hinc Romani Fidem in Capitolio iunctam Iovi sacraverunt: ut indicarent Iovi caram esse fidem, vindicare perfidiam: neque posse imperium sine fide stare regive. Adde Lips. II. Polit. 14. Exempl. Pol. lib. II. cap. 13. Bern. in Ger. Tac. Q. 163. et in Agr. Tac. Q. 183. et in Tuba Pacis pag. 40. et 41. et 77. et 79. 80. 83. Rupert.

Si adversaretur. Fabricianum, *advorsaretur.* quod antiquitatem magis redolet, quam unice observat Crispus. Rivius.

Cogendi potestas erat. Vide not. in Iustini lib. XVIII. cap. 7. §. 3. Rupert.

Iugurtha in primis Adherbalem excruciatum necat. Fabricianum, *Igitur Iugurtha in primis* etc. perperam hoc in impressis omissum videtur, cum mire interim ad sententiam faciat; quamvis non sit in Merseburgensi atque aliis. Rivius. — Retinent plerique nostrum, sed Gruterum sequi maluimus. Similiter Polyb. H. I. 3. *Στρεβλοῦντες ἀπέκτειναν.* et Hegesipp. IV. 32. *Sabinum Vitellius* excruciatum necat. et
V. 22. *Nec Matthiam * quidem, quo auctore in urbem receptus est,* ex- 110
cruciatum necavit. non constat sententia nisi legeris *inexcruciatum* cum Codicibus nostris. Martyrolog. Rom. Febr. XI. *gravissimis* excruciati *suppliciis.* Sueton. Aug. XIV. *quasi eundem mox et* discruciatum necasset. vide Curt. VIII. 8. Liv. XXV. 25. Cic. pro L. Manil. plenius effert §. 11. *vinculis ac verberibus atque omni supplicio* excruciatum necavit. Wasse.

Excruciatum necat. Freinsh. ad Curt. lib. VIII. cap. 8. §. 20. Rupert.

Promiscue. Sic Codd. at nescio an *promisce* reponendum sit. Nostrum ita locutum testatur Gellius X. 21. Q. Septimius nostri simia I. 19. Promisce *per pecora atque exercitum grassari.* pro eo Plautus et Varro usi *promiscam.* Probus pag. 1426. *Promiscue interfecit* Graece dixeris *ὑβρηδὸν ἔκτεινε.* Wasse.

Interfecit. Maluerim *interficit,* nisi id verbi potius tollendum est, ut subaudiatur superius *necat.* Gruter.

## CAP. XXIX.

Et res in Senatu agitari coepit. Manuscripta, *agitari coepta.* quanquam idem est utrobique sensus. Cicero in Bruto: *Qua in urbe primum litteris oratio est coepta mandari.* pro *coepit.* III. de Oratore: *Post adhiberi coepta est ad ornatum etiam et dignitatem.* Liv. III. ab U. C. *Sed contemni*, inquit, *coepti erant a finitimis populis.* pro *coeperant.* Rivius. — *Coepit* Venetae, Mart. Marckii γ. Ball. Bodl. Infra pro *facti* Bodl. *rei.* Wassb.

Memmius. Is est, qui postea, cum peteret consulatum, a Saturnino tribuno plebis fuit interemptus, ut Livius lib. LXIX. Cicero in Oratione IV. in Catilin. Orosius libro V. cap. 17. Florus lib. III. et Appian. Bell. Civ. lib. I. literis mandarunt. Fuit Memmius mediocris orator, ut ait Cicero in Bruto. Castil.

Uti per paucos factiosos Iugurthae scelus condonaretur. Sic et Manuscripti codices, et ceteri vetustiores, atque ita mollius est. Quam duriter enim et aspere concurrunt, *factiosos scelus!* Hoc, quamvis leve, non tamen praetereundum esse duxi. Rivius.

Prolatandis consultationibus. Fulvii liber, *protelandis.* quo modo item cap. 43. Catilin. idque magis olet antiquitatem. Manut. — Ita legendum, non, ut alii volunt, *protelandis consultationibus.* Sallustius in Catilinario: *illos dubitando et dies prolatando magnas opportunitates corrumpere.* Idem in Oratione Philippi, libro Historiarum primo: *Neu prolatandis seditionibus, inquies ipse, nos in solitudine retineas.* Livius libro II. ab U. C. *prolatandis igitur comitiis, cum magistratu dictator abisset, res ad interregnum rediit.* C. Porma. — Frequentissimum hoc, disputando rem extrahere et saepe labefactare. Cavisse olim Achaeos video et legem habuisse, ut in conventibus dies unus deliberationis esset, alter decreti. Adde notam ad Iustini lib. XI. cap. 2. §. 10. Rupert. — Vide notas nostras ad Cat. XLIV. et de Coss. vide Obsequentem pag. 16. 20. etiam Orosium de U. C. lib. V. cap. 15. ibi MSS. 685. Wass. — Sic quoque MSS. Pall. ideoque minime admittendam alienam *protelandis.* Gruter.

111 * Delicti conscientia. L. 8. *conscia.* Martin. *amisit delicti.* Supra nostri omnes *prolatandis.* et Oxonienses. Vide Indicem. Quintilianus Declam. III. hac voce usus, sed codex Ioannensis eius loco habet *supliando*, quod merum est alicuius nugatoris interpretamentum. Apuleius in Habitud. Doct. II. eodem sensu ponit *promulget.* pro quo Codd. Florent. et Caiensis *promulcet.* lego *promicet*, quod teste Nonio valet *extendere et porro iacere.* in Glossis: *prolato*, protelo. Wassb.

Lege Sempronia. Quae sit illa lex, mihi non constat: nec satisfaciunt Commentarii; quorum alter ait: *Sempronius Gracchus legem tulerat, ut Italia et Numidia provinciae per Coss. regerentur.* Badius autem: *Sempronium legem tulisse*, inquit, *ut siquando bellum timeretur, Coss. futuri in provincias destinarentur.* Haec ille. Atqui magis sollicitum me tenet, quomodo Memmius, designatus tantum Tribunus, populum edocuerit, per nobilium avaritiam Iugurthae scelus condonari; num concione

avocata, an per alias technas? Ac idem illud cum ait, *Cosque declarati:* quid illud *declarati* proprie hoc loco significet? nam *designati*, id est, in futurum annum pronuntiati, quod Badius exponit, non placet, cum statim hic Consul in Africam proficiscatur: neque vero ante initum magistratum in provincias ire consueverunt. Et ipse Calpurnius non ita multo post Romam ad magistratus rogandos proficiscitur. Fieri potest, ut non integris annis, sed dimidiatis (quod quidam scriptis prodidere) ante designarentur, quam inirent magistratus. Glar. — Cicero de Provinciis consularibus: *Decernendae*, inquit, *nobis sunt lege Sempronia duae provinciae* etc. Tulit autem legem C. Sempronius Gracchus, ut futuris Coss. singulis annis Senatus duas provincias decerneret, quas creati Coss. sortirentur, vel inter se compararent. Videndus Festus in *Parare*. Ciacc. et Ursin. — Vid. Hottomannus in Cicer. Orat. Tom. I. Part. II. pag. 128. a. Manutius in lib. I. ad Famil. Epist. VII. pag. 50. et in lib. VIII. Ep. 8. pag. 404. 408. Broukh.

Decretae sunt Consulesque declarati sunt. *Tò sunt* neutrobi habent codices Manuscripti, et irrepsisse ex glossa videtur. Sed et *Consules* ibi nulla addita coniunctione legitur. Rivius.

L. Bestia Calpurnius. Vet. Cod. non habet nomen *Calpurnius*, quod videri potest adiectum ab aliquo, vel certe scribendum, *L. Calpurnius Bestia*. Ursin. — Bodl. abest *Calp.* Wasse.

Aliaque, quae bello etc. Fuisset satis *aliaque bello usui*, amputatis caeteris; est in Comm. *aliaque quae bello usui forent*. Gruter.

Contra spem. Ita Codd. Apuleius Miles. VI. 112. Contra spem suam *repulsa Psyche*. vocem *suam* addit infra cap. 92. Sallust. nec alibi hoc modo locutus est. Wasse.

## CAP. XXX.

Quippe cui Romae omnia venum ire, in animo haeserat. Livius lib. III. *legem fecerunt, ut liberi liberaeque venum irent*. Tac. *veno* dixit lib. XIV. *et posita veno, irritamenta luxus*, et lib. XIII. *nisi in his quae veno exercerent*. Ciaccon. — V. C. habet *omnia venire*. Ursin. — Manuscripta duo *venire* habent. sed vulgata lectio melior, *venum ire*. Id enim est, quod et initio dixit et post repetit, *Omnia Romae venalia esse*. Rivius. — Nescio cur ab hac lectione abhorreat Rivius, nixa duobus eius MSS. Extat sane etiam in Pall. selectioribus: ideoque eieci *venum ire*. Gruter. — L. 2. 3. B. * Pab. Marck. λ. γ. Pemb. Bodl. 112
Ball, Venetae *venum ire*. sed Arond. et Reg., nisi fallor, illud alterum habent. Wasse.

Legatos mittit. Vid. not. ad Iustini lib. XXXI. cap. 4. §. 4. Rupert.

Ut omneis mortaleis pecunia adgrediatur. In quibusdam, *omneis mortaleis uti pecunia aggrediantur*, ut sit ὑπέρβατον, legitimo dictionum ordine mutato, quomodo Cicero, *Vix ut intelligantur*, inquit, pro, *ut vix*. Sed et Sallustius postea: *Alii signo dato locum uti desererent*. Tametsi, ne quid dissimulem, in Manuscriptis non est *ut*, rectius-

que subaudiendum videtur. Nec est eo in exemplari, quod Ascensius excudit, castigavit Aleander. RIVIUS.

RECIPI MOENIBUS. *Algido Tusculum petiit; nec receptus moenibus. intra Tusculum dextrorsus Gabios* descendit. Liv. XXVI. 9. et VI. B. Pun. *cum ne quis urbe, tecto, mensa, lare* reciperet. Virg. Aen. II.

*Neu* recipi portis *aut duci in moenia possint.*

pro, *intra* urbem, *ad mensam* etc. adde etiam Liv. XXXV. 46. et Sulp. Severum Dialog. III. 12. Trebellium Poll. Gall. 7. Apoll. Collatius:

*Hi castris, illi* muris *atque* urbe recepti.

Hirtius B. Civ. I. 13. *Imp. bene de Repub. meritum, tantis rebus gestis,* oppido moenibusque prohiberi. WASSE.

NISI REGNUM IPSUMQUE DEDITUM VENISSENT. In aliis, *si regnum.* RIVIUS. — Ita Pall., olim cusi *in regnum.* GRUTER.

CONSUL NUMIDIS etc. Pal. III. *et consul ex Sen.* sine voce *Numidis,* ut forte fuerit, *id consul ex Senati decreto* etc. GRUTER.

ILLI INFECTIS REBUS ITA DOMUM REVERSI SUNT. Concinnius duo libri: *Ita illi infectis rebus domum reversi sunt.* Sic supra Catilina: *Ita illi ianua prohibiti tantum facinus frustra susceperant.* Sic infra ex scripto legendum: *Ita Iugurtham spes frustrata, qui copias in quatuor partes distribuerat.* PUTSCH. — *Ita infectis rebus illi domum discedunt.* Sic MSS. sic impressi omnes, etiam Aldini: ut mirer unde invexerit editioni suae Carrio, *illi infectis rebus ita domum reversi sunt.* At hunc tamen alii deinceps constantissime secuti, luscum ducem caeci: quibus tamen de se si creditur ipsis, omnes excussae membranae, omnes editiones: tam quidem superstitiose, ut plus de auctore nostro meriti sint, quam de Theseo extracto ab inferis ipsemet Hercules. GRUTER.

LEGAT SIBI HOMINES NOBILES. Habebant duces sive Impp. adiunctos sibi viros militiae gnaros, quorum munus consulere, administrare, praeesse et, uno verbo, vicariam operam Imperatori dare. Ii legati dicebantur. Quanquam autem ipsi duces eligerent; tamen consilium consensusque intervenit Patrum. Lips. II. de Mil. dial. XI. RUPERT. — In Fabriciano pro *legit sibi* est *legat sibi.* Quomodo et exemplar habet Merseburgense, a verbo *legare,* quemadmodum Cicero saepe; velut: *Dolabella me sibi legavit.* et: *Caesar Cassium sibi legavit.* Item: *Ego me a Pompeio legari ita sum passus, ut* etc.[1] Item: *Isti quos legatos tute tibi legasti.* et: *Ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti.* Facilis autem et proclivis error fuit unius immutatione litterae. Quod ad ὀρθογραφίαν attinet, legunt alii *Calphurnius,* addito spiritu. sed Volateranus alterum magis probat: quicum origo ipsa nominis facit. nam Plutarchus in vita Numae ἀπὸ τοῦ κάλπου, qui fuerint e Numae liberis τοὺς Καλ-
113 πουρνίους dictos putat. RIVIUS. — Id est, * legatos sibi assumit. Erant autem legati, qui singulis legionibus praeerant: erantque pleramque praetura functi. CIACCON. — Haec lectio etiam in Chirographis Pall. GRUTER. — L. 2. 3. B. Pub. Bodl. Venet. Mart. *legit.* meliores illud alterum servant. Tacitus An. IV. 56. *Censuitque Vibius Marsus, ut M. Lepido, cui ea provincia obvenerat, super numerum* legaretur, *qui templi curam susciperet.* Glossae: lego, λεγατεύω, διαπρεσβεύω. Curtius

IV. 5. *decernunt, ut duodecim* legarentur *ad regem*. ibi Codex Petrensis *delegarentur*; male. X. 8. *Eosdem rursus* legat *petituros ut* etc. Idem Codex iterum prave *legati*. at paulo supra: *igitur a Rege* legatur *Pusus* etc. servat et iste. Victor de Viris Ill. LIII. *Consul Antiochum Regem Syriae*, legato fratre *etc.* vicit. Ita fere apud eundem *ablegare* LXIV. *Nasica, ut invidiae subtraheretur, per speciem* legationis *in Asiam* ablegatus est. Wasse.

Quorum auctoritate, quae deliquisset, munita fore sperabat. Sic infra cap. 33. *Iugurtha C. Baebium tribunum plebis, magna mercede parat, cuius impudentia contra ius et iniurias omnes munitus foret.* Pulcre de hac malitia Tacitus I. Hist. 72. §. 5. *Pessimus quisque, diffidentia praesentium mutationem pavens, adversus publicum odium, privatam gratiam praeparat: unde nulla innocentiae cura, sed vices impunitatis.* Lipsius legit, *praeparatum it nulla innocentiae cura, sed vice impunitatis*; eodem sensu: homines nefarios, dummodo se adversus publicum odium munierint, privata alicuius potentis gratia, innocentiae nulla cura tangi, sed secure peccare, et in omne scelus ac flagitium porro ruere, quod se impune haec laturos, etiam mutato rerum statu, protectos, scilicet ab eo, quem promeruere, sperent. Denique huius loci est, quod in Catilinario cap. 48. relatum est: *Erant eo tempore qui existumarent, indicium illud a P. Autronio machinatum, quo facilius appellato Crasso per societatem periculi reliquos illius potentia tegeret.* Rupert. — Quid si legas, *impunita fore.* Id certe sensus ipse respuere non videtur, quamvis, reclamantibus exemplaribus. Nisi *munita* positum dicas pro, velut praesidio quodam confirmata et quasi in tutum collocata. Sed et supra: *C.* (inquit) *Baebium tribunum plebis magna mercede parat, cuius impudentia contra ius et iniurias omnes munitus foret.* pro, armatus et quasi septus atque vallatus. Rivius. — Insignis figura, quam tuentur MSS. omnes, itaque ne admittamus aliorum *impunita.* Gruter. — Nostri *munita.* Wasse.

Cuius de natura et habitu supra memoravimus. Supra cap. 18. Sed ibi nihil de *habitu.* Ciaccon. — Ei iterum calculum meum adiecerim, qui isthaec omnia censuerit hominis madidae memoriae. Gruter. — Vir doctus vim vocis minus intelligit; habitus valet *indoles* sive *ingenium.* Statius Theb. VII. 222.

*His ille auditis* mentemque habitumque *recepit.*

Codex quidem B. Pub. *m. animumque*, iuxta Virgilium. at MS. Arond. nihil movet. Firmat vulgatam Scholiasta: *audita oratione Iovis uno tempore* ornatum laetitiamque *recepit.* Tacitus Hist. I. 8. *Et hic quidem Romae, tanquam in tanta multitudine*, habitus animorum *fuit.* Cicero Tusc. I. *quod si tanta vis est ad* habitum mentis, *in his quae gignuntur in corpore.* Seneca Epist. LXXXII. *I, qua coepisti: et in isto te* vitae habitu *compone, placide, non molliter.* Confer Epistol. XXVIII. 94. Gellius in Argument. lib. VIII. *de natura et* habitu memoriae. Lactantius III. 3. *Describamus, si placet,* mores habitumque *civium.* Ambrosius Hexaem. VI. 9. Mentis habitum *specie sui prodat frons.* Glossae: habitus animi, ἦθος. recte. pro eo usus voce ἕξις Aristoteles Ethic. I. 5.

'ΕΞΕΙΣ δὲ λέγω, καθ' ἃς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς. Philosophus Epist. IX. 1. *Nam* mentis habitum *sermonis cultus solet declarare.* Wasse.

Multae bonaeque. Sic solus Naz. caeteris abest copula *que*. poterat quis longe brevius: *nam in Consule nostro multas bonasque animi et corporis artis, omnis* etc. Gruter. — Soli Pemb. deest *que*, idque a manu secunda. Nepos I. 8. *Sed in Miltiade erat cum summa humanitas mira comitas.* ubi voces *in* et *erat* male absunt God. Trin. Infra

114 *Quas omnis.* vox posterior in Reg. non * compareret. Paulo post: *sed legiones* etc. *Sed* ibi valet, *sed ut ea omittam.* vel, *sed de his satis.* novum enim sensum inchoat pereleganter. Confer Catilinar. 18. 24. 26. 37. Wasse.

Quas omnes avaritia praepediebat. Quantumvis omnes aliae boni ducis notae compareant, artesque bellandi adsint, vel etiam supersint, avaritia sola omnia pervertet et pessumdabit. At contra ἀφυλαργυρία, verbis Onosandri, δοκιμασθήσεται καὶ πρώτη. id est, *minime avarus dux vel inprimis probabitur.* Rupert.

Belli haud ignarus, firmissimus contra pericula. Sic et exemplar Manuscriptum, pro, *constans* et *intrepidus*. licet in nonnullis *fortissimus contra pericula* reperiatur. Rivius. — L. 3. et e Rivianis nonnulli *fortissimus*, ex interprete. caeteri omnes, uti et MS. Rivii, vulgatam obtinent. *Firmus* Glossae στερεὸς, ἑδραῖος, βέβαιος reddunt. Sensum ita alibi exprimit Noster: *advorsum divitias invictum animum gerebat.* Lucan. II. 2.

— *Quamquam* fortissima *pubes*
*His sedeat castris.*

at Codices Caiensis et B. Pub. *firmissima.* recte. Idem infra 631. *firmior aetas.* Ovid. III. Fast.

*Inde datae leges, ne* firmior *omnia posset.*

ibi quidam *fortior*. Metam. VII. 457.

— — *qui quamquam milite, quamquam*
*Classe valet, patria tamen est* firmissimus *ira.*

Q. Septimius I. 23. *adversus infortunia firmissimus.* Quo loco haec in transcursu notanda: *Omnes laeti Agamemnonem adeunt, eumque interitu filiae permoestum consolati, honorem regni rursum concelebrant.* Certe hic haereo, inquit Anna Perenna. Lege ergo et distingue: *Eumque, interitu f. p. c. honore regni r. c.* Duces nempe Agamemnonem, quod filiam immolare noluisset, honore regio spoliarant cap. 20. quo, re tandem patrata, illum quasi postliminio auctum voluere. Sallustium sequitur Tacitus Hist. II. 82. firmus adversus *largitionem.* IV. 5. Quo firmior adversus *fortuita.* Contra Q. Septimius II. 15. imbellum adversus *dolores animi.* MSS. accedunt Caesar, Livius, Columella, Curtius VII. 5. Phaedrus I. 19. Velleius II. 110. Iustin. XXII. 4. 3. Plin. N. H. III. 120. Sueton. Tiber. Hoc sensu apud Homerum καρτερόθυμος, δαΐφρων. cui respondent τοῦ πονεῖν ἡσσώμενοι, ut ait Agatho apud Aristotelem. etiam τηλεὺς ἦτορ pro δυςπαθής, interprete Cicerone, qui est animo firmo, qui non succumbit affectibus. Sic *mulier firma* Varroni de R. R. hoc est, labori non cedens; tali opponitur *turpis*, et eo plane modo quo apud Plutarchum

adversus Colotem στεῤῥὰ et μαλθακὰ, unde στεῤῥῶς apud Hippocratem περὶ ἀρχ. ἰητρικ. IX. 24. exponitur a Glossis MSS. ἰσχυρῶς. WASSE.

ATQUE INDE SICILIAM. Omittit aliquando praepositiones Sallustius in provinciarum nominibus, additque urbibus, quod Cic. etiam et alii faciunt: sed maxime omnium Tacit. ut Annal. I. *et comite uno Fabio Maximo Planasiam ventum.* et lib. VII. *Samum traiecerunt.* CIACCON. et URSIN. — MS. Rittershusii: *Rhegium atque per idem Siciliam.* Elegans tmesis. COLER.

IN AFRICAM TRANSVECTAE SUNT. Τὸ *sunt* in MSS. non est. RIVIUS.

IN INITIO PARATIS COMMEATIBUS. Manuscripta non habent additam praepositionem *in.* quomodo et Cicero frequenter, ut in Epistolis: *Quemadmodum Senatus initio censuit.* et iterum: *Redeo ad illud quod initio scripsi.* item alibi: *Iste qui initio proditor fuit, deinde perfuga.* Sic et alias. RIVIUS.

* ACRITER NUMIDIAM INGRESSUS EST. In quibusdam *aggressus est.* 115
pro invasit. sed prior lectio est in Manuscriptis. RIVIUS. — Bail. et L. 3. Venetae, *aggressus est*, male. Arond. omittit verbum substantivum, sed omnino retinendum propter *multosque m.* Q. Septimius II. 18. *Iter ad* Phrygas *convertit:* ingressusque *eorum regionem, Teuthrantem* etc. 41. Non absimiliter Capitolin. in Maximin. cap. 21. *Acrior denique Italiam* ingressus est. WASSE.

MULTOS MORTALES ET URBES ALIQUOT PUGNANDO CEPIT. Legendum *mortaleis*, nam sic fere Sallustius. Porro peculiare est historicis *mortales* dicere, pro hominibus; neque id adeo est apud oratores frequens. Verum historici et verbis et figuris poeticae licentiae saepenumero utuntur, locutionibusque et dicendi modis non perinde aliis scriptoribus usitatis. Hinc *prosapia* apud illos pro progenie, vox ab ultimis repetita temporibus, ut Fabius ait *tempestas* pro tempore. Hinc illud *que* geminatum, velut *meque regnumque meum.* Hinc ἐνάλλαξις illa modi, *festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obviam ire.* pro festinabant, parabant etc. Hinc ellipsis verbi substantivi saepe ac aliorum. Hinc frequens synecdoche, ceteraque hoc genus pleraque, ut *arma* pro bello. Tacitus: *Et unum militem, quotam civilium armorum partem?* pro, civilis belli. RIVIUS.

## CAP. XXXI.

IUGURTHA PER LEGATOS. Haud alius item verborum ordo in MSS. nostris. GRUTER.

CETERUM SOCIUS ET MINISTER. In manuscriptis est, *socius et administer.* quomodo Cicero: *Timarchides omnium rerum transactor et administer.* et alibi: *Administri et satellites Sex. Naevii.* Vocat autem *administrum* Sallustius participem negotii et adiutorem in re agenda. RIVIUS. — Usus ea voce Cic. in Catilin. Valet, *praecipuus minister*, sive *adiutor* ad rem quam quis parare animo habet. Vide Caes. de B. G.

VI. 17. Varronem de L. Lat. pag. 24. Capitolinum Maxim. Hoc sensu apud Polybium III. 223. voces συνεργὸς καὶ χειριστής. WASSE.

MAGNITUDINE PECUNIAE. Aristophan. in Pluto:

Ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα.

Nec minus venuste Menander:

Χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα καὶ ᾅδου πύλας.

Apuleius: *Pecuniae pervia esse omnia, auroque vel adamantinas perfringi fores.* Torr. in Horat. III. Carm. X. 16. Cicero in Verrem: *Nihil esse tam sanctum, quod non violari; nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit.* RUPERT.

BELLI MORAM REDIMEBAT. Hoc igitur commisit Bestia, quod Vitellianus ille Caecina, qui ut est apud Tacit. III. Hist. 9. §. 4., *per varias moras hostibus prodidit prima belli.* ut emendat Lipsius. Et huiusmodi criminis Aeschinem aliosque eius similes insimulat Demosthenes in Orat. de Corona et alibi, qui scilicet omnes moras interposuerint, quibus infirmarentur Graeci et Athenienses, melior autem fieret Philippus, qui bellum ipsis inferebat. Hoc ipso nomine apud eundem, nimirum lib. I.
116 Histor. fautores Aemilii Lepidi, * qui A. U. 676. arma patriae intulerat, incessit L. Philippus in Senatu, quod Aemiliae gentis benefacta extollentes, et ignoscendo, P. R. magnitudinem crevisse, nusquam etiam tum Lepidum progressum aientes; *quum tamen iam privata arma opprimundae libertatis cepisset*, itidem scilicet prima ei tempora prodidissent. Quomodo vero belli moram redemerint Sueci, vid. not. ad Iustini lib. II. cap. 15. §. 4. ubi de Suecorum stratagemate, bello Danico. Iidem et altera vice sic decepere Christianum I. Nam cum Christianus A. 1471. magno militum numero et instructa classe, in Sueciam tendens, Brunchebergum, editum ad Stocholmum montem, occupasset; Sueci, qui desperarent armis, dolo obtinere posse animum inducebant. Itaque suspensum eum per blanditias detinentes, moras nectebant, donec absumto commeatu, et redacto ad extremam inopiam milite, minimo suo discrimine, fractos viribus animisque, integri ipsi invadentes, debellarent; ut refert Meurs. I. Hist. Dan. pag. 50. Eademque arte post A. 1487. Steno Stura elusit Ioannem Christiani I. filium, Daniae Regem. Auctor idem lib. II. pag. 73. Quum enim Regem ingentibus copiis advehisse cerneret, rebus suis diffidens, colloquio diem et locum petiit: uti Regem imminentem, a proposito sibi bello, dimoveret, impetumque, mora aliqua callide interiecta, frangeret; quod postea compertum fuit. Nam reverso in Daniam Regi, cui fidem in illo colloquio iuraverat, in contraria cuncta ivit. Nec absimilia leges pag. seq. 74. Porro quantum in principio vel initio sive belli sive alterius rei momentum sit, et quantum mali faciat, si quis ibi ἐθελοκακεῖ, id est, consulta ignavia perfide agit, ut iste Bestia, docet praeter alios philosophorum princeps V. Polit. 4. *Nam in principio*, inquiens, *peccatum consistit. At principium dimidium totius esse dicitur. Itaque et quod peccatum in eo commissum, parvum et leve est, iis peccatis, quae in aliis partibus admittuntur, proportione respondet.* Quibus verbis Aristotelis convenienter Polyb. lib. V. Enimvero quum dicebant veteres *principium esse dimidium totius*, hoc docere nos

voluerunt, *in quacunque re, quam suscipias, plurimum operae esse ponendum, ut illam recte inchoes.* Qui cum videantur rei veritatem ita dicendo excessisse; meo iudicio minus, quam par erat, dixerunt. Merito siquidem non veretur aliquis confirmare, principium non esse totius dimidium, sed ad ipsum quoque operis finem pertinere. Adde Grut. ad illa Taciti II. Hist. *Gnarus, ut initia belli provenissent.* RUPERT.

POSTEA VERO QUAM ACCEPIT. Comm. *acceperat*, et ita alias legi notatum ad Naz. ut suspicer prius fuisse: *postea vero participe Scauro in maximam.* GRUTER. — *Quam* abest L. 1. caeteri retinent. Arond. et L. 1. *acceperat*, et sic Marckii γ. sed supra ex 2. manu *accepit.* sic etiam Venetae. Sapiunt heic, quod mireris, Oxonienses universim, uti et nostri. L. 3. *pervenit.* Thosanus infra, *in castra venerat.* infra *species* pro *obtutu.* Demosthenes de Corona 323. *ΠΡΟΦΑΣΙΝ* μὲν ὡς τὸν σῖτον παραπέμψοντα etc. βοηθήσοντα δέ etc. WASSE.

DE OMNIBUS PACTIONIBUS PRAESENS AGERE. Vocem *pactionibus* otiosam puto. CIACCON. et URSIN. — In Manuscripto quodam *agitare* legitur; ac solet plerumque frequentativo Sallustius pro perfecto uti. RIVIUS.

CETERUM INTEREA FIDEI CAUSSA MITTITUR. Infra: *Non possum fidei caussa imagines* etc. *ostentare.* CIACCON. et URSIN.

VACCAM. Pall. aetatis inferioris *Vaccam*, superioris *Vagam.* GRUT.

CUIUS REI SPECIES ERAT. Sic homines plerumque sub honestis nominibus turpia ac foeda facinora * consciscunt. *Τὰ γὰρ αἰσχρὰ ὀνόματα οὐ τὰ πράγματα εἰώθασιν ἄνθρωποι ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον αἰσχύνεσθαι*, id est, *nominum potius, quam rerum turpitudinem fugiunt mortales.* ut ait Procopius in rebus Iustiniani. RUPERT. 117

DE INVIDIA SUI FACTI. Manuscripta *facti sui.* ut sequatur pronomen, atque id nimirum rectius. RIVIUS.

TRANSIGIT. Ita Naz. non ut huc usque legimus, *transegit*, quod minus aptum rei. GRUTER. — Oxon. *transegit*, B. Pub. *transigit*, Arond. *transegerat.* WASSE.

DEINDE POSTERO DIE. Manuscripta *dein.* RIVIUS.

QUASI PER SATURAM LEGEM SENTENTIIS EXQUISITIS IN DEDITIONEM ACCIPERETUR. Neque hanc legem apud quempiam alium memini me legere auctorem. Soldus, *Lex satura*, inquit, *est, quae uno rogatu plura continet.* Badius autem: *quae uno rogatu, priusquam respondeatur, multa simul et varia comprehendit. ut: vultisne, iubetisne, cum Iugurtha bellum componatur, elephantos tradat?* etc. quae unde aut quibus auctoribus doceant, haud scire possum. Eadem Perottus et alii nostrae tempestatis auctorum expositores identidem inculcant, sed auctorum testimonia videre vellem. GLAREAN. — Lactantius lib. I. cap. 21. *Pescennius Festus in libris historiarum per saturam refert.* CIACCON. — Manuscripta, *quasi per saturam sententiis exquisitis:* ut subaudias *legem. Saturam* vero pro *satyram.* quomodo ubique *Sullam* hic auctor pro *Syllam.* nam y in u Latinis saepe mutatur; unde in antiquis inscriptionibus *Polucarpus* legitur et *Poluandrion.* et Ennius, ut testatur Cicero, *Purrhum* semper, nusquam *Pyrrhum*, *Phruges*, non *Phryges* dixit. quod ipsum antiqui docu-

rant libri. Sed et Diomedes cum Manuscripto facit lib. III. nam quo loco docet veteribus *satyram* farciminis genus fuisse, variis rebus refertum (unde postea satyra nominata sit lex, quae uno rogatu multa simul comprehendat) mox ibidem, *Caius*, inquit, *legis Lucilius meminit in I.*

*Per saturam aedilem factum qui legibus solvat.*

*et Sallustius in Iugurtha: Dein quasi per saturam sententiis exquisitis, in deditionem accipitur.* Videsne, ut hic in citatione Diomedes legem omittat? Sed nec in Merseburgensi additur. Sex. quoque Pompeius eodem modo citat, quomodo in Manuscriptis est. *Satura*, inquit, *est cibi genus ex variis rebus conditum; est et lex multis aliis conferta legibus. Itaque in sanctione legum adscribitur:* NEVE PER SATURAM ABROGATO AUT DEROGATO. Annius Luscus in ea quam dixit adversus Tib. Gracchum: *Imperium quod plebes per saturam dederat, id abrogatum est.* Paullo post idem hoc e Iugurtha Sallust. exemplum affert: *Dein postera die quasi per saturam sententiis exquisitis in deditionem accipitur.* Quamquam hodie corrupte in exemplaribus hic locus apud Festum legitur. Sic autem *satura*, sine addito substantivo, dicitur, ut apud Fabium *civica*. *Divus Augustus*, inquit, *cum ei Galli torquem aureum C pondo dedissent, et Dolabella per iocum, tentans tamen ioci sui eventum, dixisset: Imperator, torque me dona: Malo te*, inquit, *civica donare.* subanditur autem *corona*. Sic apud Senecam de Beneficiis V. Sunt et alia huiuscemodi pleraque, quae sine substantivo addito ponuntur, velut cum dicimus *tertiana*, *quartana*, *cotidiana*. deest enim *febris*. Sic *Tusculanum*, *Ocriculanum*, *Narniense*. subauditur *praedium*. Sed et absolute interdum *suilla*, *bubula*, *ferina* dicimus; ut subaudiatur *caro*. Sic et *repetundarum damnatus* apud Velleium; ubi deest substantivum *pecuniarum*. Sed, ut ad *saturam* revertar; quid
118 si nihil ibi subaudias, sed simpliciter intelligas, ut * verba sonant? *Per saturam exquisitis sententiis*, hoc est, nullo ordine in sententiis exquirendis servato, nec ut seniores prius sententiam rogarentur, sed ut consuli ipsi libuisset. Quemodo Iustinianus in praefatione quadam Digestorum *sparsim et quasi per saturam collectum opus* dicit; *utili inutilibus mixto, maxima tamen parte inutilibus deputata:* ut ipse inquit. nam variarum rerum mixturam sparsim ac nullo ordine congestarum, *satyram* veteres appellabant. Mecum Alciatus facit. Neque admodum eorum probo opinionem, qui hic *saturam legem* intelligunt, quae multas ipsas res complectatur, quemadmodum Iugurtha sit in deditionem acceptus, sed multis praescriptis conditionibus, ut XXX daret elephantos, pecus atque equos multos cum magno argenti pondere. nam sic fere et Erasmus Roterodamus, et Franciscus Philelphus. Verum prior sententia magis arridet; ut videlicet per *saturam* ad participium *exquisitis*, non ad verbum *accipitur*, pertinere iudicemus. Rivius. — Sic Iustinianus in praefatione quadam Digestorum *sparsim et quasi per saturam collectum opus* dicit; *utili inutilibus mixto, maxima tamen parte inutilibus deputata.* Et Carisius lib. II. *Omnia in se capit, quasi collecta per saturam* (sic enim lego, non *collectam*) *concessa sibi rerum varia potestate.* Vide et Diomedem et Festum, a quo miror hunc Sallustii locum iisdem verbis in voce *Satura* recitari, ex L. Laelii oratione, quam pro se dixit; cum procul dubio

Sallustii sit. Dictionem *legem* sustulimus, veterum exemplarium auctoritate adducti. A. Manut. — A suis MSS. abfuisse testatur etiam Schottus Observat. I. 3. In vet. Tab. aenea: *extra quam sei quid in Saturam ferretur.* Wasse. — Manuscripti quidam libri *per Satyram legem* habent. Sed sive vulgatam, sive antiquam lectionem sequamur, sensus meo iudicio est apprime commodus. Fuit *lex Satyra*, Festo auctore, *ex multis aliis legibus conferta. Itaque in sanctione legum adscribitur:* Neve per Satyram abrogato, aut derogato. *T. Annius Luscus in ea, quam dixit adversus T. Gracchum:* Imperium quod plebes per Satyram dederat, id abrogatum est. *et C. Laelius in ea, quam pro se dixit:* Dein postera die, quasi per Satyram sententiis exquisitis in deditionem accipitur. Haec Festus. ex quibus satis evidenter apparet, Sallustium haec verba ex oratione Laelii in hanc historiam transtulisse, multaque alia a veteribus sumsisse, ut non sine caussa olim hoc Epigrammate eum incesserint:

*Et verba antiqui multum furate Catonis,*
*Crispe, Iugurthinae conditor historiae.*

Deinde *lex Satyra* lege Caecilia et Dedia abrogata fuit: id quod Cicero in oratione pro Domo sua testatur: *Decrevit*, inquit, *Senatus M. Drusi legibus, quae contra legem Caeciliam et Dediam latae essent, populum non teneri.* et infra: *Quae est quasi alia vis, quae sententia Caeciliae legis et Dediae nisi haec? ne populo necesse sit in coniunctis rebus compluribus aut id quod velit suscipere, aut id quod nolit, repudiare.* Hinc Pescennius Festus libros suos Historiarum per Satyram inscripsit, quod ex multis variisque libris collecti, et in unum volumen digesti essent: quemadmodum et Pandect. opus ex immensis IC. libris in I. auctoritate suasioneque Iustiniani redacti sunt; id quod ex eius in P. praefatione intelligitur, in qua sic scribit: *Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur, non secundum edicti perpetui ordinationem, sed passim, et quasi per Satyram collectum, et utile cum inutilibus mistum, maxima parte inutilibus deputatis:* id est, nullo ordine, sed confuse ac perturbate, dummodo hinc, modo illinc aliquid decerpitur. Sic Sosipater Carisius lib. II. *Nam omnia in se capit quasi collecta per Satyram, concessa sibi rerum varia potestate.* C. Popma. — Lex porro Satyra lege Caecilia et Dedia abrogata fuit, id quod Cicero in Orat. pro domo sua testatur: ubi tumultuarie ac promiscue fiebat rogatio, sententiae dicebantur exquisitae per Saturam. A. Popma. — Quicquid coniunctim, confuse, non servato aut temporis aut rerum ordine fiebat, id *per Saturam fieri* dicebatur. Auctor Paneg. Constant. dict. *separatim utique dicam, neque quasi per* Saturam *confundenda sunt beneficia.* Vid. A. Marcellin. XVI. etc. *Lex per Saturam* Gloss. νόμος πολλὰ περιέχων. Glossa Regii: *Satyra lex praecipiebat, ut Consul sine communi consilio aliquid faceret.* Lactant. I. 22. *Pescennius Festus in libris historiarum* per Saturam *refert.* ibi pro *nemore Ariano* lego *Aricino.* Ovid. Fast. III. 261.

* *Nympha, mone nemori stagnoque operata Dianae:* 119
*Nympha,* Numae coniux, *ad tua sacra veni.*

*Vallis Ariciae Silva praecinctus opaca*
*Est locus.*

Deinde:

*Egeria est quae praebet aquas.*

WASSE. — Tangit hunc locum Lotichius in vasto ad Petron. Comm. nec assequitur sensum. Erasmus Chil. IV. Cent. 7. explicat, quum variarum rerum mixturam, sparsim nulloque ordine congestarum, veteres *Satyram* appellarint, sensum Sallustii esse, *Iugurtham acceptum esse in deditionem, multis praescriptis conditionibus, ut XXX daret elephantos, pecus atque equos multos, cum magno argenti pondere.* Mihi unice placet interpretatio Viri summi Is. Casauboni, cuius verba, ut a doctissimorum virorum hallucinationibus iuventus sibi caveat, adscribam e lib. de Satyrica Graecorum poësi, et Romanorum Satyra: *Saturam veteres Romani dixerunt, compendio sermonis usi, cum saturam lancem intelligerent. Erat mos antiquorum, quando Cereri, Baccho, aut aliis Diis, agri annua vota solverent, pro laeto frugum fructuumque proventu, ut primitias rerum collectarum in lancem congestas, cuique Deo, pro ratione eius cultus offerrent. In ritibus Graecorum huiusmodi sacra miscella vocantur* πάγκαρπος θυσία *et* πολυσπερμία etc. *Latini vero lances ita refertas* variarum rerum copia, lances saturas, *vel simpliciter* saturas *appellarunt. Satur enim, pro pleno, et cui nihil deesset, usurpabant. Sic color satur* etc. *A similitudine huius lancis etiam aliarum rerum mixturas appellarunt* Saturas. *Flaccus:* Satura, cibi genus ex variis rebus conditum. *Postea etiam ad res ingenio factas eadem vox translata est. Unde* lex satura, *hoc est, miscella; uti est lex Iulia Papia Poppaea; quia et multa et diversa capita continebat. Festus: Satura est lex multis aliis legibus conferta. Capita legum Romani* Leges *vocant, et ita hic Festus. Glossarium: Satura,* νόμος πολλὰ περιέχων. *Hinc natum proverbium:* Per Saturam legem ferre: *cum rogatim, neque viritim dictis sententiis, aliquid Senatores decernebant, et, ut apud Festum loquitur Laelius,* quasi per saturam sententiis exquisitis. Haec ille. RUPERT.

CUM PARVO. Vulgg. *non cum parvo,* sed *non* abundat in meo libro. CIACC. et URSIN. — Carrio *non parvo.* sic Mart. Venetae, Oxon. B. Pub. et Marckii γ. omittit notam negationis. recte λ. retinet a 2. manu. Pemb. Reg. abest prorsus, uti et vett. Codd. Ursini. WASSE. — Sic libuit restituere, suadentibus libris antiquissimis Naz. ac Com. alii enim adhaerent editis habentque, *cum non parvo* etc. quod cur heic admitti necesse sit, non video. GRUTER. — γ. abest *non,* uti et Reg. WASSE.

IN NUMIDIA. Praepositio abest Ball. WASSE.

## CAP. XXXII.

ROMAE PER OMNES LOCOS ET CONVENTUS. Legendum *per omnis.* RIVIUS. — Alias nullum ex questu et murmure vulgi periculum est. Mortuo Augusto, paucos bona libertatis incassum disseruisse, dicit Tacitus, qui et alibi, Mennium seditiosos milites in hiberna reduxisse, turbidos et nihil ausos. Secus res habet, ubi dux et caput adest, quale

hic C. Memmius fuit. Idem Tacit. IV. Hist. *Vulgus sine rectore praeceps, pavidus, socors.* Rupert.

Patres soliciti erant. Duae voces *soliciti erant* non quidem videntur ineptitiae, procederent tamen omnia pronius, si legeremus *Patribus probarentne.* posset tamen ferri *soliciti*, eiecto solum *erant*, quod alioquin aliquot abest MSS. Gruter. — L. 3. omittit ac. *erant* abest MS. Putschii. Wass.

C. Memmius. De C. Memmio videndus Cicero * in Bruto, et fortasse is est, ad quem pertinent denarii cum inscriptione: C. Memm. C. F. Ursin. 120

Cuius de libertate etc. Obliviosis isthaec consuluerunt, non etiam attentis lectoribus; quare si quis spuria duxerit, is me sibi habet assentatorem. Gruter.

Odio potentiae. Eminentes viros, et ultra privatorum conditionem potentia et viribus pollentes, non absque causa liberis, suisque legibus viventibus, *Rebuspublicis formidolosos* haberi, docet Chr. Forstn. in Hypomnemat. Polit. 10. ubi et de remediis contra eam potentiam disserit. Rupert.

Multa superba. L. 3. Arond. *crudelia et superba multa.* forte abesse debet *multa*; Gruteriana *superba et crud.* et sic Reg. B. Pub. γ. λ. Venetae, Mart. Infra: *populum ad vindicandum hortari.* B. Pub. *populum r. ne libertatem* etc. caeteris omissis. abest γ. *populum* a sec. ut videtur manu. sequitur, *monere P. R.* (deinde litura est) *ne libertatem.* λ. *hortabatur.* voces *ne Remp.* absunt Bodl. γ. pro *potentia* B. Pub. *constantia Scauri*, et supra illud alterum. Wass.

Prorsus intentus. Merum rus, neque tamen odori illi medeor. Pal. sept. non adest vox *intentus*, eiusque loco geminavit *prorsus.* undecimus refert *omnino plebis.* Gruter. — Ball. *omnimodo* pro *omnino.* et L. 3. Wass.

Clara pollensque. Regius, at solus, *potensque*; utrumque bene, magis tamen placeret illud ultimum, si modo addicentes MSS. aves haberet. Lucretius V.

*Quis potis est dignum* pollenti pectore *carmen*
*Condere, pro rerum maiestate hisque repertis?*

Lucan. VI. 685.

*Tunc vox Lethaeis cunctis* pollentior *herbis*
*Excantare Deos.*

Apuleius de Deo Socr. pag. 43. *Homines ratione plaudentes*, oratione pollentes. Prudentius Steph. XIII. *Incubat in Libya sanguis, sed ubique* lingua pollet. Claudian. Prob. et Olybr.

*Pieriis* pollent *studiis, multoque redundant*
*Eloquio.*

et VI. Cons. Honor.

— *Quanta tuis* facundia pollet
Ingeniis, *nostrum digno sonet ore parentem.*

Vopiscus Numeriano II. *praepollens eloquentia.* Passio Pionii apud Rui-

nart. cap. 17. *Rufinus quidam* pollens eloquentia *atque oratoria arte praecellens.* Hoc sensu etiam *potens.* Auctor supra: *In Senatu* potens. Cicero pro Coel. *Potens, gratiosus, disertus homo.* Seneca Rhetor de Cassio Severo lib. III. Controv. *Omnia nitentia, et intenta aliquo, potentia, nemo magis in sua potestate habuit audientium affectus.* Seneca de Consol. ad Polyb. XXI. *Quamdiu steterit aut Latinae linguae* potentia, *aut Graecae gratia.* Consol. ad Marc. *animo alacrem*, ingenio potentem. Ovid. Am. III. 11.

*Desine blanditias et* verba potentia *quondam*
*Perdere.*

Sidonius Ep. VI. 21. *Cum caetera* potenter, *tum potentissime* [illegible] *sermo.* Statius Sylv. IV. 4.

— *Nec enim tibi sola* potentis
Eloquii *virtus.*

Arnob. pag. 118. *Vir* ingenio praepotens. Ausonius Mosel. 406.

— *Legumque catos* fandique potentes.

In Basi statuae Numeriani: NUMERIANO. CAESARI. ORATORI. TEMPORIBUS. SUIS. POTENTISSIMO. Hegesippus I. 10. *Propius*
121 *quippe accesserat Nicanor, dum putat aliquem profectum* * *fore pacis futurae, si sibi conferendi sermonis daretur copia,* qui potens *et validus ad tentandos audientium animos aestimabatur.* ibi et Tacitum aeque ac Nostrum sequi videtur; sic enim ille An. IV. 21. *maleficae vitae, sed* orandi validus. Sed voces *qui potens* impediunt sententiam; adeamus ergo Codices, quid illi? nempe *cuius potens*; id perplacet. Iosephus B. Iud. VI. 7. *Πειρώμενος εἰρηνικὰ τοῖς ἐπὶ τοῦ τείχους, οὐ γὰρ ἄγνωστος ἦν διαλέγεσθαι.* hoc sensu *valens* apud Ovid. I. Art.

*Saepe* valens *odii littera caussa fuit.*

Longinus: *Ταῦτα δὲ ΔΥΝΑΣΤΕΙΑΝ καὶ βίαν ἄμαχον προσφέροντα.* Rhetorica et Dialectica *ΔΥΝΑΜΕΙΣ* Alexandro Aphrodisiensi in Topica Aristotelis. Thucydides: *Λέγειν τε καὶ πράσσειν ΔΥΝΑΤΩΤΑΤΟΣ.* Menander *ἸΣΧΥΡΟΤΕΡΟΝ δέ γ' οὐδέν ἐστι τοῦ λόγου.* Isidor. Pelusiota III. 123. *Ἀμείνων τοῦ λέγειν εἰς ὑπερβολὴν ΔΥΝΑΤΟΥ.* Anonymus, qui vulgo praeponitur Aristophani, Eupolidem ait *ΔΥΝΑΤΟΝ τῇ λέξει καὶ ζηλοῦντα Κρατῖνον.* Quae quare *stylo rudem* verteret Hertelius, caussam non video, praesertim cum eundem inter elegantes veteris Comoediae poëtas recensent Macrobius aliique. M. Capella lib. V. potentem *omnium rerum reginam eloquentiam* appellat. Hilarius de Machabaeis 227.

*Haec tua libertas et dura* potentia linguae.

Prudentius in Symmach. II.

— — *Fallendi docta* potestas.

Caeterum de Memmio vide Plutarchum Lucul. pag. 517. Vox *Romae* habetur tantum in marg. Pemb. a sec. manu, neque ea opus est. Wasse.

Ac potissimum ea dicam etc. Ita etiam MSS. notae minime vulgaris, nam iuniores, *eam dicam quam*; neutrum mihi sapit, mallem caeteris exclusis, *ac potissimum, quae post reditum* etc. Ita certe loqui decebat minime Asiaticum. Gruter. — At ita Bodl. Marckiani, Balliol.

Arund. Reg. Pemb. Venetae, Martin. ne quid dissimulem. Fulvii liber ea quae. Fabric. et MS. Rivii. Wasse. — Fortasse verbum *dicam* abundat. Ciaccon. — Fabricianum, *ea dicam quae in concione.* Rivius. — Fulvii liber, *Ea dicam, quae in concione;* nec displicet; nam si legatur, *eam dicam, quam in concione*, non video, qui possit apte verbum *disseruit*, quod subsequitur, accommodari; quis enim probet hoc loquendi genus, *orationem disserere?* liberum tamen cuique iudicium relinquo. A. Manutius. — Concinnius leges *ea* quam *eam*. Putsch.

## CAP. XXXIII.

Multa me dehortantur a vobis, Quirites, Dictiones *a vobis* non sunt in meo libro. Ceterum hoc orationis initium scriptum est ex oratione Catonis contra Sergium Galbam VII. Orig. *Multa me dehortata sunt huc prodire: anni, aetas, vox, vires, senectus: verum enim vero cum tantam rempublicam agier arbitrarer.* Ciaccon. et Ursin. — Vide notam ad illa Catil. cap. 52. *Multos adversos habeo.* Rupert.

Vestra patientia. In malam partem, pro servili atque abiecto animo. Tibullus III. 2.

*Non ego firmus in hoc: non haec* patientia *nostro*
*Ingenio.*

Ovid. Met. XIV. 486.

*Quid superest, quod iam* patientia *nostra recuset?*

Virg. Aen. V.

*Tantane tam* patiens, *nullo certamine tolli*
*Dona sines?*

Livius II. 44. *partim patrum consiliis, partim* patientia plebis, *iam ad extrema venisse.* Seneca de Ira cap. ult. *Non puto parum momenti hanc eius vocem ad incitandas coniuratorum mentes addidisse;* ultimae *enim* patientiae *visum est, eum ferre qui Iovem non ferret.* adde III. 28. Consol. ad Marc. XX. Plinius Ep. II. 10. Cic. Cat. I. 1. et Ep. ad Lentulum I. 8. *Si quidem homines* patientius *eorum potentiam ferre potuerint.* Tacitus III. *Tam proiectae servientium* patientiae *taedebat.* Continet haec vox in se servitutis notam, unde nostrates eam interpretantur *obedience.* ut in illo Taciti Agr. XVI. *Britanniam unius proelii fortuna* veteri patientiae *restituit.* A *servili* tamen distinguit Apuleius Met. V. pag. 94. *Et tu quidem soror videris, quam* patienti, *vel potius* servili, *haec perferas* animo. Vide Q. * Septimium II. 34. Quintilian. Decl. XIX. *Quis enim* 122
*in hac civitate non novit taciturnitatis meae rigorem? quis ignorat qua cuncta soleam perferre* patientia? at pro *qua cuncta* Codex Ioannensis *quam inulta cuncta.* scribe *quam inulte c.* Noster: *Quam foede, quamque* inulte *perierint.* Wasse.

His annis quindecim. Haud dubie de eo loquitur tempore, quo post Gracchos occisos, nobiles, victoria clari, in plebem immodice saeviebant. Caeterum a Tiberii Gracchi caede hic vicesimus tertius decurrit annus, a Caii autem undecimus. Quare quid sibi hoc in loco numerus quindecim annorum velit, non satis intelligo. corruptum esse valde

vereor; sed iudicet Lector. GLAREAN. — Ego legerem, *his annis viginti*; vel, *his annis viginti quinque*; ut non sit subtilis annorum computatio: in manuscripto tamen Codice, qui est in Bibliotheca Divi Salvatoris, scriptum est, *his annis duodecim*: ut fortasse intelligat auctor id tempus, quod fuit a caede C. Gracchi et M. Fulvii. CAST. — *Nam illa quidem piget dicere his annis quindecim quam ludibrio fueritis superbiae paucorum, quam foede, quamque inulti* (ita rectum est: male alii *multi*) *perierint vestri defensores; ut vobis animus ab ignavia atque socordia corruptus sit: qui ne nunc quidem obnoxii inimicis exsurgitis.* Sic omnes: et parum est male scribi: nisi etiam sint qui id propugnent. Quanto autem verius erat *obnoxiis inimicis?* quomodo V. C. Hoc ait Memmius, nisi illis animus socordia atque ignavia diffluat, utique usuros occasione, et excitaturos industriam suam in tanta opportunitate, fractis et iacentibus, atque flagitii manifestis adversariis; nunc, quia occasione uti cunctentur, quid aliud esse, quam devota servituti corpora? Antea quamvis audaciam nobilium sua desidia aluerint, fuisse tamen caussam, patriciorum potentiam: nam eos ipsos obnoxios esse. *Obnoxius* hic non ita, ut significatione vulgata. Est enim idem qui opportunus et expositus sive vindictae sive iniuriae: mista etiam altera significatione, pro scelerato et noxio: atque eo elegantius. Sic *innoxius* pro florente, qui procul noxa sit, sive cui nocere nemo vel possit vel ausit. de coniuratione Catilinae: *Hi magistratus, provincias, aliaque omnia tenere: ipsi innoxii, florentes, sine metu aetatem agere, ceterosque iudiciis terrere, quo plebem in magistratu placidius tractarent obnoxiam.* Tacitus ad hoc exemplum, imitatus credo Sallustium: *Ipsique milites regionum gnari, refertos agros, dites dominos in praedam, aut si repugnatum foret, ad excidium destinabant, obnoxiis ducibus et prohibere non ausis. Obnoxii duces*, quorum erat precarium imperium apud milites: si iubere aut vetare vellent, ferro petebantur. PALMER.

QUAMQUE MULTI PERIERINT. Quidam codices habebant *inulti*, trisyllabon: tantum momenti adfert tenuissimum punctum, tertiae Romanae vocali vel apposita vel adepta. neutram lectionem affirmo, neutram reiicio: quam vero praeferam, non habeo quod certum dicam. GLAREAN. — Fulvii liber, *quamque inulti*. malo *multi*. etsi nec *inulti* reiicio. A. MANUT. — Ita legendum e manuscriptis, non, ut vulgo, *multi perierint*. hoc est, nulla de his sumpta poena, qui insectati eos fuissent. Similitudo scripturae ansam errori praebuit; nam ex praepositione illa *in*, facile *m* fit, si parum animum attendas. RIVIUS. — Sic etiam reponendum apud Hegesip. I. 1. *Dum sabbato bellum suscipere detrectant, irruentibus in sese hostibus*, multi *occubuere*. imo, si quid video, *inulti*; sed tacent scripti Codd. uti et II. 10. qui locus aeque mendosus: Ubi arma deposuere etc. *ab Eleazaro et sociis factionis* multi *obtruncantur*. Quid ergo, pars tantum caesa? immo idem infra: *omnes itaque interfecti*. Dictys V. 12. *Sed postquam universos qui in manus venerant*, foede *atque* inultos *obtruncavere*. WASSE.

QUI NE NUNC QUIDEM. MS. Rittershusii, *Qui nec non*. An forte interrogationis nota huic loco suppetias tulerit? *Qui ne nunc quidem obno-*

*xiis inimicis exsurgitis? Qui ne*, pro *qui*, oblique dictum, ut saepius apud Plautum, quasi dicat: vosne hoc quidem tempore obnoxiis inimicis ultro honorem habitum itis? COLER.

OBNOXIIS INIMICIS EXSURGITIS. * Sic Manuscripta quaedam, non 123 *obnoxii*, quomodò et sensus ipse exposcit, pro, reis et causam dicturis inimicis. RIVIUS. — Ita diserte etiam Nazar. noster, sed extrita deinde litera ultima in *obnoxiis*; pessimo facinore, meo quidem animo; nam qui probant *obnoxii*, id sibi solis probent non mihi. GRUTER. — γ. Bodl. Venetae B. Pub. *obnoxii*, omnino contra mentem oratoris, qui foedam pacem a Consule factam exagitat. Pemb. *obnoxiis*, nescio tamen an a manu prima; et sic Reg. Ar. et Oxonienses quidam. λ. primitus habuit *obnoxiis*, at ultima litera hodie erasa est. Vide Palmerium et Tacitum Hist. III. 35. II. 56. Reg. et Bodl. *insurgitis*, id ἐμφατικώτερον. insurgo, ἐπανίσταμαι. Ovid. Met. IX. 444. *credensque suis* insurgere regnis. Florus III. 18. *semper in malis maior, totis denique* viribus insurrexit: *aggressique singuli populos* etc. Seneca Hippol. 1065.

> *Contra feroci gnatus* insurgit *minax*
> *Vultu.*

Hoc significatu Hebraeis *kamim* pro motu hostili. Virg.

> *Ostendit dextram* insurgens *Entellus.*

Idem alibi:

> — — *te Lari maxime; teque*
> *Fluctibus et fremitu* assurgens, *Benace, marino.*

malim ibi *insurgens*, quomodo citasse memini Aretinum in Epist. licet in ea lectione parum constans sit, quippe qui ad vulgatam delabatur Ep. VII. 7. Idem eodem loco legit:

> — *indignatum magnis* clamoribus *aequor.*

quod aptius respondet τῷ *indignatum*. certe *stridet* nimis exile et caeco maris murmuri magis convenit quod tempestatem praecedit. Eoque modo recte alibi utitur:

> *Tum sonus auditur gravior, tractimque* susurrant:
> *Frigidus ut quondam sylvis immurmurat Auster;*
> *Ut mare sollicitum* stridet *refluentibus undis.*

At ubi mare magnum esse et saevire ventis coepit, tum illud audacius *clamare* dicitur. Virg.

> *Ter scopuli* clamorem *inter cava saxa* dedere.

Silius IV. 526.

> *Spumea saxosis* clamat *convallibus* unda.

Hieronymus Ep. XLI. *Totam circa Insulam fremitu insanum mare, et sinuosis montium illisum scopulis* aequor reclamat. WASSE. — Etsi video scriptum esse in quibusdam libris, *obnoxiis inimicis*, tamen *obnoxii* magis probo, pro, *subiecti, subditi, vosmet eorum potestati dedentes.* Quod Memmius reprehendit. ALD. MANUT.

QUIBUS VOS DECET TERRORI ESSE. Manuscripta, *quibus decet*, omisso pronomine, quod rectius subauditur; nec aliter in impressis quibusdam. RIVIUS. — Ita V. C. cum in aliis desit *vos*. supra in Bell. Catil. dixit: *His obnoxii, quibus, si resp. valeret, formidini essemus.* CIACCON. et Ur-

SIN. — Reg. et L. 3. B. Pub. Arond. Ball. Bodl. Laud. omittunt su. Pemb. retinet, sed a 2. manu, et potest abesse. Marck. γ. λ. nec sum. pro *atque etiam* Arond. *at etiam*, quod vehementius est, nam *at etiam* indignantis: Terent. Eunuch.

At etiam *primo callidum et disertum credidi hominem.*

Andr.

*Quid vis?* D. At etiam *rogas?*

Eunuch.

*Exi foras scelest*; at etiam restitas?

Etiam *irrisioni* servit: Cic. I. de Fin. At etiam *de sanctitate, de pietate adversus Deos scripsit Epicurus.* WASSE.

QUAE MIHI A PARENTE MEO TRADITA EST. Alius forsan malit, *quae mihi a maioribus tradita est.* GRUTER.

## CAP. XXXIV.

NEQUE EGO VOS HORTOR. Prudenter ita C. Memmius. Vid. not. ad cap. 3. RUPERT.

QUOD SAEPE MAIORES VESTRI FECERE. Manuscripta *maiores nostri.* sed vulgata lectio magis arridet. RIVIUS.

124 OPUS EST. Verbum substantivum abest B. Pub. et sane * sequitur *necesse est*, unde delendum puto. retinent caeteri. *suimet ipsi* Reg. et λ. sed in marg. retinet *suomet.* WASSE.

NECESSE EST SUOMET IPSI MORE PRAECIPITES EANT. Videndum an verba *necesse est* abundent. CIACCON. et URSIN. — Id est, *suis moribus.* Barth. XXIV. Adv. 4. RUPERT.

QUAESTIONES HABITAE SUNT. Restitui editionis primae scripturam, cui adsentitur Naz. ac Com. nam Pall. ceteri *graves quaestiones habitae sunt.* quasi vero ulla quaestio levis foret. GRUTER. — Carrio dedit *quaestiones graves*; vox posterior abest Grutero, etiam Arond. Reg. Marckianis, Pemb. B. Pub. quorum auctoritate motus induxi fere invitus. Omittit etiam editio prima, Naz. Commelin. Ait Gruterus nullas quaestiones graves esse, proinde non debere addi. Sed fallitur vir magnus. Habes enim apud Livium eodem sensu IV. 50. *Asperiora omnia fecit* acerbis quaestionibus, *crudelibus suppliciis.* Velleius II. 7. Crudelesque *mox* quaestiones *in amicos clientesque Gracchorum habitas.* Sulpicius H. Sac. II. 29. ed. Vorstianae: *actaeque in innoxios* crudelissime quaestiones. ubi pro *interim vero iam etiam*, lego, *interim Nero iam etiam.* Ammian. pag. 239. *Ut* quaestiones *agitari iuberet solito* acriores. lib. XXVI. 10. *Carnifex et unci et* cruentae quaestiones, *sine discrimine ullo aetatum, per fortunas omnes et ordines grassabantur.* Arnobius adhuc auctius ad fin. lib. II. pag. 98. Quaestionum *numquam afficere se gravibus atque immanibus existimet* poenis. Hoc sensu Auctor de B. Afric. XLVI. *Ignominiae causa dimittendos ab exercitu*, gravissimumque *in eos* edictum *proponendum curavit.* WASSE.

EORUM FINEM. Pronomen an sit ab auctore ambigo. GRUTER. — Nostri omnes servant. WASSE.

Sed sane fuerit. Seneca dixisset: *sed fuerit sane regnum, plebi sua restituere*. Gruter.

Regni reparatio, plebi sua iura restituere. Manuscripta, ut Beroaldinum, *regni paratio*, pro eo, quod est *affectatio*. nam et ante dixit: *quem regnum parare aiebant*. τὸ *iura* non habet ullum Manuscriptum, neque ex impressis quaedam. Rivius.

Quidquid sine sanguine civium ulcisci nequit, iure factum sit. In MSS. duobus est, *nequitur*: quomodo veteres loqui solitos testatur Sex. Pompeius. *Nequitum*, inquit, et *nequitur*, *pro* non posse *dixerunt*. Plaut. in Saturione: *Retrahi* nequitur, *quoquo progressa est semel*. Cato Originum I. *Quod Termino fanum fuit*, *id* nequitum *exaugurari*. Diomedes quoque adnotavit I. veteres et *quitur* et *potestur* interdum dixisse; affertque huius rei ex poetis Accio, Caecilio et Ennio exempla, quae nobis non necesse est subiicere hoc loco. Cum Manuscriptis facit Beroaldinum. Rivius. — L. 2. Reg. Bodl. Marckii γ. *nequit*. sic Venetae. Mant. *nequivit*. turpiter omnes. Plautus Rud. IV. 4. 20. *ut* nequitur *comprimi*. Cato Orig. lib. I. *Fana in eo loco quam plurima fuere, ea exauguravit: praeterquam quod Termino fanum fuit, id* nequitum *exaugurari*. Apuleius Apolog. *sola virginitas, cum semel accepta est, reddi* nequitur. Priscian. in versione Dionysii:

*Hic nasci lapidem, qui tacto accensus ab igni*
*Extingui* nequitur.

Q. Septimius II. 21. *consequens fuit arma capere: iusque per vim extorquere, quod amice impetrare* nequitum. Hegesippus I. quod abs te magno pretio impetrare *nequitum est*. Codex B. Pub. male * *nequit*. ipse enim 125
infra V. 21. *sed ubi* nequitum *occurrere*. Wasse. — Sic sunt locuti antiqui. Plautus Satyrione: *Retrahi nequitur quoquo progressa est semel*. Vide Festum. Ciaccon.

Ulcisci. Passive hic accipitur. Idem Barthius XXXIV. Adv. 16. quem exscripsisse mihi videtur Voss. III. de Anal. VI. pag. 30. Rupert.

Aerarium expilari. Merseburgense *exspoliari*. sed vulgata lectio melior. Est apud Ciceronem frequens hoc verbum; ut pro Cluent. *Expilato armario, pecunia ablata*. et pro L. Manil. *expilare socios, diripere provincias*. Sed et alibi: *Proserpinae fanum expilavit*. Rivius. — *Exspoliari* Reg. Wasse.

Reges et populos liberos vectigal pendere. Idem in Catil. *Nam postquam respublica in paucorum potentium ius atque ditionem concessit, semper illis reges, tetrarchae, vectigales esse, populi, nationes stipendia pendere*. Ciaccon.

Incedunt per ora vestra. Apud Tacit. IV. praeter *suorum ora* legitur. et Liv. XXXVIII. praeter *omnium oculos*. Sed Liv. XXI. *vestros liberos* traductos per ora *hominum*. V. C. *magnifici*. Ciaccon. et Ursin. — Sic Fulvii liber. A. Manut. — *Incedere* est cum dignitate, iactantia, aut fastu ut pomparum fercula ambulare. Vide Servium ad Aen. I. Lucret. III.

— — ante oculos *illum esse potentem*,

*Illum aspectari*, *claroque* incedere honore.

Ennius:

— — *volito vivu'* per ora *virum*.

Iustin. XV. 3. *in triumphi modum* per ora civium *trahit*. XXXVI. 1. *traductus* per ora *civitatum*. Sophocles Aiace Fl.

Ἥπου τραφεὶς ἂν μητρὸς εὐγενοῦς ἀπὸ
Τύψη᾽ ἐκόμπεις, Κ᾽ ἈΠ᾽ ἌΚΡΩΝ ὉΔΟΙΠΟΡΕΙΣ.

Lycurgus Orat. adv. Leocr. pag. 192. *Οὕτως ἀναιδῶς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν πενθησάντων τὰς ἐκείνων συμφορὰς ἡγεῖται δεῖν ἀναστρέφεσθαι.* Interpres vetus I. Sam. XVII. 41. *Ibat autem Philistaeus incedens.* Locum respicit Tacitus Hist. I. 2. *Nec minus praemia delatorum invisa quam scelera: cum alii sacerdotia et consulatus, ut spolia adepti, procurationes alii et interiorem potentiam, agerent, ferrent cuncta.* Wasse. — Bernecc. ad Iustini lib. XVI. cap. 5. §. 5. lit. a. cui addes illud Senecae VII. de Benef. 19. *In ore parentum filios iugulat.* et illud Taciti III. Hist. *Iulianus ad Vitellium perductus, in ore eius iugulatur.* Rupert.

Magnifici. Ita vetustiores illi MSS. quibus etiam accedit Bong. non *magnifice*, ut habent editi. Gruter.

Servi aere parati. Sumtus locus ex Catonis lib. de Falsis pugnis, ubi ita loquitur: *Servi iniurias nimis aegre ferunt; quid illos bono genere natos, magna virtute praeditos* etc. Gellius lib. X. cap. 3. Ciaccon. et Ursin. — Sic et Manuscripta et impressa fere, et hanc veram esse lectionem arbitror. Ceterum Venetum, Argentoratense, alia pleraque, *Servi aere comparati* habent, pro *pecunia emti*. Quod ad sensum attinet, haud magno in discrimine ponam utrum legas; nam et *parare* et *comparare* pro *emere* interdum ponitur. Inde apud Ciceronem: *Trans Tiberim hortos aliquos parare.* et: *Agros sibi uspiam parare.* Item: *studiose comparare supellectilem.* Sic et apud Suetonium in C. Iulio Caesare: *Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui comparare.* pro *emere*. Idem
126 in Caligula: *Magisteria sacerdotii ditissimus quisque et ambitione * et licitatione maxima vicibus comparabant.* et postea ibidem: *Cum ad saginam ferarum muneri praeparatarum, carius pecudes compararentur.* pro *emerentur*. Columella quoque, *Qui nequam vicinum*, inquit, *suis nummis parat.* Rivius. — Ita omnes MSS. nostri, non *comparati*. Gruter. — E nostris soli Ball. L. 3. Horat. Serm. II. Sat. III. 129. *Servosque tuos quos* aere pararis. Glossae: *paro*, *κτάω*. Vitruv. I. 2. *Ea non quaerat quae non poterunt inveniri aut* parari *nisi magno.* ibid. *aliud alio loco nascitur, quorum* comparationes *difficiles sunt et sumtuosae.* Arondel. *comportationes*, quod libro suo inserere dedignatus Io. de Laet; tamen auctor cap. V. *seu* etc. *habuerint* comportationes *expeditas*. vid. II. 5. Tacit. I. 9. Hegesipp. II. 1. iniusta imperia in cives exercuisse. Cato Fr. lib. I. Servi iniurias nimis aegre ferunt; *quid illos bono genere natos, magna virtute praeditos, opinamini habuisse, atque habituros dum vivent?* Livius XLII. 41. *qui ne in* servos *quidem saeva atque* iniusta imperia *probavit.* Wasse. — Pulcerrima excitandi ratio. Similiter apud Curt. lib. V. cap. 5. §. 19. suadet Theaetetus, *non esse deserenda patria, et ingenia*

*bona, cum etiam barbari, quibus nativa non sunt, ea summopere appetant.* Rupert.

Vos, Quirites, in imperio nati. Quidam libri praepositionem omittunt; utrumque sententiam habet satis commodam. A. Manut. — Merseburgense, *imperio nati*, omissa praepositione, pro, *ad imperandum aliis nati.* quomodo sequentia probe quadrant. Rivius. — Nata *servituti mancipia.* Tacit. Agric. V. C. *Vos Quirites imperio nati.* et sic locutus est Cicero, cum dixit in oratione de provinciis consularibus: *Syri natione, nata servituti.* Ursinus. — Secutus sum codices Rivianos, nam nostris aderat etiam praepositio *in Imperio*, perperam. vos, inquit, natos ad imperandum, servire, minime ferendum. Gruter. — *In imperio* Pemb. Laud. Ball. Marckii γ. Wasse. — Praepositio *in* abest a lib. Rittershus. et recte. Vult enim Quirites imperio natos esse, hoc est, ad imperandum. Infra: *Vos autem, hoc est P. R. invicti ab hostibus, Imperatores omnium gentium, satis habebatis animam retinere.* Lucillius lib. 20. *Ut P. R. victus vi et superatus praeliis saepe est multis: bello vero nunquam, in quo sunt omnia.* Virgilius: *Romanos rerum dominos.* In altero illo Sallustii loco non sunt illa verba irreptitia aut adscititia: *hoc est P. R.* sed ab ipso Sallustio, contra quam caussatur Popma. Nam eadem quoque citat Servius MS. Fuldanus ad illud: *Ast ego, quae divum incedo regina.* Coler.

Immani avaritia. Melius Coloniensis *immuni avaritia.* Id positum, ut Trinummo:

*Amicum castigare ob meritam noxiam,*
*Immune est facinus: verum in aetate utile.*

Apud Terentium Adelphis: *Leno sum, fateor, pernicies immunis adolescentium, Periurus, pestis, tamen tibi a me nulla est orta iniuria.* Hoc ibi quoque verius est, quam vel in Brunii scripto codice, vel in veteri Argentinensi, *immanis:* et sic in suo mihi ostendit Stanaeus. Meminit Festus quoque, et pro *improbo* valere dicit. *Immani avaritia* non male scribitur, nisi quod temere *immune;* in veteri nusquam hac facie est, ut germanum non sit. Palm.

Nocentissumi, iidem superbissumi. Legendum, *iidemque superbissumi*, ex Manuscriptis. Rivius. — Omnes MSS. nostri et edd. antiquae simplici iota, non *iidemque.* Gruter. — Marckii γ. *et idem.* sic Pemb. Venetae. B. Pub. Bodl. *iidem.* supra *immuni* Codd. Stanaei et Colon. vid. Palmerium. Wasse.

Pro munimento habent. Invitis nobis excidit * locus communis, 127
qui hic non sua sede collocatur. Male existimasse dico Romanos nobiles, qui caedem fecisse pro munimento habuerunt. *Unum est inexpugnabile munimentum amor civium;* ut statuit Seneca I. de Clem. 19. Iisdemque paene verbis Plin. in Panegyr. cap. 49. *Haec arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum est, munimento non egere.* Accedit Claudianus de Honor. Cons. IV. 281.

*Non sic excubiae, nec circumstantia tela,*
*Quam tutatur amor.*

Rupert.

ITAQUE QUAM QUISQUE. Manuscripta, *Ita quam quisque* etc. ut sit ἐπιφώνημα. ubi interdum utimur illa particula, *ita, adeo*, et similibus. Leve hoc quidem, sed non ideo praetereundum; sicut nec illud quod statim sequitur. RIVIUS. — Sic legit Valla I. 16. Vide F. III. 9. WASSE.

TAM MAXIME TUTUS EST. Tutus, fateor, sed nunquam securus. Seneca Ep. 97. *Ita est, tuta scelera esse possunt, secura non possunt. Quare? quia prima et maxima peccantium poena est peccasse, nec ullum scelus, licet id fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vindicet, impunitum est: quoniam sceleris in scelere supplicium est. Sed nihilominus et haec, et illae secundae poenae premunt, ac sequuntur, timere semper et expavescere et securitati diffidere.* RUPERT. — Servius ad VII. Aeneid. 787. BROUKH.

AD IGNAVIAM. Tacit. III. 34. *Frustra* nostram ignaviam ad alia *vocabula* transferri: *nam viri in eo culpam, si foemina modum excedat; porro ob unius aut alterius imbecillum animum, male eripi maritis consortia rerum secundarum adversarumque.* vide et Iug. 1. *suam quisque* culpam *auctores* ad negotia transferunt. Cic. IX. Verrin. 91. *Mihi numquam verisimile visum est, adolescentem illo loco natum, patronum Siciliae, nomen suum isti* ad translationem criminis *commodaturum. Verum tamen ita res mihi tota praevisa atque praecauta est, uti si maxime esset inventus, qui in* se suscipere istius culpam crimenque *cuperet: tamen is proficere nihil posset. Transferre*, hoc est, terrorem suorum sceleri debitum in vestram ignaviam derivare: socordia vestra utuntur pro munimento. Demosthenes de foedere Alexand. pag. 89. *Εὐτυχοῦσιν, ὅτι ἐναποχρῶνται τῇ ὑμετέρᾳ ῥαθυμίᾳ. avertere* malit Liv. I. 58. avertendo *noxam ab coacta in auctorem delicti.* WASSE.

QUOS OMNES CUPERE EADEM. Legendum, *quos omneis.* RIVIUS. — Donatus ad Hecyr. I. 2. omittit *omnis eadem cupere.* Martin. et B. Pal. *eadem odisse.* legit *odisse et* Donat. confer Ioan. Sarisberiensem de Nugis Curialium III. 12. ibi legisse videtur, *vera amicitia.* dicitque tale quid Ciceroni placuisse. quem vide Ep. X. Attic. et de Am. §. 5. plane §. 33. Loci sensum ita complexus est Apuleius de Philosophia pag. 277. *Bonos omneis inter se oportet* amicos *esse, etsi sunt minus noti: et potestate ipsa, qua mores eorum sectaeque conveniunt, amici sunt habendi. Patria quippe a similibus non abhorret. Unde inter* solos bonos *fidem* amicitiae *esse constat.* Seneca de Vita B. II. *In gratiam ex odio (si modo ulla* inter malos gratia est) *redii.* Hegesippus III. 25. *Festinemus itaque dum adhuc dissident, ne forte* periculi metu in gratiam redeant. WASSE.

SED HAEC INTER BONOS AMICITIA, INTER MALOS FACTIO EST. Vide ad explicationem huius loci egregium locum Sen. I. de Otio Sap. cap. 30. ibidemque Lipsium. Inter malos autem gratiam, hoc est, amicitiam esse, non immerito dubitat Seneca I. de Vita beata cap. 2. Factionem definit Lipsius, esse *paucorum aut plurium inter se coitionem, et cum aliis dissensum.* Originem, ait, saepe habet ab *odio*, saepe ab *ambitione.* Ab odio et ambitione simul, dixerim fuisse factiones Gibellinorum et Guelforum, quorum hi Pontificias, illi Caesareanas partes sequebantur.

*Accipiebant inimicitias hereditate, et in vanissimorum nominum gratiam saeviebant:* ut loquitur Brunner. lib. 15. pag. 1030. Ceterum coitiones sunt vel nobilium, vel plebeiorum. In Aristocratia horum periculosissima est, illorum in Democratia, imo utrorumque in omni statu. Porro coitiones sunt vel *ordinariae*, et ex consuetudine, vel sunt *fortuitae*. Ex consuetudine, v. g. *ἑταιρίαι*, sodalitates, collegia. Ἑταιρειῶν mentionem facit Aristoteles V. Polit. cap. 6. ad cuius locum Petr. Victorius: „Puto, inquit, ἑταιρίας, quas vocat, fuisse coitiones * multorum, ad sua 128 „commoda in Republica obtinenda, conspiratione illa animorum. Ipsarum etiam meminit Plut. in Lysandro, quem dicit, quum haberet in „animo evertere veterem statum Spartae, auctorem fuisse multis, ut conflarent sodalitates, et incumberent toto animo in ea, quae fierent in „Republica, atque id non uno tantum loco tangit in ea vita; sed etiam „M. Cicero in epist. quadam ad Q. fratrem mentionem ipsarum fecit, „ut aptarum ad Rempublicam perturbandam. Inquit enim: Eo die SC. „factum est, ut sodalitates centuriatique discederent. Praesertim in orat. „pro L. Flacco. In libello tamen de senectute perspicitur, aliter cepisse hoc nomen, vocasseque sodalitates, quae Reipublicae causa constitutae forent.“ Hactenus Victorius. At Gaius ICtus in libr. IV. ff. de Collegiis et Corporibus, quo loco etiam ortum ipsarum exponit: *Sodales sunt*, inquit, *qui eiusdem Collegii sunt, quam Graeci ἑταιρίαν vocant.* His autem potestatem facit lex, pactionem, quam velint, sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. ubi Sigonius hoc vocabulo ἑταιρειῶν, putat intelligi *collegia artificum opificumque*, sive a Numa sive a Servio Romae instituta; adiicitque inde facta alia multa esse, sed ea fere, quae adversus Rempublicam esse videbantur, sublata, quod his verbis prodit in Cornelianam Asconius: *Frequenter coetus factiosorum hominum, sine publica auctoritate, malo publico fiebant, propter quod postea collegia SCtis et legibus pluribus sunt sublata, praeter pauca atque certa, quae utilitas civitatis desiderasset, ut fabrorum fictorumque.* Atque hoc L. Caecilio, Q. Marcio Coss. factum esse idem scriptum reliquit in Comm. Pisonianae. Apud Romanos initio Circi *factiones Albata* et *Russata*, mox etiam *Prasina* et *Veneta*, tanta animorum contentione agitabantur, ut non rixae modo et iurgia, sed et caedes inde orirentur. Quae tamen insania, post Augusti saeculum, maxime exarsit, et principes quoque commisit. Vitellius Venetae, Caius, Nero, Verus Caesares Prasinae factioni addicti fuere: Principum autem furor populum concitavit. Tertull. lib. de Spect. *Aspice populum ad spectaculum cum furore venientem, iam tumultuosum, iam caecum, iam de sponsionibus concitatum.* Adde Plin. lib. VII. cap. 53. Zonaras Iustiniani temporibus, ex Prasinae ac Venetae factionum contentione, tantam Constantinopoli exortam fuisse seditionem scribit, ut eo in tumultu paene XL hominum M[1] perierint. Qua occasione factionum nomina sublata perhibentur. Torrent. in Horat. I. Carm. od. 1. Praeterea Sueton. lib. I. cap. 42. auctor est, *Iulium Caesarem cuncta collegia, praeter antiquitus constituta, detraxisse.* Sed et lib. II. idem refert Augustum Octavianum, cum plurimae societates, titulo tenus collegii novi, ad nullius non faci-

noris societatem coirent, collegia omnia, praeter antiqua et legitima, dissolvisse. Denique et Traianus Imperator ἑταιρίας esse in Provincia Bithynia vetuerat, quod, ut ipse scribit ad Plin. Iun. lib. X. Ep. 35., *meminisset illam provinciam factionibus esse vexatam.* E quibus omnibus perspicimus, quam suspectas ἑταιρίας habuerint prudentissimi viri, ne scilicet sub eo nomine coëuntes hominum factiosorum coetus res novarent, ac Rempublicam perturbarent. Plura de istis hetaeriis et collegiis afferunt C. Rittersh. Comm. ad Ep. XXXIV. Plinii lib. 10. et quem ille citat, Fr. Balduin. Comm. in XII Tabb. Bodinus (laudante Bernecc. ad Suet. Caes. cap. 42. §. 4.) lib. III. de Rep. cap. 7. Has ergo coitiones potes dicere INSTRUMENTA FACTIONUM, ut et alteras, quas FORTUITAS diximus, quum nimirum fortuna cives conveniunt, et rumores conferunt. Atque in hoc felicissima est Venetorum civitas, quae, quod interfluentibus passim aquis (canales vocant) in multas veluti partes divisa sit, adeoque coëundi facultatem adimat, ideo per tot saecula, pacem atque tranquillitatem suam, nullis unquam civium coniurationibus sollicitatam vidit, ut e Botero docet Forstnerus ad Tacitum pag. 322. Haec de coitionibus scienda sunt. De DISSENSU, qui quasi fabricatur in coitionibus, et FACTIONEM demum constituit, quaerere imperitus quispiam possit, an utilitatem nullam habeat; sed imperitus. Nam quatenus in FACTIONEM desinit, perniciosissimum esse sapientes uno ore fatebuntur. Adde Vird. Pr. Pol. IX. pag. 181. Bern. in Germ. Tac. Q. 122. et 124. Est vero dissensus alius levis, ac sine conspiratione, quem cum Lipsio tolerem. Facit huc egregius locus apud Plut. in Agesil. quem integrum ut exscribam, pretium operae censeo: *Quum Agesilaus alliceret ac demereretur omnes Senatores, Ephori, timentes illius potentiam, mulctam ei irrogaverunt. Siquidem, ut opinantur Physici, si contentionem et litem segreges a mundo, fore ut corpora coelestia consistant, omnium item generatio et motio conquiescat, propter mutuum universitatis cum his concentum. Ita Laconicus legislator videtur virtutis facem Reipublicae subdidisse, ambitionem et concertationem, aliquod semper inter bonos certamen et pugnam machinans: illam vero mutuo conniventem in non coarguendo gratiam, quae iners sit et ignava, parum recte dici concordiam censens.* Nempe vidisse id Homerum quoque nonnulli arbitrantur, neque enim facturum fuisse, ut Ulysse et Achille verborum asperitate provectis ad convicia, laetum finxisset Agamemnonem, nisi magnopere censuisset Reipublicae interesse,
129 * mutuam procerum aemulationem et dissensionem. Eodem applicandum illud Senecae Epist. XCV. sub. fin. *Societas nostra, lapidum fornicationi simillima est, quae casura, nisi invicem obstarent, hoc ipso sustinetur.* seu, verbis Agellii lib. VI. cap. 1., *quasi mutuo adversoque fulta nisu subsistit.* Notum etiam de Catone, contentiunculas aluisse inter servos. Ne quid tamen dissimulem, puto cum Forstnero nunquam nisi *ex accidenti civium discordiam publicae rei principique prodesse; imo cautionem hanc arguere morbum imperii principisque debilitatem.* Vide illum ad Tacit. pag. 215. RUPERT.

## CAP. XXXV.

Quod si tantam. Manuscripta, *Quod si tam vos curam* et quae sequuntur; ut invicem respondeant *tam* et *quam*. Rivius. — Sic omnino MSS. nostri. Abeat igitur Carrionis, *quod si vos tantam libertatis* etc. etsi non negem posse adhuc deleri pronomen *vos*. Gruter. — Ex Demosthene sententia, cuius verba adducuntur in extrema parte orat. Lepidi lib. III. Hist. Vid. Livium III. 39. VI. 18. Wasse.

Libertatis curam. Quam tota haec oratio crepat. Observa, gravem accusationem fuisse, si quis diceret, *contra leges, contra morem maiorum, contra imperii dignitatem, contra Reipublicae salutem factum esse*: omnium vere gravissimam exclamationem: *Quirites, libertatem amisimus!* Id quod Romane loquentes vocant, *fidem Quiritium implorare* et *Quiritare*, ut ex Livio, Tertulliano, Macrobio constat. Rupert.

Neque Respublica — et. Sic Noster eleganter Cat. XXXIII. Iug. XIV. LXXVII. Tacit. An. I. 80. XI. 21. et sequente, ac Agr. X. Cic. Tusc. I. 23. Neque *nata certe est*, et *aeterna est*. quo in loco pro, *omne coelum omnisque natura*, legerim, *omnisque terra consistat*. Petrus Chrysologus Serm. VII. *Sit licet tibi facies inculta, exterminatus aspectus: nec ab hominibus invenisti laudem*, et *apud Deum fructum ieiunii perdidisti*. ubi etiam pro *fastu* ipse *astu* reposuerim: *Quam non est anxius, quam servorum caret* astu, *qui sua patri servanda committit*. Fastus dominorum, illud alterum ingeniorum servilium. Terent. Andr.

*Quae, si non astu providentur, me aut herum pessum dabunt.*

Wasse.

Maiores vestri. In omnibus adhortationibus promtissimus locus est, a maiorum virtutibus quosque excitandi. Vide Freinsh. in Curt. lib. IV. cap. 14. §. 25. Rupert.

Bis per secessionem armati. Utramque secessionem ponit Livius. Sed primam quidem lib. II. ex opinione Pisonis, qui, Sicinio quodam auctore, iniussu Consulum, scripserit plebem secessisse in Aventinum. Idem tamen Livius magis probat opinionem eorum, qui non in Aventinum, ut Piso, sed in sacrum montem secessisse primum plebem dicunt, trans Anienem amnem tria ab urbe millia passuum: deinde iterum in Aventinum montem. Ad quam opinionem respexisse videtur Sallustius lib. I. Histor. cum dixit: *Tunc plebs armata montem Sacrum et Aventinum insedit* etc. quibus verbis utramque secessionem indicavit. Ciacc. et Ursin.

Maius dedecus est parta amittere. *Πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι.* Demosthenes. Similia illa in Catilina: *Virtus atque sapientia maior in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus.* et in Iugurtha: *Nobilitatem certe peperisse, quam acceptam corrupisse, melius est.* Et Thucydides lib. II. pag. 119. §. 62. in concione Periclis: *Αἴσχιον, ἔχοντας * ἀφαιρεθῆναι ἢ κτωμένους ἀτυχῆσαι.* A. Manut. — Gruter. *paruisse*; male. Wasse. 130

Dicet aliquis, quid igitur censes? vindicandum in eos, qui hosti prodidere rempublicam. In hunc modum exemplar in pergamenis descriptum. Sed quam male sit hic locus in recentioribus distinctus, facile videbit, qui conferre non gravetur. Rivius. — Vid. Douzam Ep. III. 9. Wasse.

Non manu, neque vi. Quidam *non manu neque vi censeo* legunt; sed in meis MSS. et codice Aldino verbum *censeo* omissum est. praecedenti enim versu, *quid igitur censes?* inquit, idque errori occasionem dedit. et in Catilinario Sallustius: *Placet igitur eos dimitti, et augeri exercitum Catilinae? Minime: sed ita censeo: Publicandas eorum pecunias, ipsos in vinculis habendos per municipia, quae maxime opibus valent, neu quis de his postea ad Senatum referat, neve cum populo agat: qui aliter fecerit, Senatum existimare eum contra rempublicam et salutem omnium facturum.* Neque enim hoc loco verbum *censeo* bis repetitum est in antiquis et impressis quibusdam libris: et ob id cum multo verior, tum elegantior est haec lectio. C. Rosma. — *Utique censeo non m.* B. Pub. Reg. *neque vi censeo.* Wasse.

Qui si deditus est. Sic in quibusdam reperi, velut Merseburgensi, Veneto, atque aliis, sed Gymnicus hoc loco recte *dediticius*, pro, si in deditionem venit. Utitur hac voce Cicero quoque ad Brutum, quum inquit: *Id SC. plerique interpretantur etiam ad suos sive captivos sive dediticios pertinere.* Titus Liv. VII. ab U. C. *Quicquid deinde patiemur, dediticii vestri passuri.* et paulo inferius: *ut dediticiis suis pareerent.* Sed et Caesar identidem hac voce in Commentariis usus est. Cum Gymnico facit exemplar Fabricianum. In Badiano, quod castigavit Aleander, *deditivus* est, sed haud dubie perperam. Nisi quis ita Sallustium pro *dediticio* dixisse *deditivum* putet, uti Marcellinus alicubi *subditivos* dixit pro *subditicios*, lib. XXVI. Sed quid si incuria librariorum hoc commissum forte est? nam fuit proclivis ex alterutro in alterum lapsus. Quamquam et Plautus in Amphitryone (si mendo vacant codices) *subditivum* pro *subditicio* dixit. Rivius. — *Deditus* L. 2. 3. Ball. *deditius* B. Bub. Pemb. Marckii λ. ibi in marg. *deditus.* γρ. *dedititius.* Glossae: *οἱ μετὰ τὸ ληφθῆναι τῇ τῶν νικησάντων πολεμίων ἐξουσίᾳ ἑαυτοὺς ἐπιτρέψαντες.* Vid. Isidor. IX. 4. Usi praeterea Sueton. Aug. XV. Tit. IX. Caius Inst. I. tit. I. Ulpian. in Inst. I. tit. I. Tacitus An. XII. 17. et Iustin. *deditos.* Curt. VII. ult. ibi Codex Petrensis *deditiorum* pro *deditorum*; forte legendum *dediticiorum.* apparet tamen alibi *dedite.* Vid. Lactant. M. P. §. Petron. Sulpic. Wasse.

Scilicet existimabitis. MSS. vero *aestimabitis*, id quod sensus magis postulat. Rivius.

Scilicet aestumabitis. Revocavi lectionem Commelin. mei; antea erat *existumabitis*, minus hoc loco conveniens. Gruter.

In rempublicam damna. Ita etiam MSS. Pall. non *ad Rempublicam*, ut ensi ante Carrionem. Gruter. — Vet. Cod. *At in rempublicam damna:* illud vero *at* a librariis in *ad* conversum ex consuetudine mutandi *t* in *d*, occasionem dedit aliis scribendi, *ad rempublicam* etc. Ursin.

* DOMINATIONIS EORUM SATIETAS. Notant Grammatici a Sallustio 131
*satias* pro *satietas* scriptum esse, ut lib. II. Hist. *ex inopia gravi* satias *facta*; quod a Cicerone, Terentio, aliisque usurpatum est, et a Cornelio, Tacito ac Livio. quare videndum an hoc etiam loco *satias* sit legendum. CIACC. et URSIN.

ET ILLA QUAM HAEC TEMPORA MAGIS PLACENT, CUM REGNA etc. Badius legisse videtur: *et illa tempora magis placent, cum regna* etc. omissis verbis *quam haec*. et planior multo est sensus absque illis; comparat enim illa tempora, quando regna, provinciae, leges, iura, iudicia, bella atque paces, postremo divina et humana omnia, penes paucos erant, (quod certe factum est post Gracchorum caedem,) ad ea tempora quae olim fuerunt, quando plebs in vera fuit libertate. Nisi quod malim legas: *et quam illa, haec tempora magis placent*; ita ut *illa* referatur ad pristinam libertatem, et *haec* ad praesentia, post Gracchorum mortem; nec multum ambigo ab Sallustio ita scriptum, sed ab sciolo quopiam, ut fieri solet, temere mutatum. GLAR.

PACES. Sic Codices, agnoscitque Sergius in artem Donati. Corrige ergo Charisium I. Diomedem I. et Phocam in Arte. Plautus Pers. V. 1.

*Hostibus victis, civibus salvis, re placida,* pacibus perfectis.

item Rud. VI. ult. Lucretius V. 1228.

*Non Divum pacem votis adit? ac prece quaesit*
*Ventorum pavidus* paces, *animasque secundas.*

et Horat.

*Hoc* paces *habuere bonae ventique.*

Incerti Auctoris Paneg. cap. 14. *componendis* pacibus *leges imponere.* Isidor. V. 3. *Ius gentium est sedium occupatio* etc. *foedera,* paces, *induciae.* Ad hanc formam habes apud Plautum *perfidias*, apud Varronem *paupertates*, Cic. *avaritias*, Nostrum et Arnobium *famas*, *neces* apud Orosium VI. 21. *Parvos filios collisos humi, in hostium ora iaciebant, in singulis filiorum* nece bis *parricidae*. sic quidem Moguntina et MS. Coll. D. Ioan. at Veneta *necibus bis*, quomodo legendum puto. Membranae C. C. C. *necibus parricidae*. Idem vult auctor quod hisce Lucanus XI. 205.

*— — peraguntque cadavera partem*
*Caedis: viva graves elidunt robora trunci.*

et Apollonius Collatius pag. 742.

*Obnixi tendunt pars utraque, pondere naves*
*Mergere, et alterno miseranda cadavera iactu*
*Proiiciunt, iterumque incendunt proelia functi.*

Habes denique *pices* apud Augustin. Civ. D. III. 31. Supra vox *iura* ex 3. manu Pemb. WASSE.

VOS AUTEM, HOC EST, POPULUS ROMANUS, INVICTI AB HOSTIBUS etc. Voces *hoc est* suspectae, et videndum an adiectae ab editoribus. CIACC. et URSIN. — Iniuste haec mutilant homines [Ciacc. et Popma] minime attendentes emphasi egregia inferri, *hoc est populus Rom.* et vero comparent in Naz. ac. Com. ut etiam in Pall. caeteris atque edd. primis. GRUTER. — Voces *hoc est Pop. Rom.* in L. 3. non comparent, caeteri retinent. Firmat MSS. lectionem unice Demosthenes, quem Noster lu-

bens sequitur, Olynth. III. pag. 14. *Νῦν δὲ τοὐναντίον, κύριοι μὲν τῶν ἀγαθῶν οἱ πολιτευόμενοι, καὶ διὰ τούτων ἅπαντα πράττεται· ΥΜΕΙΣ ΔΕ, Ο ΔΗΜΟΣ, ἐκνενευρισμένοι.* et Orat. de Concord. *ΥΜΕΙΣ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ δ' ΥΜΕΙΣ ὅταν εἴπω, τὴν ΠΟΛΙΝ λέγω.* adv. Timocr. pag. 166. *Τίς οὖν μόνη φυλακὴ καὶ δικαία καὶ βέβαιος τῶν νόμων; ΥΜΕΙΣ ΟΙ ΠΟΛΛΟΙ.* Simile quid apud Cic. Tusc. II. 13. *Si nudus, da iugulum: sin tectus Vulcaniis armis*, id est, fortitudine, *resiste*. et III. 28. *Quid ille Terentianus, ipse se puniens*, id est, *ἑαυτὸν τιμωρούμενος*. Apuleius Metam. I. pag. 8. *Cum tota domo*, id est, cum parietibus *et ipso solo, et omni fundamento* etc. *transtulit.* ita Codd. omnes; male ergo Wowerius et Elmenhorst. Iustin. XVIII. 5. *statuto annuo ve-*
132 *ctigali pro* solo urbis. Quintilian. Inst. XII. 2. *Neque spe * neque metu declinatus animus, quo minus optimis se partibus*, hoc est, Reipubl. *ingeret.* Poterat tamen abesse *hoc est*, ut Fr. III. 7. *Cum interim, more pecorum*, vos multitudo *singulis habendos fruendosque praebetis.* Ita fere Livius VIII. *Pareantque ei* consules, regia potestas. I. *virginesque Vestae legit, Alba oriundum sacerdotium, et genti conditoris haud alienum.* vid. etiam II. 54. Wasse. — Impressorum antiquorumque codicum lectio est: *Vos autem, hoc est populus Romanus, invicti ab hostibus.* Ego verba illa *hoc est populus Romanus* delevi. Fieri namque solet, ut in margine, glossematis vice quaedam adiiciantur, quae deinde ab iis qui libros exscribunt imperitis (ut id genus hominum esse solet) in textum irrepant. Neque vero me fugit, nonnullis, quibus nihil placet immutari in vulgatis impressisque libris, hanc meam emendationem non placituram. Fremant licet isti, spument, sibilent, dicam tamen aperte quod sentio. Si patres maioresque nostri attentiori cura in veterum scriptis conservandis laborassent, non artium plurimarum scientia, quarum adiumento ad vitam bene beateque instituendam indigemus, desideraretur: si, inquam, nihil ab illis immutatum fuisset, non ea quae a sapientissimis viris, magno labore magnisque vigiliis sunt elucubrata, tam mutila, trunca et pluribus plagis quam Orpheus ille, a Threissis mulieribus conceptus, nostram ad aetatem pervenissent. Unde, obsecro, maiores errores quam ex corruptis et depravatis libris promanarunt? videre id licet in Iure nostro, in quo interpretando cum in mendosos codices incidissent Accursius, Bartolus, Iason, Zasius aliique Iuris veteris interpretes, in maximas difficultates et plus quam Cimmerias tenebras devenerunt. Quamobrem cum omnis nostra Latini sermonis locutio ex veterum scriptis emanet, eaque depravate legantur; qui in iis emendandis operam et studium suum ponit, non solum id agit, ut melius intelligi possint, sed id etiam non minus, ut rectius quoque si quis quid scribere voluerit, id agi possit; et veluti qui impurum et turbidum fontem, ex quo multi rivi deducuntur, purgat, non id tantum facit, ut fons ipse nitidior sit, sed et ut rivuli quoque ipsi, qui lutulenti antea et impuri fluebant, puriore unda accepta et aspectu gratiores et potu suaviores fiant: sic is qui depravata veterum scripta emendat, quasi fontem ipsum perpurgat, nec id facit solum, sed ut ea quae a vobis edita, ab fonte illo quasi quidam rivuli derivantur, elegantiora esse possint. C. Popma.

TAMETSI VIRUM FLAGITIOSISSIMUM EXISTIMO IMPUNE INIURIAM ACCEPISSE. Miris modis obscurus est hic sermo; nescias enim malene precetur Iugurthae, quod impunita sint eius flagitia, an non precetur, sed conqueratur impunita; dein quomodo intelligendum accepisse eum iniuriam, qui intulerat. Quapropter, si verum auctoris sensum eruere hoc loco velimus, necesse puto, ut omisso verbo *virum* (quod haud dubie, ut pleraque huic auctori, abs temerario aliquo adpositum est, qui existimavit eum de Iugurtha loqui, cum de corruptis civibus hic fiat sermo) flagitiosissimum factum dici a Memmio credamus, si plebs iniuriam impune acceperit, ita ut non puniat, ad quod ipse hortator aderat, sceleratos illos; quod paulo post dicturus est: *Nam et illos, quantum importunitatis habent, parum est impune male fecisse, nisi deinde faciundi licentia eripiatur.* quamquam etiam haec verba non eodem modo apud omneis leguntur. Quidam per admirationem legunt: *nam et illi quantum importunitatis habent!* atque hic interquiescunt, quasi diceret: Dii boni, quantum illi importunitatis habent! Alii haec ipsa verba *quantum importunitatis habent*, in parenthesi legunt, mutato praecedente nominativo *illi* in accusativum *illos*, ut sit sensus: *nam et illos, qua sunt importunitate, parum est impune male fecisse, nisi deinde faciundi licentia eripiatur.* Verum cum haec omnia prosequi conor, parum memor, haud abs re fortasse, videbor cordato Lectori me non commentarium, sed annotationes scribere. Itaque ad alia progredior. GLAREAN. — Quid si legas, *tametsi viro flagitiosissimum*, pro, foedissimum atque turpissimum. Id e manuscripto propemodum colligo; nec aliter sensus ipse postulat. RIVIUS. — Secutus sum coniecturam Rivii libris non allucentibus: vulgo quippe legebatur *virum* * *flagitiosissimum*, quomodo etiam in plerisque MSS. nam Naz. 133 noster habet *viros flagitiosissimos*. superscriptumque alias legi, *virus flagitiosissimum*. GRUTER. — Scripti *viros flagitiosissimos*. alii variant: *virum, vero, verum*. Sed legendum, uti reposuimus, *viro flagitiosissimum*. Miror tamen cur illud Rivius eiecerit, cum alias nullus sensus commode elici queat. Atque illud quidem cum emphasi hic poni capiendum est, ut supra: *Verba* viris *virtutem non addere*. et: *At ego vobis, si* viri *esse vultis*. et: *Memineris te* virum *esse*. Valerius Flaccus: *Sed turpe* viro *timuisse futura*. Coniecturam hanc non modo probare, sed et confirmare Ianum Dousam notis ad fragmenta I. 7. postea comperi. Deinde in nostro scripto legitur: *Nisi demum faciundi licentia eripitur, et vobis alterna solicitudo remanebit.* PUTSCH. — Suspectus locus; quod si *virum* deleas, quomodo in Gryphianis libris impressum est, haec erit sententia: *Tametsi flagitiosissimam rem existimo, ut aliquis iniuriam acceperit impune*; id est, impunito eo, qui iniuriam ipsam intulerit: *tamen* etc. Alii *viro* reponunt; quod improbo. impressam lectionem comprobat Fulvii liber. A. MANUT. — *Virum* (et infra: *i. e. Iugurtham.* Reg.) B. Pub. Pemb. Marckiani. Arond. L. 1. 2. 3. Mart. Venet. 1470. Mart. *fecisse*. ipse autem retineo coniecturam Rivii; Thucydidem enim sequi videtur, qui lib. I. §. 20. *ἈΝΔΡΩΝ γὰρ ΣΩΦΡΟΝΩΝ μὲν ἘΣΤΙΝ, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν· ἀγαθῶν δὲ, ἀδικουμένους, ἐκ μὲν εἰρήνης πολεμεῖν.* Bodl. *nam et illi.* sic L. 2. Venetae. B. Pub.

primitus forte, *impunitatis*. Isocrates ad Demon. pag. 10. Bas. 1570. Ὁμοίως *ΑΙΣΧΡΟΝ* νόμιζε, τῶν *ἘΧΘΡΩΝ ΝΙΚΑΣΘΑΙ* ταῖς *ΚΑΚΟΠΟΙΙΑΙΣ*, καὶ τῶν φίλων ἡττᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις. Herodianus III. 18. Ὥσπερ δὲ ἄδικον τὸ ἄρχειν ἔργων πονηρῶν, οὕτως *ἌΝΑΝΔΡΟΝ* τὸ *ΜΗ ἈΜΥΝΕΣΘΑΙ* πρὸς ἀδικούμενον. Wasse. — Placet Rivii et Gruteri coniectura legentium, *viro flagitiosissimum*. Sensus: *Quanquam turpe sit viro* (vim huius vocis explicavimus in not. philologica ad Catil. cap. 40. §. 3.) *iniuriam impune accipere; tamen eam patientiam vestram non incusarem, nisi in perniciem extremam vos coniiceret.* — Sen. I. de Clem. 8. *Privatos homines ad accipiendas iniurias opportuniores acceptarum patientia facit.* ubi Lips. illud Mimi applicat: *Veterem ferendo iniuriam invitas novam.* Rupert.

Tamen vos sceleratissimis hominibus ignoscere. Legendum *hominibus sceleratissimis*; id et sonantius et lenius, et praeterea Sallustianum magis est; nec aliter codices in membrana descripti. Rivius.

Nisi misericordia in perniciem casura esset. Sic in Catil. Cato: *Ne ista vobis mansuetudo et misericordia* etc. Coler.

## CAP. XXXVI.

Nam et illis quantum importunitatis habent. MS. *quantum importunitati habent.* Sed locus est obscurus. Ciaccon. — In manuscriptis aliisque vetustioribus est *illis*, casu dativo. Rivius. — Com. noster *oportunitatis*, editio autem prima *inoportunitatis* [et sic L. 2. W.] sed nihil mutandum censeo; etsi non satisfaciat lectio vulgata. nisi enim *quantum importunitatis habent* notat idem atque *pro ea qua sunt importunitate*, non adsequor quid velint. Gruter. — Vid. Perizon. ad Suet. 223. Wasse.

Nisi deinde faciundi licentia eripiatur. Manuscripta fere, ut et Beroaldinum, *eripitur*; indicandi modo, quam veriorem esse lectionem puto. Rivius.

Aeterna solicitudo. Alii libri *alterna*. Ciaccon. — In nonnullis est, sed impressis, *alterna solicitudo*, pro, *quae vicissim iam de hoc, iam de illo angat et cruciet.* Sed hic nihil pronuntio, tantum diversam lectionem indico, suum cuique iudicium relinquens. Rivius. — Alii *alterna sollicitudo*, quam lectionem et Turnebus amplectitur. Coler. —
134 B. Pub. * L. 3. λ. *alterna*. et forte a manu prima Pemb. caeteri aliter. Si genuinum sit *alterna*, tum idem valebit atque *secunda quaeque soll.* sive, *altera ex duabus sollicitudinibus vicissim.* quod dictu audituque asperum. Vox *alterna* successionem et ordinem includit manifeste. Unde Graeci ἐξ ὑποβολῆς, ὑπολήψεως, ἐναλλάξ. et alternantes Homero fere ἀμειβόμενοι. alternans sententiis Plutarcho ἐπαμφοτερίζων τοῖς λογισμοῖς. quod faciunt testes aliud subinde atque aliud testimonium perhibentes. Inde ICss. *alternantes* dicti. et hoc est, *sub alternatione dicere.* Labeo Dig. XLVII. T. X. L. 7. *Certum eum dicere ait, qui dicat nomen iniuriae: neque* sub alternatione, *puto*, illud aut illud, *sed illam iniuriam se passum.* Hoc sensu apud Cic. Vatin. II. *alterna consilia.* quae nempe

hodie reus, cras accusator, alterna vice reiicere potest. At non est idem concilium: illa enim decuria, quam reiicere cupit reus, ex eius inimicis; quam autem accusator, ex amicis constat. Verum, inquies, Ovidius unum eundemque vultum, huc illuc obversum, obiectorum respectu, alternum dixit:

*— — nunc hunc nunc Persea vultu*
*Alterno spectans, petat hunc ignoret, an illum.*

At *vultus* ibi pro oculis; proinde *alterno vultu* significat, altero quoque oculorum ictu. Habes ergo vicissitudinem, quae in hisce auctoris nulla plane est. Eadem quippe foret sollicitudo, sive ex sensu servitutis seu armorum necessitate oriretur. Cum *alterna* nimis subtile sit, omnino legendum *aeterna*, quod suadet et vox *remanebit*, et ipse Sallustius Ep. de Repub. Ord. *neque quemquam a multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat; eam vitam bellum aeternum atque anceps gerere.* Origo labis, ex eo quod scioli *aeternum* tempus interminabile semper denotare existimaverint. vide Livium III. 9. Wasse. — Libenter strangularem duas illas voces *non intelligentis*, tanquam adulterinas. Gruter.

Nam fidei et concordiae quae spes est. In manuscriptis est, *aut concordiae*, coniunctione disiunctiva; quomodo et in impressis vetustioribus. Rivius.

Facere illi iniurias, vos prohibere. Sic et manuscriptum exemplar, perperam in nonnullis est *iniuriam*. Sic alicubi Cicero: *facere iniuria omnibus*. et: *gravissimas iniurias voluntaria oblivione contriveram*. Rivius.

Sociis vestris veluti hostibus. Varro Bimarco: *Sociis et hostibus, sociis bellum ita geris, ut bella omnia domum afferas*. Colér.

Potestne in tam divorsis mentibus pax aut amicitia esse. Plato lib. VI. de LL. priscum illum sermonem, tanquam verum celebrat, qui ab aequalitate amicitiam procreari asserit. Eadem mens Euripidis sic canentis: *Huiusmodi ne mihi contingat amicus, neque contubernalis, qui multa supere se sibi persuadet, et pro servis amicos ducit.* Nec aliud sentiens Plinius iunior, *Quae, inquit, potest esse inter eos amicitia, quorum sibi alii domini, alii servi videntur? Certe si cui vivus et ingenuus sanguis animusque erectior, dum potentibus ancillari et fastidium serviliter perferre nescit, nunquam eorum amicitiam colet.* Ex hac nota fuit Callicratidas ille classis Lacedaemoniorum praefectus, qui Sardeis ad Cyrum iuniorem, fratrem Artaxerxis Mnemonis, Regis Persarum, profectus, impetrandae gratia pecuniae ad stipendia classiariis persolvenda, qua prima venit die, Cyro iussit nunciari, *se ipsius colloquium expetere*; cumque responsum esset, *Cyrum bibere*, Expectabo, inquit, *donec biberit*; ac tum quidem, ut sensit congrediendi sibi copiam non fieri, discessit, relicta de se rustici hominis opinione. Postridie vero iterum audiens eum bibere et non prodire: ratus, maiorem in id operam impendendam, ut nihil indignum Sparta agatur, quam pecunia ut parentur; Ephesum rediit, diris prosecutus eos, qui primi se barbarorum contumeliis exposuissent, eosque docuissent, propter divitias aliis insultare etc. sicut Plut. 135
refert in Apophth. Itaque, ut hoc meminit etiam Xenophon lib. I. de re-

bus Graecorum. Rupert. — *Diuortia* pro *aduorsis*. Thucydides mentem repraesentat, qui ita III. 10. *Εἰδότες οὔτε φιλίαν ἰδιώταις βέβαιον γιγνομένην, οὔτε κοινωνίαν πόλεσιν ἐς οὐδὲν, εἰ μὴ μετ' ἀρετῆς δοκούσης ἐς ἀλλήλους γίγνοιντο, καὶ τἆλλα ὁμοιότροποι εἶεν. ἘΝ γὰρ τῷ ΔΙΑΛΛΑΣΣΟΝΤΙ τῆς γνώμης καὶ αἱ ΔΙΑΦΟΡΑΙ τῶν ἘΡΓΩΝ ΚΑΘΙΣΤΑΝΤΑΙ.* Cum nempe in uno eodemque homine raro inveniantur contraria. Excerpta ex Polybio pag. 1383. *Καίτοι γοῦν οὐκ εἰκὸς ἦν περὶ τὰς αὐτὰς φύσεις τὰς ἘΝΑΝΤΙΩΤΑΤΑΣ ΔΙΑΘΕΣΕΙΣ ὑπάρχειν.* Wasse.

Non peculatus aerarii. Pall. aliquot et Bong. excluserant distinctionem postremam, et hercle vacat. Gruter. — *Obmittatis* Arond. L. 3. *omittatis* Marckiani. Venetae. Mart. Reg. L. 3. B. Pub. infra L. 2. *nisi illis.* infra *vindicatum in n. fuerit* Arond. Diomed. pag. 361. *vind. fuerit* vox *fuerit* abest fere caeteris. Wasse.

Tamen consuetudine iam pro nihilo habentur. Vid. Bern. in Germ. Tac. Q. 107. Obstrepente prava consuetudine nec legum, nec honestatis, nec ipsius Naturae vocem exaudiri, docet etiam S. Bernardus hisce: *Quid non evertat consuetudo? quid non assiduitate duretur? quid non usui cedat? Primum tibi importabile videtur aliquid; processu temporis si assuescas, iudicabis non adeo grave, paulo post et leve senties; paulo post nec senties; paulo post etiam delectabit. Ita paulatim in cordis duritiam itur, et ex illa in aversionem, id est, ἀποστασίαν.* Rupert.

Hosti acerrimo prodita Senatus auctoritas. Tacit. Annal. I. *An cives vos appellem quibus tam proiecta Senatus auctoritas.* Sed Livius utraque iunxit: *Proiectas,* inquit, *ac proditas ad inconsultam atque improvidam pugnam legiones. Proiecta* igitur dixit pro eo quod Sallustius dicit *prodita.* Ciaccon. et Ursin.

Proditum imperium vestrum est. Τὸ *est* non reperi in manuscriptis, ac maiore cum gratia abesse poterit. Rivius.

Quid erit reliquum. Meis oculis etiam heic superfluum *erit.* Gruter.

Obedientes vivamus. Servi simus, illi Reges. Certe iam regnant, dum sic impune grassantur. Rupert.

Nam impune quaelibet facere, id est, regem esse. Brunn. lib. III. pag. 201. de Ariaratha: *Magnum imperium idem credebat, quod magnam licentiam; et facere quicquid collibuisset, id demum arbitrabatur esse, vivere regie.* Vide Grut. in Livii lib. I. cap. 3. ubi illud poetae laudat:

*— — sanctitas, pietas, fides,*
*Privata bona sunt, qua iuvat, reges eant!*

Adde illud Lucani ex lib. VIII. 489. non minus falsum et impudum:

*Sceptrorum vis tota perit, si pendere iusta*
*— — Incipit.*

Hinc facetum illud Matheaii in XXXIX. c. Syrac. fol. 144. *Imperativus prima persona caret.* At est aliquid superius, si Plutarcho credimus, qui orat. II. de Fort. Alex. *Rex debet omnibus aliis superior, Iustitiae tamen subditus esse.* Idem dicit et Plin. in Panegyr. *Non est Princeps*

*supra leges, sed leges supra Principem.* Nec minus pulcre Seneca in. Troad. Act. II.

*Minimum decet libere, cui nimium licet.*

Caesar supra in Catil. cap. 51. §. 9. *In maxima fortuna minima licentia est.* Digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri: adeo de auctoritate iuris Principis pendet auctoritas: * et re- 130
vera maius imperio est subiicere legibus Principatum. lib. IV. C. de LL. Et *nihil tam proprium est Imperii, quam legibus vivere.* lib. III. de Testamentis. Quomodo igitur alibi solvitur legibus? Dico, *civilibus* (quanquam et eas servare decet, quibus ipse solutus esse videtur, ut ait Paulus ICtus) non autem *divinis, naturae, gentium aut etiam fundamentalibus.* Rupert.

Neque ego vos, Quirites, hortor, ut iam malitis cives vestros perperam quam recte fecisse. Ego hunc sensum hercule non probe intelligo, neque ullus Commentatorum explicat; nisi intelligamus fuisse laetam plebem, si qui ex magnatibus peccarint, ut ipsi occasio esset poenae ex inimicis sumendae. Ultimam porro orationis huius periodum quam frigide tractant! Badius ad proxime praecedentem confert sententiam de memoria vel praestiti beneficii, vel perpetrati sceleris. Ego autem puto hoc eum dicere velle: *Si puniantur scelerati;* quod tota oratione, ut fieret, egit; *non toties egebitis auxilio tribunitio*, quippe non tot iniuriae erunt. Glarean. — Hoc loco particulam *iam* sustuli ex consensu omnium MSS. Codd. quae in vulgatis libris post verbum *malitis* erat. Sensus autem horum verborum et Glareanum et multos post illum torsit, diu me quoque suspensum tenuit; tandem puto ita accipiendum esse: C. Memmius cum superbiam et avaritiam nobilium accusaret, quod ante oculos civium magnifice incederent, triumphos ostentarent, Senatus auctoritatem proderent, domi militiaeque rempubl. venalem haberent, videbantur cives iniuriam reipubl. et sibi illatam effrenate et praecipiti furore vindicaturi; eos his verbis, atrocitatem rei leniens, hortatus Memmius, ne id facerent, neve putarent omnia perperam et sine caussa ab iis facta esse, sed viderent ne semper ignoscendo malis, bonos perditum irent. Atque haec interpretatio nostra ipsius Memmii verbis confirmatur; nam paullo ante: *neque ego vos,* inquit, *hortor, quod saepe maiores vestri fecere, uti contra iniurias armati eatis.* C. Popma.

Praestat beneficii, quam maleficii, immemorem esse. Quis ignorat *maximam illecebram esse peccandi, impunitatis spem?* ait M. Tullius pro Milone, qui et sententiam Memmii magis illustrans Philippica VIII. *In corpore,* inquit, *si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri secarique patimur, ut membrum aliquod potius, quam totum corpus intereat: sic in Reipublicae corpore, ut totum salvum sit, quicquid est pestiferum amputetur.* Dura vox; multo illa durior: *Salvi sint improbi, scelerati, impii: deleantur innocentes, honesti, boni, tota Respublica.* Rupert.

Auxilii. *Auxilium* Reg. a manu prima; recte. sic Noster infra: *pauca munimenta egebat.* cap. 106. Cato apud Gellium XIII. 22. *Si quid est quod utar, utor: si non est, egeo. Suum cuique per me uti atque*

frui *licet. Vitio vertunt, quia* multa egeo: *at ego illis, quae nequeunt egere.* Plautus Pers. II. 3.

*Nam hoc argentum alibi* abutar.

Vide Indicem. Iustin. XXXI. 1. *Ita eos omnia officia militaria intermisisse: prorsus quasi ferri* auxilio *non* indigerent, *qui abundarent auro.* Codex Cantab. *auxilia.* sic *potiri administrationem* XXXVII. 1. Idem Codex ablativum supposuit; male. Confer XII. 7. 10. VI. 4. 8. Tacit. An. III. 73. Flor. I. 1. 28. *utque munimenta egebat.* Sic apud Vitruv. I. 1. pauca manu *infinitum numerum* etc. *cum superavissent.* Infra: *Ne* quid *ex his* indigeat. Quo loco Auctor: *ab aetate puerili his gradibus disciplinarum scandendo, scientia plurium literarum et artium nutriti pervenerint ad* summum templum Architecturae. Male putat Philand. alludere ad assamenta transversa, quae culmine aedificiorum supra canterios ponuntur. Nisi enim fallor, Lucretium heic, ut saepe alias, sequitur,
137 apud quem * *templa* pro *artis fastigio* et *doctrinarum* apice. II. 7.

*Sed nil dulcius est, bene quam munita tenere,*
*Edita doctrina sapientum* templa serena,
*Despicere unde queas alios passimque videre*
*Errare.*

Virgil. in Ciri:

*Si me iam summa sapientia pangeret arce,*

Certe figurate loqui confitendum est. Quid enim *summum templum Architecturae?* nisi pro arce illa accipiatur, unde alios, ut ille, *despicere queas.* confer lib. II. 1. cum Lucretii V. 923. citat etiam Epicurum lib. II. Iustin. II. 6. *Literae certe ac civilis facundia* etc. *veluti templum* Athenas *habent.* Hac forma apud Plautum Curcul. I. 2. 26. et alibi. sic *utor* cum Accus. observante Rodolph. Agric. ad Boëthium Cons. pag. 938. ed. Bas. 1570. citat Quintilianum Inst. I. Utendum *est enim* sermonem. Iustin. II. 6. *glandem vescentibus.* ita B. Publ. Boug. MSS. Idem XXV. 2. *quasi ferri* auxilio *non indigerent.* at codex Cantab. *auxilia,* quod perplacet. Wass.

## CAP. XXXVII.

Haec atque alia. B. Pub. *alia talia* λ. pro *in dicendo* Carrio dedit *saepe dicundo.* Ball. Bodl. Venetae, Arond. Reg. *indicundo.* sed B. Pub. γ. Gruteriana *indicendo.* Vox autem *Romano* abest Bodl. Reg. B. Pub. Pemb. γ. λ. Carrio et Grut. servant, ego omnino inducendam puto; nam sensus absque eo satis apertus; sed Monachi, homines non nimis acuti, aliorum captum ex suo aestumare solebant. Wass.

L. Cassius. Hic est *L. Cassius,* qui non multo post consul a Tigurinis in Gallia caesus est: quod scribunt Livius lib. LXV. Caesar de Bello Gallico lib. V. cap. 15. Cast.

Qui tum Praetor etc. Brevius esset, *L. Cassius, tum praetor, ad Iugurtham.* Gruter.

Pecuniae captae. Infra: *Aut conficiundi belli, aut tarrore exercitus ab rege pecuniae capiundae. Captae pecuniae,* id est, acceptae. Virgil.

— — *cape dona extrema tuorum.*

Coler.

Arcessebat. Haud aliter Naz. ac Pal. sec. vulgo erat *accessebant.* Gruter. — *Accersebant* Bodl. γ. Reg. Ar. *arcessebant* Venetae, Mart. Wasse.

Secuti morem imperatoris sui. *Quales*, inquit Cicero in epistola perinonnde, *in Rep. Principes essent, tales reliquos solere esse cives: ut apud Platonem nostrum scriptum est divinitus.* Platonis verba sunt libro tertio de Legibus: *Μηδεὶς ὑμᾶς πειθέτω, ὦ φίλοι, ἄλλῃ θᾶττον καὶ ῥᾷον μεταβάλλειν ἄν ποτε πόλιν καὶ τοὺς νόμους, ἢ τῇ τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ.* Eadem prope Xenophon libro octavo de Cyri Paedia: *Ὁποῖοί τινες ἂν προστᾶται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνονται.* Et Isocrates *ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα, περὶ τοῦ βασιλεύειν· τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦνται τοῖς ἄρχουσιν.* Et idem in ea quae inscribitur Nicocles: *Φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς ἂν τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἑαυτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας.* Ald. Manut. — Vide notam ad Iustini lib. XXX. cap. 1. §. 2. et adde Lips. II. Pol. 9. IV. Pol. cap. 11. eundemque in Monitis lib. II. cap. 8. Camerar. Cent. I. cap. 66. Amirat. III. disc. 9. Grut. ad III. Annal. Taciti cap. 55. Quod si desideria tua nec isti explent, habe tibi sequentia: Lamprid. in Alex. Severo cap. 45. *Prorsus censuram suis temporibus * de propriis moribus gessit. Imitati sunt eum magni viri, et uxo-* 138
*rem eius matronae pernobiles.* Liv. lib. I. cap. 21. *Ipsi se homines in regis, velut unici exempli, mores formant.* Thucyd. lib. II. cap. 15. *Διεξῄει διὰ παντὸς τοῦ σώματος τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ πρῶτον ἱδρυθὲν κακόν. Pervadit totum corpus sumto a superioribus partibus initio, malum illud, cui prima in capite sedes est.* Seneca II. de Clem. 2. *Trudetur ista animi tui mansuetudo, diffundeturque per omne Imperii corpus. A capite bona valetudo, unde omnia vegeta sunt atque erecta, aut languore demissa, prout animus viget, aut marcet.* Plin. lib. IV. Ep. 22. *Ut in corporibus, sic in Imperio gravissimus est morbus, qui a capite diffunditur.* Liv. lib. V. cap. 19. *Omnia repente mutaverat Imperator mutatus: alia spes, alius animus hominum: fortuna quoque alia urbis videri.* Plin. Panegyr. cap. 48. *Manifestum est, principum disciplinam capere etiam vulgus: cum rem, si ab uno fiat, severissimam fecerint omnes. Macte hac gravitatis gloria; qua consecutus es, ut, quod antea vis et Imperium, nunc mores vocarentur* etc. et cap. 45. *Flexibiles quamcunque in partem ducimur a Principe, atque ut ita dicam, sequaces sumus. Huic enim cari, huic probati esse cupimus: quod frustra speraverunt dissimiles, eoque obsequii continuatione pervenimus, ut prope omnes homines unius more vivamus.* Denique Owen. lib. II. Epigr. 163.

*Labitur indocto populus sub Principe, sicut*
*Prae capitis titubant ebrietate pedes.*

Et lib. sing. Epigr. 113. ad Iacobum regem:

*O quanta exempli generoso in principe vis est!*
*Tu vitando vetas, tu faciendo iubes.*

*Princeps principium motus, Rex regula vitae:*
*Circumfert caelum sidera, Rex populum.*

RUPERT.

FLAGITIOSISSUMA FACINORA FECERE. Mallem *facere*. GRUTER. — *Facere* L. 2. B. Pub. *fecere fac.* WASSE.

FUERE QUI AURO CORRUPTI, ELEPHANTES IUGURTHAE TRADERENT. Manuscriptum, *elephantos*. Nota est varietas inflexionis in hoc nomine, ut quod modo per tertiam, modo per secundam declinetur. Cic. in Catone maiore: *Nec adolescens vires tauri aut elephantis desiderabam.* Idem alibi: *Elephanto belluarum nulla prudentior.* RIVIUS. — *Elephantos* scriptura membranarum vetustior: porro qui heic haerent in re, non in verbis, eos expedire est, si dixeris *tradere* idem esse quod *reddere*; nempe elephantos a Iugurtha nuper acceptos, eidem modo redditos dicit auctor, idque verum arguit directe locus capitis 39. *qui elephantos, quique perfugas tradidissent.* GRUTER.

ALII PERFUGAS etc. Potius fuit *vendere*, item *agere*, idque tanto proclivius suspicor, quod extet in Bong. *agerent*. GRUTER. — *Agere* L. 2. *vendere* L. 2. WASSE.

PARS EX PACATIS PRAEDAS AGEBANT. Vide Lips. V. Pol. 8. de hodierna disciplina militari. Huiusmodi vero exercitus qualem plerumque faciunt, operae pretium fuerit ex his Nicephori Gregorae verbis cognoscere, quae leguntur VI. Hist. Rom. *Exercitus, quem iniuria et audacia antecedit, plerumque cladem et interitum ominatur: et priusquam hostes irruant, ipsi sua timiditate evertuntur, ipsique sibi hostes sunt, divina vindicta eum exercitum decernente, quem facta illorum meruerunt. Neque enim probabile erat, rem bene gesturos eos, qui lacrymas et execrationes eo viatico secum abstulissent.* RUPERT. — *Ex pacatis*. Ita Codd. sine adiecta voce *agris*, regionibus, arvis, locis, quomodo loqui amant Livius II. 59. XXXVII. 46. XL. 35. Caesar B. G. III. 11. Ovid. I. Pont. 3. Glossae: *pacata*, νενόμενα. Nostrum sequitur Seneca Nat. Quaest. VI. 7. *Hinc qui medius inter* pacata *et* hostilia *fluit Danubius.* Curtius etiam IX. 34. *quippe haud procul a Perside aberant, non* pacata *modo, sed etiam opulenta.* Caesar alicubi *pacatis* pro *pacatis hominibus*. Hoc modo *sua* et *nostra* apud Ammianum XVII. 1. *Ut ponte compacto transgressus, in suis requireret barbaros, cum nullum reliquisset in* nostris. Et apud Thucydidem τοὺς ἐκ τῆς ὑμετέρας. WASSE.

139 TANTA VIS AVARITIAE IN ANIMOS EORUM * VELUTI TABES INVASERAT. Sic et codex in pergamenis descriptus; in vetustis nonnullis omissa praepositione legitur, *animos eorum invaserat*. quomodo et in Catilina: *Tanta vis morbi, atque uti tabes, plerosque civium animos invaserat.* Sed utrumque recte ac Latine dicitur, et utroque modo Cicero loquitur; nam in Offic. *Panaetius*, inquit, *negat ullam pestem maiorem in vitam hominum invasisse*. Idem in Epistolis: *Mirus furor invasit improbos.* RIVIUS. — Tacitus *in hostes invadere* saepe dixit; sed cum eadem sententia totidem verbis scripta sit in Catil. *Tanta vis morbi, atque uti tabes, plerosque civium animos invaserat:* dictionem *in* abundare existimo, ut in quibusdam libris impressis reperi. Sed utroque modo Cicero lo-

quitur. Ciaccon. et Ursin. — Vide S. Severum H. Sacr. II, 40. Livium II. 23. Wasse.

Cassius praetor. Antea in vulgatis libris *Cassius Pop. Rom.* quod mendosum duxi; itaque reposui *Praetor* pro *Pop. Rom.* non differentibus antiquis notis, quarum ignoratio errorem peperit. nam Praetor scribebatur sic: PR. Populi Romani sic: P. R. Praeterea historiam sum secutus; nam Cassius praeturam gerebat, quod ante paucos versus ostendit Sallustius. Cum haec scripsissem, eundem Fulvii librum inspexi, qui coniecturam meam confirmat; nam in eo diserte ita scriptum est: *Cassius Pr.* Ald. Manut.

Perculsa omni nobilitate. Sic infra: *Nobilitas noxia, atque ideo perculsa.* et: *ita perculsa nobilitate.* Ciaccon.

Quoniam se populo Romano dedidisset. Soldus exponit, ut se populo Romano daret, ac ab eo veniam peteret; quasi Iugurtha non antea iam se dedidisset. Quare rectius Badius *quoniam* pro *quo* legisse videtur, hoc sensu: *quoniam se populo Romano dedidisset.* potest et *quando* legi pro *quo.* Glarean. — Nisi fere et primae edd. *quo se populo Romano dedidisset.* solus Com. *qua*, sed forsan verborum haec pemptas spuria est. Gruter. — Nostri fere *dedisset.* Wasse.

Dedisset. Sic antea in omnibus vulgatis libris legebatur. Ego *dedidisset* reposui ex coniectura. A. Manut.

Ne vim. L. 2. Martin. dispiciendum an non lateat elegantia. *neu* pro *ne* vel *non* usus Plautus, Virg. II. Aen. Caesar B. Civil. Neu *se neu Pompeium.* caeteri Codd. a vulgatis stant. Curtius VIII. 2. *coepit hortari, ut fidem quam vim Macedonum mallet experiri.* Wasse.

Privatim praeterea suam fidem interponit. Cic. pro Sext. Roscio: *Si hanc ei rem privatim Sextus Roscius mandavisset, et cum Chrysogono transigeret atque decideret, inque eam rem fidem suam interponeret.* et Caesar lib. V. de Bell. Gall. *inque eam rem se suam fidem interponere.* Ciaccon. et Ursin. — Tanta est virtutis et innocentiae vis, ut maiorem auctoritatem conciliet quam fasces lictoris. Hinc Xenocratis verbum pro iuramento acceptum. Isidorus Pelusiota Ep. II. 148. Ὁ μὲν τῶν εὖ βιούντων λόγος ὅρκου πιστότερος. Wasse.

## CAP. XXXVIII.

Contra decus regium. Sic infra: *alio atque alio loco, saepe contra decus regium, noctu requiescere.* Tacit. Hist. I. *donec Otho contra decus imperii thoro insistens.* Ciaccon. — Q. Septimius III. 20. *Priamus lugubri veste* miserabile *tectus, cui dolor non* decus regium, *non ullam tanti nominis atque famae speciem reliquam fecerat.* vellem abesset vox *lugubri*, quae mera interpretatio est τοῦ *miserabili*; nam sic legerem pro *miserabile.* Corippus II. 79.

*— — immemor ibat,*
*Turba sui sexus,* cultu miserabilis *ipso.*

Orosius II. 46. *Detrahuntur trementibus velamenta membris, et ut grassaturas manus totum corpus admitteret, nudatur* mirabilis *ac deflenda macies.*

membranae Ioan. *miserabilis*, recte. sic miserabile *corpus*, pro *macie affecto*, apud Nasonem Epistol. XXI. Reg. L. 3. Pemb. Bodl. Laud. Ball. Marckiani, Mart. Venetae. Gruter. Carrio, *miserabili, cum Cassio*. caeteri non agnoscunt *cum Cassio*, neque Servius ad I. Georg. L. 2. habet,
140 *fidem publicam*, * insulse. Iustin. XII. *quem*, contra decus regium, *Alexander diu luxit*. WASSE.

EA GESSERAT QUAE SUPRA DIXIMUS. Carrio *quae supra memoravimus*. Venetae, Mart. Marckiani, B. Publ. Ball. Bodl. Gruter. et ex correctione Pemb. *diximus*. Arond. omittit *ea*. quia in caeteris varians Codd., omnino legendum videtur *q. p. aut sc. cuncta gesserat*, *C. Baebium*. infra pro *sumi* Bodl. B. Pub. *sumendum*. WASSE.

C. BAEBIUM etc. Ita scripsi, non ut retro editi, *Caium tamen Baebium*. GRUTER.

CONTRA VIS ET INIURIAS OMNIS MUNITUS FORET. In editione Coleri pessimo exemplo mutatum, *ius et iniurias*. credo, usum vocis huius non assequebatur, quem exponit Priscianus lib. VI. Lucretius lib. II.

*Sed quam multarum rerum vis possidet in se*
*Atque potestates.*

M. Messala Augur apud Macrob. *Quae vis caeli maxima, duas vis dispares colligabat*. PUTSCH. — MSS. *vis*. Fuit Baebius ex illis, qui, ut Isaei verbis utar, τὴν ἀναίδειαν οὐδεμίαν ζημίαν εἶναι νομίζουσιν. WASSE.

AT CAIUS MEMMIUS, ADVOCATA CONCIONE etc. Ita meliores MSS., non *ac*, quod est in vulgg. GRUTER.

QUANQUAM REGI INFESTA PLEBS ERAT. In vetustis plerisque *plebes*, idque cum antiquius est, tum Sallustianum magis. RIVIUS.

PARS NISI SOCIOS SCELERIS SUI APERIRET. In vetustis, *ni socios sceleris aperiret*, pro, ni conscios et participes sceleris indicaret. RIVIUS.

DIGNITATI QUAM. L. 2. 3. *d. magis quam*; abesse debet τὸ *magis*. Reg. *animos mollire*. Infra pro *vultu* Reg. *voltu*, ἀρχαϊκῶς. Servant hanc vocem universi; firmat Tacitus An. XVI. 29. *Cum per haec atque talia Marcellus, ut erat torvus et minax*, voce, vultu, oculis, *ardesceret*. Vide Senecam de Ira I. 16. WASSE.

SEDARE MOTUS ET ANIMOS EORUM MOLLIRE. Virgil. eleganti hypotyposi hunc in vulgo affectum exprimit I. Aeneid.

*Ac veluti magno in populo cum saepe coorta est*
*Seditio, saevitque animis ignobile vulgus;*
*Iamque faces et saxa volant, furor arma ministrat:*
*Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem*
*Conspexere, silent, arrectisque auribus adstant.*
*Ille regit dictis animos, et pectora mulcet.*

RUPERT.

POSTREMO CONFIRMARE FIDEM PUBL. PER SESE INVIOLATAM FORE. Vide num necesse sit geminare verbum *sese*. Si Memmium refert, ut Soldus exposuit, non videtur geminandum: sin *rempublicam*, ut Badius effert, fortassis videbitur, quod omnes codices ita habent. GLAREAN.

141 * SI VERA APERIRET. Sic vetus editio, sic MSS. Pall. sanctiores,

profaniores enim, ut et nuperrime vulgati, *et verum aperiat*. Gruter. — *Si vera aperiat* γ. sed *riat* ex correctione; sic Venet. 1470. Wasse.

Magnam spem illi sitam. Dictiones duae a fine possent auferri, sine sensus damno, cepe ultima. Gruter.

Sed se suasque spes corrupturum. MS. lib. *opes corrupturum*. Ciaccon.

Supra diximus. Nullo intervallo isthaec scripserat, ut plus quam supervacuum fuerit id heic iterare; haberi queunt pro adscititiis. Gruter. — Ita ille saepius. Ita locutus Crispus Catilinar. 5. 16. 45. 46. Iugurth. 12. 27. 30. 32. 38. bis. 41. 44. 56. 72. 78. 85. 101. Neque variant Codices. Ita Cato, brevitatis amantissimus, de Re Rust. cap. 1, et Quadrigar. I. 4. quos Noster auctores habet. Tale apud Nepotem XVI. 5. *sicut ostendimus*. apud Livium I. 37. *ante dictum est*. vide etiam XXXIV. 19. Caesarem B. G. V. 19. *ut supra demonstravimus*. Vid. et B. Civ. III. 104. 108. Digest. XLI. Tit. I. §. 2. Cic. Tusc. II. 21. 23. III. 5. 22. IV. 38. V. 38. praesertim Tusc. I. 8. ubi locus est, opinor, mendosus: *dividatur* crassus *hic et* concretus aër, *qui est terrae proximus: calidior est enim, vel potius ardentior animus, quam est hic aer, quem modo dixi crassum atque concretum*. paucis interiectis: *ut eo facilius animus evadat ex hoc aëre quem saepe iam appello, eumque perrumpat*. Post vocem *appello* inserendum, *crassum atque concretum*. et vulg. *crassum* addunt. Nam ni ita scripserat, causa nulla subesset quare veniam peteret. Confer eundem Acad. Quaest. I. 26. 42. Ausonius in Paneg. pag. 718. *Verum quoniam gratiis agendis iamdudum succumbo materiae*. infra: *Iamdudum autem, quam grati animi, tam sermonis exigui, ut supra dictum est, succumbo materiae*. Vide Sulpicium Hist. Sacr. I. 25. Augustinum C. D. XV. 12. Iustinum V. 5. II. 9. X. 2. XXXVIII. 9. A. Vict. Orig. cap. 12. Curtium V. 2. Lactantium de Opif. cap. 4. Aretinum Epist. III. 9. Habes apud Aristotelem Eudem. VI. pag. 348. ὥσπερ ἐλέχθη. Platonem Euthyphr. pag. 6. ἀλλ' ὅπερ ἄρτι εἶπον. Herodotum VIII. 119. ὡς καὶ πρότερον εἴρηται. Polybium καθάπερ ἀνώτερον εἶπον. pag. 12. idque passim. Vide pag. 31. 36. 106. 143. 164. 167. 168. 178. 189. 191. Hist. III. 227. pag. 1060. 1056. 1166. Vid. Liv. IV. 19. V. 18. VII. 39. VIII. 9. Wasse.

Multitudo quae in concione aderat. Voces *in concione* additas esse auguror. Ciaccon.

Terrebat eum clamore vultuque, saepe impetu. Badius *eum* putat exponendum *Iugurtham*, non *Baebium*: quia alioqui diceret, *terrebat Baebium, vicit tamen impudentia eius*. sed errat, deceptus malo exemplari, quod *Baebii* habebat ante *impudentia*. Nam quomodo rex loqueretur dedititius, cum tribunus, Populi Romani magistratus, prohibebat? aut quare rex tribunum corruperat, si is nihil pro eo facere voluisset? Denique quorsum attinebat Baebium imperare, si regi licebat contra Baebii iussum loqui? clamabant igitur in Baebium, non in regem; at ille, qua fuit impudentia, nauci fecit; tanta vis pecuniae erat. Glarean.

Quae ira fieri amat. Sic infra: *Scilicet ea quae secundae res*

142 *amant, lascivia atque superbia incessere.* " alias autem Sallustius *amat* dixit pro *solet*, Graecorum imitatione, qui φιλεῖ *amat* et *solet* dicunt. Notavit hoc Quintilianus lib. IX. cap. 3. *Ex Graeco*, inquit, *translata* Sallustii *plurima: quale est: Vulgus* amat *fieri.* Sic Tacit. Annal. IV. *ut fere* amat *posterior adulatio.* Apul. lib. Florid. III. *Quod genus in comoedia fieri amat.* Ciaccon. et Ursin. — Q. Septimius I. 3. *Per omnem insulam, sicut in tali re* fieri amat, *fama in maius divulgatur.* Horat. II. Od. 1. *Quae pinus ingens albaque populus Umbram hospitalem consociare* amant. Od. 12. *hic magnos potius triumphos: Hic ames dici pater atque princeps.* et Epod. Od. 8. Pro *gaudere* etiam II. Serm. *amasque quod nusquam tibi sit potandum.* Pro *solet* Tacit. IV. *Memoriae Drusi eadem, quae in Germanicum decernuntur, plerisque additis, ut ferme* amat *posterior adulatio.* Ausonius ad Grat. I. *Ut apud Deum fieri* amat. Vid. Plin. N. Hist. XIII. 4. recte ergo Glossae: φιλέω, *soleo.* Noster a Thucydide habuit, qui lib. II. *Τοῦτο ΦΙΛΕΙ ὅμιλος ΠΟΙΕΙΝ.* III. 81. *Πᾶσά τε ἰδέα κατέστη θανάτου, καὶ οἷον ΦΙΛΕΙ ἐν τῷ τοιούτῳ ΓΙΓΝΕΣΘΑΙ.* adde VII. 79. Eoque significatu alibi usus voce *ἀγάλλεται.* "*Ὅπλοις καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς ὁ πόλεμος ἈΓΑΛΛΕΤΑΙ.*" Vide alium usum τοῦ *ἀγαπᾶν.* VI. 36. Idem valet apud Q. Calabrum vox *φίλον.* I. 440. *οὐδ' ἄρα τῇσι ΦΙΛΟΝ πέλει ἔνδοθι μίμνειν.* Aristophanes Nub. *ΦΙΛΕΙ γάρ πως τὰ τοιαῦθ' ἑτέρως τρέπεσθαι.* Praeiverunt Hesiodus Ἡμέρ. *ΦΙΛΕΕΙ δέ τε κέρτομα βάζειν Ψεύδεα θ' αἱμυλίους τε λόγους κρυφίους τ' ὀαρισμούς.* et Herodot. VII. 9. *Αὐτόματον γὰρ οὐδέν, ἀλλ' ἀπὸ πείρης πάντα ἀνθρώποισι ΦΙΛΕΕΙ ΓΙΝΕΣΘΑΙ.* Adi Eutropii Metaphr. lib. III. 6. Postremo *amare* pro *placere* Cicero ad Attic. *In eo valde me amo.*" Wasse.

Vicit tamen impudentia. Praebet hic C. Baebius exemplum pessimi collegae, qui C. Memmio, itidem tribuno pl. in causa honesta tam petulanter restitit. Cogitare debebat munus suum, quod sacrum atque inviolabile habebatur apud Romanos. Atqui sanctitatem illam ac dignitatem nihil adeo conculcat ac impudentia et contentio; si credimus Dioni Chrysostomo, qui videndus Orat. XXXIX. Sed et Plut. alicubi *concordiam* ait *longe magis magistratum honestare ac condecorare, quam ipsa magistratus insignia:* qualia erant apud Graecos coronae et chlamys purpura praetexta. Quum vero sint multae species atrocium in collegas iniuriarum; haec inter eas non minima est, *si quis per impudentiam collegae obtrectet, eique qua dictis, qua factis ambitiosis insultet.* Quomodo fere C. Marium Metello Numidico ἐπηρεάζοντα describit Sallustius in Iugurthino; ibi: *Neque facto ullo, neque dicto abstinere, quod modo ambitiosum foret: milites, quibus in hibernis praeerat, laxiore imperio, quam antea habere: apud negotiatores criminose simul et magnifice de bello loqui: dimidia pars exercitus sibi permitteretur, paucis diebus Iugurtham in catenis habiturum: ab imperatore consulto trahi, quod homo inanis et superbiae regiae imperio nimis gauderet.* Pari impudentia apud Liv. lib. XXII. M. Minucius Rufus magister equitum obtrectat Q. Fabio Maximo Prodictatori, *pro cunctatore segnem, pro canto timidum affingens, vicina virtutibus vitia compellans* etc. Ceterum eiusmodi impudentiae vel praecipuum

exemplum apud Xenophontem lib. III. de rebus Graecor. praebet Agesilaus in Lysandrum, item apud Corn. Tacitum lib. II. Annal. Cn. Piso in Germanicum Caesarem, *qua contumelias in ipsum iaciendo, qua, ut ipsi aegre faceret, ambitu et corruptione castra complendo, qua cuncta, quae idem Germanicus apud legiones aut urbes iusserat, abolendo vel in contrarium vertendo.* Rupert.

Discessit. Fabr. *discedit* in temp. praesenti. Rivius. — Com. *discessit*, ut et aliquot Pal. nec non avorum aevo editi; stat tamen pro priore Naz. ac Pal. sec. Si mei foret arbitrii, voces tres *ex concione disc.* abiicerem, ceu irreptitias. Gruter. — Reg. Ball. γ. Venetae, Pemb. *discessit*, quemadmodum Q. etiam Septimius I. 8. *Ita infectis rebus, populus contemtui habitus, non sine pernicie sua domum* discessit. Fabricianum, Rivii, Naz. Pall. *discedit*, recte; Gruterus hasce tres voces irreptitias putat. Mamertin. Paneg. cap. 1. *Milites saepe anteactis temporibus* ludo habiti. Wasse.

Animi augescunt. Furius poeta:

*Increscunt animi, virescunt vulnere vires.*

Coler.

## CAP. XXXIX.

* Romae quidam nomine Massiva. Manuscripta *Numida quidam* 143
etc. nec secus in impressis vetustioribus. Rivius.

Huic Spurius Albinus, is qui proximo anno etc. Sic codex in pergamenis descriptus. in recentioribus pronomen *is* deest. Rivius. — Libri omnes Popmae carent *is*. *Erat ea*. Gruter. Contra nostri. Wasse.

Q. Minucio. Videndum an hic sit, qui in argenteis denariis Q. Min. Rur. dicitur. Ursin. — Marcum Minucium appellat Livius lib. LXV. Cast. — Consule Pighium Fast. Vol. III. pag. 139. et de Massiva Epit. Liv. LXIV. Wasse.

Iugurtham ob scelera invidia cum metu urgeat. Naz. ac Pal. sec. *Iugurthamque*; nec est quod refugiamus tales nexus. Gruter. — *Que* Reg. Pemb. Venet. 1470. caeteri omittunt. Wasse.

Moveri, quam senescere, omnia malebat. Sic plerique ducum Romanorum, aviditate triumphi. Cicero in Pisoniana: *L. Crassus spiculis prope scrutatus est Alpes, ut ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quaereret.* Flor. lib. II. cap. 3. §. 4. *Maior aliquanto labor erat invenire, quam quaerere*. Plin. in Panegyr. cap. 16. ait: *ex omni occasione triumphum quaerere.* Rupert.

Ipsi provincia Numidia, Minucio Macedonia evenerat. Sic et Manuscripta; in quibusdam est *obvenerat*. quomodo Cicero: *Simul atque ei forte provincia obvenit.* Idem: *Verri forte provincia obvenit.* Utitur et verbo *obtingere* nonnunquam in hunc modum, velut ad Atticum: *Asiam Quinto, suavissimo fratri, obtigisse audisti.* Idem in Vat. *Cum tibi aquaria provincia sorte obtigisset.* Exemplar Badianum, *evenerat*. Superius tamen Sallustius; *Scipioni Italia obvenit*, inquit. Livius quidem

verbo *evenire* plerumque utitur, velut III. ab U. C. *Cui ea provincia evenerat.* et IV. *Cui ea provincia sorte evenit.* neque umquam fere aliter Livius. In VII. tamen semel quod sciam, *Ea*, inquit, *provincia Ca. Manlio obvenit.* pro quo *obtigit* alibi dixit. Rivius. — Ball. et alius e nostris *obvenit.* Wasse.

Alium mala fama et timor animi impediebat. Ex scripto reposuimus, *timor animi impediebat.* quod vere Sallustianum. Superat *timor* animi *auribus officit.* Et, *virtus animi.* Infra: *Sed nec illos qui procul manserant timor* animi *satis muniverat.* Post de Metello: *Vir egregius in aliis artibus nimis molliter aegritudinem* animi *pati.* Sic ibi lego ex scriptis. Putsch. — Sic MSS. primarii omnes; notae deterrimae, *et timor animi* vel *timor populi.* scias utrumque figmentum interpretum. Gruter. — Abest Arond. Pemb. Reg. L. 2. 3. Marchianis, Laud. Ball. Bodl. Martin. Venetis. Infra *sibi* abest L. 2. Arond. *tetendit.* Hegesipp. *res postulare videtur* III. 21. *populi* a Cic. Catil. I. Wasse.

Bomilchari (ita Thosanus semper) proximo ac maxime fido sibi imperat, pretio, sicut multa confecerat, insidiatores Massivae paret. Thosanus *sicut multa consuerat*, quamquam, verum ut dicam, Bertinianus is est. *consuerat* autem a *consuo* est, non a *consuesco*, ne erres. *Adsuere* * autem et *consuere* in fraude, dolis, lenociniis dicuntur; unde *sutelae* pro fraudibus, et *consuti doli.* Plaut. Amphitruone:

144

*Nae tu isthic hodie malo tuo, compositis mendaciis,*
*Advenisti; audaciae columen, consutis dolis.*

Idem et Pseudolo et Casina:

*Possisne, nec ne, clam me, sutelis tuis*
*Praeripere Casinam uxorem.*

Palm.

Paret, ac maxime occulte. Scio quid dici queat pro lectione vulgata. sed tamen cum insidiae non procedant nisi clanculum, posset omitti illud *ac maxime occulte.* Gruter. — Libri omnes et L. Valla II. 26. retinent. Wasse.

Sin id parum procedat. Sic cap. 49. *Sin id parum procedat*, *necatum* etc. Ciaccon.

Itinera egressusque eius. Tacit. XVI. *Et quia aditu Neronis prohibebatur, egressus obsidens, audiret insontem.* Ciaccon. et Ursin. — L. 3. respuit *cuncta.* Wasse.

Unus ex eo numero. Numerus hoc loco vel pro *factione*, *grege*, ut Catil. XXXIV. et apud Dictyn IV. ult., vel certa et definita unitatum collectione. Thucyd. VI. *Συμπληρώσαντες ἑξήκοντα ναῦς ἐκ πασῶν.* Wasse.

Illumque obtruncat. Manuscripta, consentiente Beroaldino, *illum obtruncat*, omissa coniunctione *que.* Rivius.

Sed ipse deprensus multis hortantibus. Vide ut acceperit illud *hortantibus*, certe pro *iubentibus* ac *cogentibus*; verum id pusillum. Quod continuo sequitur, ingentem habet difficultatem, cum inquit: *Fit reus magis ex aequo et bono, quam ex iure gentium Bomilcar, comes eius,*

*qui Romam fide publica venerat.* Commentatores exponunt, ius gentium esse, propter fidem publicam datam, ut Iugurtha cum suis non violaretur: ergo eum puniri non debere, sed in locum suum reverteretur, ac deinde iuri sisteretur. quae expositio mihi prorsus displicet. puto enim auctorem hoc dicere velle: quando Bomilcar contra ius gentium peccaverat, et fidem publicam facto irritam fecerat, quippe qui perfugam occiderat et prorsus hostilia fecerat; tamen clementia ac benignitate Romanorum, ex aequo et bono, hoc est, aequitatis consuetudine magis fit reus quam iure gentium, qui iam iudicatus erat: quod regem haud latuit, ideoque eum in Numidiam remisit, ne iudicio damnatus occideretur, regno in hoc magis quam vadibus consulens rex. Vades autem a rege pro Bomilcare datos intelligendum, quod postea auctor, ubi Metellus Bomilcarem de regis proditione solicitat, fatetur his verbis: *Igitur Bomilcarem, qui Romae cum Iugurtha fuerat, et inde vadibus datis de Massivae nece clam iudicium fugerat, quod ei per maximum amicitiam maxima copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur.* quae ideo adduximus, quod hic non satis liquet quid referat illud *qui*, cum inquit: *qui Romam fide publica venerat:* Iugurthamne an Bomilcarem? Badius ad Iugurtham refert. Verum propter quid ea verba posuerit auctor, aut quo referantur, id vero haud satis constat, nisi intelligamus et Bomilcarem fuisse in fide publica, quam tamen facto hostili, ut dictum est, violaverat. Nec enim minus quibus datur, quam qui dant, eam irritam facere possunt, quod etiamnum nostra aetate servatur. Verum ne hoc quidem satis perspicuum, vadesne Numidae fuerint an Romani. *Ex amicis,* inquit, *quinquaginta vades dederat.* Dein * illud obscurissimum est, quod 145
ait: *Igitur quamquam in priore actione ex amicis* etc. Nam si de Memmii actione, qua Iugurtham in iudicium traxit, intelligit, quid ad Bomilcarem, pro quo, non pro Iugurtha, vades dati sunt, ea attinet? Totus igitur hic locus cum iudicio legendus, quo ego me nondum explico. Glarean.

Indicium profiteretur. Tac. V. *et summum supplicium parabat, ni professus indicium foret.* Suetonius in Domit. cap. 13. *Professus conspirationis indicium, et ob hoc admissus, legenti traditum a se libellum et attonito suffodit inguina.* Plin. lib. III. Epist. ad Nepotem: *Eadem apud Claudium uxori Scribonii, cum illa profiteretur indicium* etc. Et in L. V. ad L. Cornel. de Sicar. et L. XXIV. D. de Fals. Ciaccon. et Ursin.

Fit reus magis ex aequo bonoque quam ex iure gentium. *Bonum et aequum,* id est, *merum naturae ius patitur poenas exigi, ubi reperitur, qui deliquit:* at ius gentium legatos et his similes, qui fide publica veniunt, excipit, ut docet Grot. in lib. II. de I. B. ac P. 18. §. 4. Et tamen tales poenalibus teneri actionibus eius fori, ubi peccarunt, sentire videtur Halicarnasseus lib, VI. cap. 13. ubi loquitur de Volscis legatis, vere exploratoribus: Postumius negabat bonis viris imitandam malorum improbitatem; satius esse dicens, iram in eos, qui miserant, servare, quam effundere in missos: et ob nomen legationis mittendos potius, quam saeviendum ob tectum speculationis facinus; ne Volscis detur honesta bellandi occasio, simulaturis legatos caesos, praeter ius gentium; nec

aliis inimicis occasio praebeatur, spargendi quamvis falsi, non tamen ratione nec fide carentis rumoris. Eodem spectant Polybiana lib. XV. cap. 4. ubi Carthaginiensium legatos comiter dimisit Scipio, quamvis antea iidem tantum non interfecissent legatos Romanorum. Verba sonant: *Mihi videtur Scipio, qui sciret populum Romanum nihil habere antiquius fide erga legatos, prudentissimo consilio id fecisse: qui rem ipsam apud se reputans, non tam cogitavit, quid dignum esset pati Carthaginienses, quam Romanis quid facere conveniret: is igitur iracundiae suae moderatus et cupiditati, qua flagrabat, scelus admissum ulciscendi, conatus est, ut veteri verbo dicitur, maiorum praeclara exempla tueri.* Ex istis assequimur mentem sententiae Cornelianae apud Liv. lib. XXVIII. cap. 34. Mandonium Indibilemque *merito perituros fuisse ipsorum maleficio: victuros suo atque P. R. beneficio.* RUPERT. — Manuscripta, consentiente Beroaldino, *magis ex aequo bonoque.* Porro quid *ius gentium*, quid *aequum et bonum*, de eo prolixe Budaeus in annotationibus in Pandectas. Ideo autem Bomilcarem Sallustius *magis ex aequo bonoque reum fieri quam ex iure gentium* ait, quod, cum comes esset eius qui Romam fide publica venerat, tutum esse eum ab omni iniuria par erat. Sed interim reclamabat aequitas, ut qui facta caede fidem ipse publicam violasset, non de homicidio reus fieret. Nisi contra quis hunc esse sensum velit, Bomilcarem, quamvis ob rescissam ab se patrata nece publicam fidem, nullo modo foret ad caussae dictionem admittendus, tamen clementia quadam populi R., hoc est, ex aequo bonoque magis quam iure summo reum factum esse, cum potius fuisset indicta caussa mox ad supplicium rapiendus. *Fidem publicam* Sallustius pro eo posuit, quod vulgo *salvum conductum* vocant; inde apud Ciceronem *postulare fidem publicam*, et *fidem alicui publicam dare*, quod Sallustius *interponere fidem publicam* supra dixit. RIVIUS.

BOMILCAR COMES etc. Nescio an non omnia videri queant ab interprete, praeter dictionem primam; quis enim dubitet, eadem fide comprehensos Iugurthae comites, qua Iugurtham? GRUTER.

ANIMADVORTIT. Arond. *animum advortit*, quem sequor; caeteri cum vulg. et infra, *clam Numidiam.* WASSE.

146 * INVIDIAM FACTI. *Invidia* pro *mala fama* vel *odio publico.* Noster alibi: *Hi quod* in invidia *res erat.* Thucydides: ἐπιφθόνως διακεῖσθαι. Cicero Lentulo: *illius regiae* largitionis invidia. Sallustium sequitur Hegesipp. I. 1. *Atque ut* facti invidiam *levaret.* usum hunc leviter inflectit Veget. I. 16. *de funda destinati sagittis sunt omnibus graviores: cum membris integris, letale tamen vulnus importent:* et sine invidia sanguinis, *hostis lapidis ictu intereat.* WASSE.

CONSULENS. Arondel. inepte *confidens*; receptam lectionem praeter Codd. scriptos tueri potest Hegesipp. V. 50. qui huc alludens dixit: *saluti potius quam* regno consulens. Caeterum in utroque loco mallem abesset τὸ *potius.* Confer Liv. II. 4. VII. 8. WASSE.

CLAM IN NUMIDIAM BOMILCAREM DEMITTIT. Legendum *dimittit*, ita ut et codices in pergamenis descripti et impressi fere habent. nec aliter sensus postulat. RIVIUS. — Confer Andocidem Orat. I. pag. 193. WASSE.

Reliquos populares. Fabricianum exemplar, *populareis*. qua terminatione antiquitas uti amat. Rivius.

Et ipse paucis etc. In MS. quodam est, *paucis post diebus*. Rivius. — In nullo nostrorum comparet illud *post* productum Rivio. Gruter. — In quibusdam libris (velut in MS. Rivii) *paucis post diebus*. sed perperam. non enim mutatione opus est, cum *paucis diebus* idem sit quod, *paucis post diebus*, quod Ciceronis aliorumque exempla declarant. A. Manut. — Livius lib. LXIV. ait Iugurtham ob Massivae caedem, cum Romae periclitaretur (causam enim capitis dicere iussus est) clam profugisse. Cast.

Sp. Albinus, qui proximo anno. Omnes fere praelo excusi codices: *Sp. Albinus is qui proximo anno*. quam dictionem nos reiecimus ex fide omnium codicum: neque sententia exposcit. C. Popma.

Italia decedere. Quidam ediderunt: *Italia saepe discedere*. quam dictionem ex auctoritate MSS. librorum delevimus; versu enim sequenti sequitur, unde error irrepsit. Popma.

Sed postquam Roma egressus est, fertur. Dixissem ego: *Roma egressus, fertur*. abdicatis voculis tribus. Gruter.

Urbem venalem. Florus lib. III. cap. 1. Sic supra: *Romae omnia venire*. quod et Augustinus ex Sallustio repetit Epist. ad Marcellin. Isidorus Pelusiota: *Χρήμασιν ἀρχαὶ ἐξωνοῦνται*. Coler. — Vide Freinsh. in Flori lib. III. cap. 1. §. 18. lit. a. Piccart. Dec. II. cap. 4. Rupert.

Si emtorem invenerit. Eutropius, Paulus Diaconus, *inveniret*. Ciaccon. — Cic. Offic. *Utinam, inquit Pontius Samnis, ad illa tempora me fortuna reservasset, et tum essem natus, si quando Romani dona accipere coepissent! non essem passus eos diutius imperare*. Locum respexit Orosius VII. 73. Wass.

## CAP. XL.

Renovato. B. Pub. Pemb. *revocato*, alterum in marg. exhibet. Wass.

In Africam portare. Vox postrema a nemine * patienter legi 147 potest, adeo et visu et odore est deformitatis notae; sed et nares acutiorum suboffendant adhuc praecedentia, tanquam quinque vocibus prioribus immiscuerint se tres spuriae, scribendumque fuerit, *aliaque militibus usui maturat*. Gruter. — *Portare* damnat Gronov. ad Liv. XXXIX. 45. Wass.

Instanti cedere et instare. Tacit. de Tacfarinate, qui in eadem Africa bellum moverat Tiberio, lib. III. Annal. cap. 21. *Tacfarinas spargit bellum; ubi instaretur, cedens ac rursum in terga remeans, et dum ea ratio barbaro fuit, irritum fessumque Romanum impune ludificabatur*. Rupert.

Tractum bellum. Vid. not. ad cap. 83. Rupert. — Abest *bellum* Bodl. male. alibi Noster: bellum trahi *non posse*. et: *penuria rerum necessariarum*, bellum trahi *non posse*. Liv. *Et* trahi bellum *salubriter, et mature perfici potest*. sic Orosius III. 2. ubi pro *atque ille* lege ex

MS. Ioan. *At nunc increpet haec tempora, atque illa collaudat.* Codex C. C. O. pro *increpet*, *reputet*; male. scribit enim contra aevi Christiani obtrectatores, ut ex cap. IV, patet. Idem argumentum fuse tractant Arnobius pag. 143. 155. 180. 221. 235. 456. et Augustinus C. D. I. 31. Cyprianus pag. 189. ad Demetr. vide item Orosii V. 22. VI. 1. Apollonius Collatius pag. 749.

*Longa dies nec* traxit opus, *spectavit Eoo*
*Orbe procul nascens Titan fundamina prima:*
*Tertius Hesperias crinem mersurus in undas,*
*Iam consummati respexit summa laboris.*

Eutrop. VI. 6. *Quae ambo* tracta sunt *per anos X.* Metaphrastes: ἐπὶ δεκάτῳ ἐκταθέντες ἐνιαυτῷ. Infra: *Morae caussas facere.* Cato de R. Rust. cap. 11. *Ubi eas* aliasque caussas multas dixerit, *ad rationem operum revoca.* ibi *veteres* abest Codici Arond. Heliodorus: Ἄλλοτε ἄλλας προφάσεις ὑπεριθέσθαι. et ποικίλας καὶ ἄλλοτε ἄλλας προφάσεις ἀναπλάττειν. Confer Terent. Eunuch. I. 2. 68. Tac. XV. Ciceronem, alios. Wasse.

## CAP. XLI.

Adventabat. Carrio procurat *adventabant*; sed contra MSS. nostros. Gruter. — *Adventabat* B. Pub. λ. Pemb. pro *maturat* B. Pub. *matura*. Wasse.

Romam discessit. Sic et e Manuscriptis duo, et Venetum quoddam. sed *decessit*, quomodo Gymnicus, mihi magis placet; nam id proprie significat a mandato custodiae suae loco recedere. Unde consules, proconsules, praetores dicuntur *e provincia decedere*; item praesidia de urbibus atque castellis, ita uti diligenter annotavit Valla. Cum Gymnico facit unum e Manuscriptis. Rivius. — Sic iterum reponendum putavi, eiecto aliorum *decessit*, ob consensum membranarum ac vett. edd. Gruter. — Sic γ. λ. Venetae, Martin. λ. *recessit.* et sic Pemb. ex emendatione *discessit.* ita Graeci ἐπανήκω, *revertor.* Horat. Sat. I. *hac mente laborem Sese ferre, senes ut in otia tuta* recedant. et Carm. II. 19. Virg. *omnis et una Dilapsus calor, atque in ventos vita* recessit. id est *revertebatur*, ex mente Platonicorum; non, ut Ruaeus, *abiit.* Glossae: *recedet*, ὑποστρέψει. Hinc *spiritum reddere*, recipere. Sic ἀπέρχεσθαι pro ἐπανέρχεσθαι, *redire.* et ἀπῆλθε πάλιν pro ἐπανῆλθεν. Verum contra Codd. optimos nihil mutandum. Wasse.

148 * Seditionibus tribuniciis agitabatur. Vid. not. ad I. Histor. 1. Rupert.

P. Lucullus. Aliter: *Lucilius.* quidam codices formis excusi habent *Lucius.* Carr. — Sic L. 2. *Lucius* L. 3. Venet. Wasse.

Tribuni plebis continuare magistratum nitebantur. Tribunatus pl. *magistratus* appellatur. proprie tamen, si Plutarcho credimus, magistratus non est; cum neque lictores habeat neque ius dicat, neque purpura utatur. quibus etiam alia Plutarchus adiungit, ut probet non esse magistratum. Cum quo sentire videtur Livius lib. II. *Ardens*, inquit,

*ira tribunus, viatorem mittit ad Consulem, Consul lictorem ad tribunum, privatum esse clamitans, sine imperio, sine magistratu.* Sed utrumque refellit Cic. in Ep. VII. lib. I. Fam. cum ait: *Quo quidem tempore, ut perscripsi ad te antea, cognovi Hortensium percupidum, tui studiosum Lucullum, ex magistratibus autem L. Racilium et fide et animo in te singulari.* Quem enim hic *in magistratu* esse dicit, eum tribunum pl. nominat Ep. I. et V. lib. II. ad Quintum Fratrem. et in oratione pro Quinctio de tribunis pl. *Per eum magistratum qui auxilii caussa constitutus est.* et lib. I. de Oratore: *Exierant cum Crasso adolescentes, C. Cotta qui tribunatum pl. tum petebat, et P. Sulpicius, qui deinceps eum magistratum petiturus putabatur.* et in libro de claris Oratoribus: *ita tacitus Crassi tribunatus, ut nisi in eo magistratu coenavisset apud praetorem Granium, idque nobis narravisset Lucilius, tribunum pl. nesciremus fuisse.* Apud Nonium autem Fenestella his verbis: *Ut magistratum inierunt tribuni pl., C. Cato Ptolemaeo regi et Lentulo Consuli assiduis concionibus invidiam concitare coepit.* Et Asconius idem significat in Commentario Verrinae II. cum interpretans illud Ciceronis *Magistratum ineat necesse nonis Decembribus:* „*Eo*, inquit, *die tribunus pl. futurus.*" et idem in orationem pro Cornelio, *C. Cottam legem tulisse, ut tribunis pl. liceret postea alios magistratus capere*, duobus in locis ait, et ibidem *Tiberium Gracchum tribunum M. Octavio collegae suo magistratum abrogasse* tradit. Mirari equidem aliquis possit, quod scriptum Plutarchus reliquit, *tribunos pl. purpura non esse usos*, cum in oratione pro Cluentio de tribuno pl. Quinctio legantur haec: *Facite ut non solum mores eius et arrogantiam, sed vultum et amictum, et illam usque ad talos demissam purpuram, recordemini.* Verum non est inter eos controversia; notat enim Cicero purpuram in Quinctio tribuno pl. tanquam indicium insolentiae, quod amictu uteretur, ceteris tribunis inusitato. A. Manut. — Tacit. lib. II. *Id quoque morum Tiberii fuit, continuare imperia.* Ciaccon.

Quem propraetorem in castris. Scribendum, *quem pro Praetore in castris* etc. cum autem hic idem A. Albinus paulo post Legatus dicatur, integra eius inscriptio erit, *Legatus pro Praetore.* Sic enim in antiquis numismatibus reperitur: LEG. PRO PR. etc. ut in notis ad Caesarem diximus. Ursin. — *Pro Praetore* B. Pub. et Marckiani, Gruteriana et Antverpiana *propraetorem*, sed Gruterus ante notas retinet *propraetore.* et sic ex emendatione Pemb. Wass.

Supra diximus. Dictum sane supra, et vix tribus lineis intercedentibus; quapropter si cui a glossa videbuntur, ei facile subscripserim. Gruter.

Ex hibernis. Sic et Aldinum exemplar, ni fallor, et manuscripti codices habent; in quibusdam tamen, velut Argentoratensi et Veneto, est *ex hibernaculis.* qua voce Livius aliquoties utitur, pro, *ubi milites hiberno tempore commorentur.* ut V. Dec. IV. *Deinde in hibernacula milites deduxit.* et X. eiusdem: *Loca pacata me ad hibernacula * electurum.* Tacitus II. *Legionum aliae itinere terrestri in hibernacula remissae.* Haec alias *hiberna* proprie dicuntur. nam *hibernacula* fere vocamus ipsa tentoria, quando sub pellibus hiemem agere miles, non in oppidis neque sub 149

tecto, cogebatur. Quocirca mihi quidem lectio prior magis arridet. Nam et frequens est apud Ciceronem, *cohortes in* hiberna *mittere.* et: *exercitum in* hiberna *dimittere.* hoc est, in oppidum aliquod commodius, ubi per hiemem agant. Sallustius postea, *Metellus*, inquit, *cunctos senatorii ordinis ex* hibernis *propere accersi iubet.* [L. 2. 3. Ball. *hibernaculis.* Venet. 1470. *tabernaculis.* Aroud. *hiberna.* caeteri *hibernis.* B. Pub. a prima m. *tabernaculis.* Wasse.] Est apud Ciceronem et *hibernare* verbum; velut cum inquit: *Quomodo milites hibernent.* et: *Ubi sis hibernaturus.* pro quo Sallustius inferius dicit *hiemare: Num omnis exercitus, uti convenerat, Numidia deductus in provincia hiemabat.* Rursus: *Ceterum exercitum in provincia, quae proxima est Numidiae, hiemandi gratia collocat.* Sed et Cicero hoc verbo utitur aliquoties, ut in Epistolis: *Cupio scire ubi sis hiematurus.* et in Verrem: *ubi piratae quotannis* hiemare *solent.* Sallustius, ut adnotavit alicubi Seneca, *aquis hiemantibus* in Historia dixit. Hunc imitaturus Aruntius quispiam, quem idem Sallustianum fuisse testatur, cum dicere vellet frigidum annum fuisse, ait: *Totus hiemavit annus. Hiemare* apud Tranquillum in Augusto pro *affligi incommodo hiemis* ponitur: *Quamvis parum*, inquit, *salubrem valetudini suae urbem hieme experiretur, assidueque in urbe hiemaret.* Caesar itidem, ut Cic., pro *hiemem transigere* posuit. velut II. *Ita populi Rom. exercitum* hiemare *atque inveterascere in Gallia moleste ferebant.* et III. *Uti in iis legionem* hiemandi *caussa collocaret.* ibidem: *Alteram partem eius vici Gallis ad* hiemandum *concessit.* et: *Inde in Allobrogas perduxit*, *ibique* hiemavit. Sic et alias saepe. Rivius.

Ad oppidum Suthul, ubi regis thesauri erant. Strabo lib. ult. Capsam ait vocatam, ubi regis Iugurthae fuerint thesauri: sed puto errorem esse, qualem paulo ante (cap. 21.) indicavimus. Nam Sallustius postea de Capsa disserens, nihil de regis thesauris meminit, verum locum quendam alium ad flumen Mulucham denotat. Haec nobis ideo referuntur, ut locorum nomina diligentius emendentur, maxime locorum facta diligenti comparatione. Glarean. — Fallitur Priscianus, qui *Muthul* et *Suthul*, oppidorum nomina, negat esse neutra, quia sunt nomina Punica ac Poenorum lingua caret genere neutro, haud secus ac Hebraea Chaldaeaque; a quibus eam sola differre dialecto, norunt omnes, qui aliquem linguarum Orientis gustum habent. Fallitur, inquam; nam alioqui Sall. dixisset *Suthulem.* Aeque falsum quod aiunt, Sallustium idcirco *Suthul* dixisse, quia in Punicis retinere vellet terminationem. Nam hanc sententiam refellit cap. 38. ubi *relicto Suthule* legitur. Rupert.

Saevitia temporis. Signum imperiti ducis. Alias enim monet rei militaris doctor: *Ne saeva hieme iter per nives ac pruinas noctibus faciant milites, aut lignorum patiantur inopiam, aut minor illis vestium suppetat copia.* Haec fere Veget. lib. III. cap. 2. ubi et adiicit: *nec sanitati, nec expeditioni idoneum esse militem, qui algore compellitur.* Quam quidem rationem in melius vestiendis, quam armandis suis militibus, secutos Turcas existimo, de quibus V. ill. Auger. Busbeq. Epist. III. Legat. Turc. *Magnae Turcis*, inquit, *curae est, ut bene valentem tutumque ab iniuria tempestatis militem habeant: a vi hostili ipse se defendat: valetudo stat*

*praesidio publico. Hinc melius videas vestitum Turcam, quam armatum. Frigus inprimis timetur, quod etiam aestatis tempore tribus arcent vestimentis.* Ceterum haec in australes magis, quam septentrionales conveniunt, qui quidem non telis magis, quam suo coelo, *suo sidere per hiemem armantur*, ut eleganter loquitur Plin. in Panegyrico. Rupert.

Et opportunitate. In quibusdam est, *inopportunitate loci*, pro eo quod est, *iniquitate loci.* sic autem praeter alia et Beroaldinum et Venetum * exemplar habet, quae excudit Pincius, Pomponius castigavit; sed 150
utrum rectius, alii viderint. Ut autem ab *opportuno* deducitur *opportunitas*, quidni ita ab *inopportuno* (nam hac voce utitur Cicero) deduci *inopportunitas* queat? nisi quis *inportunitate loci* legere malit; quomodo inferius dicit: *Aggeribus turribusque et aliis machinationibus fuisse locum inportunum.* Ego vulgatam lectionem probo. nam *opportunitatem loci* cum propter incolas et cives, pro quibus illa erat, tum ob hostes Romanos, adversus quos erat, mihi dicere videtur. Sic enim alibi, *Statuit*, inquit, *urbes quae viris aut loco pro hostibus et adversum se* opportunissimae *erant, singulas circumvenire.* pro, *quae urbes munitissimae erant.* Rivius. — Ita libri nostri gentium, ut ita dicam, maiorum; nam reperi in minoribus, *et inopportunitate*, de quo Rivius. Gruter. — λ. recentiore atramento, spatio inter versus, *inopport.* L. 3. per *opportunitatem* intelligit, locum esse defensoribus opportunum. alibi: *cavere necubi hosti* opportunus *fieret.* Liv. *Urbs* opportunissima *portu.* Tacit. alicubi: *Locorum* opportuna *communivit.* Frontinus I. 4. *Cum angustias maris transnavigare propter Atheniensium classem, quae* opportunitatem *loci custodiebat, non posset.* ubi pro *excepisse visi* Codex B. Pub. *e. gavisi.* locus est depravatus. Philippus enim expeditionem in terram Amphissensium parabat, ut patet ex Polyaeno, sed Amphissa urbs primaria Ozolorum LX stadia Delphis aberat, Cyaneae vero in ore Bospori Thracici ab his regionibus immane quantum distant. pro *Cyaneae* MSS. Codd. Coll. Ies. Petr. B. Pub. unanimes exhibent *Cyena;* unde proclive esset et facere *Cirrha*, sive ut Pausanias effert, *Cirrhae*, oppidum Delphorum idemque navale, a quo etiam incipit sinus Crissaeus. Nam cum classe ad Amphissam alio accedere non potuit quam per sinum Corinthiacum et promontoria Rhium et Antirrhion. Sed Polyaenus classem non memorat, neque ex eo liquet, terrane an mari res gesta fuerit. Wasse.

Hiemantibus aquis. Sic scribendum esse, non *hiemalibus*, vel ex hoc Senecae loco Epist. CXIV. apparet, in qua ita scriptum est: *Dixit Sallustius* aquis hiemantibus: *Arruntius non desinit omnibus locis hoc verbum infulcire.* Ursinus. — MS. Pirck. *genialibus aquis.* unde in aliis veteribus factum *gelualibus.* An Sallustius *geniales aquas* dixit, ut Lucretius *ingenuos fontes? Genialis* in veteri Glossario exponitur ἐπίσημος, γαμήλιος, καὶ στοιχεῖον, τύχη. ubi legendum τυχίον. Alibi *genialia* τὰ τυχία. Quod si vero Sallustius *hiemantes* potius scripsit, intelligo pluvias coelestes, quas veteres *lamas* vocant. Vetus interpres Horatii: *Lamas lacunas maiores continentes aquam pluviam seu coelestem,* ἀπὸ τοῦ λαιμοῦ, *id est, quae ingluvies est et vorago viarum seu fossae fluviorum. Hinc quoque dictae sunt lamiae, puerorum voratrices.* Ennius: *Silvarum saltus, la-*

*tebras, lamasque lutosas.* Colbr. — Scriptus, *hiemalibus aquis.* Varias coniecturas adferunt Critici, sed vulgatam defendit Seneca Epistola CXIV. *Dixit Sallustius* hiemantibus. *Arruntius in libro primo belli Punici ait: Repente* hiemavit *tempestas.* et quae sequuntur. Dicat quis nescire se, locum hunc innuat Seneca, an vero alium ex deperditis historiarum libris. malim tamen asserere locum hunc in animo habuisse Senecam, quam temere quid mutare aut frusta investigando in historiarum libris fatigari. Putsch. — Produxit editio Carrionis *hiemantibus aquis*; neque culpo. sed nostrum [*hiemalibus*] tuetur se toto grege manuscriptorum Pall. neque aliter Commelinianus. Gruter. — Thosanus: *gelualibus aquis.* lego, *hiemantibus aquis*: cetera bona vulgata lectio. Seneca de hoc loco intellexit, cum scribit, Sallustium dixisse, *aquis hiemantibus.* Id Aruntium non desinere locis omnibus inculcare: adeoque cum dicere vellet, frigidum annum fuisse, ita fecisse: *Totus hiemavit annus.* In historia sane hoc ait dixisse Sallustium; sed neque perpetuum, ut in mentione scriptorum Sallustii illos tantum historiarum libros ea appellatione communicent: et simile veri, Sallustium suum verbum ubique retinuisse: cuius eo maiore amore Aruntius deperiret. Palm. — Arond. *genialibus* corrupte, opinor, pro *gelualibus*, quod, teste Palmerio, praefert
151 Codex Thosanus. Laud. *hiemantibus*, recte. caeterum * pro *Suthul* L. 2. *Subthul*. et sic Venetae. Orosius V. 15. *Galumam* nominat. MS. C. C. C. *Calamam*, cuius meminit Optatus I. pag. 39. etiam Augustin. de Civ. Dei XXII. 8. Possidius Notitiae Africae. et sic apud Orosium reponendum. Wasse.

Aut cupidine caecus etc. Duplex vocum biga *ob thesauros op. p.* a fine spurium quid redolet. Gruter. — *Ob th. op.* omittunt L. 3. et Ball. et sane supra dixit: *ubi regia thesauri erant.* caeteri tamen mordicus tenent. Wasse.

Aggerem iacere. Lips. II. Poliorcet. III. Rupert.

Aliaque quae coepto usui forent, properare. Quamvis et manuscriptum et Badianum exemplar *praeparare*, tamen *properare* magis placet, pro, festinanter comparare. Sic apud Tacitum: *properare deditionem.* item: *voluntariam mortem properare.* pro, celeriter sibi consciscere. Virgilius VIII.

*Haec pater Aeoliis properat dum Lemnius oris,*

pro, *properanter facit.* et est honesta locutio, inquit Servius. In manuscripto volumine pro *coepto* legitur *incepto.* ut et impressis quibusdam; sed vulgatam lectionem relinquendam esse duco. Rivius. — Vide supra cap. 21. et 22. Sic etiam nostri meliores, nisi quod Comm. *praeparare*; at ego potius dixissem *aliaque incepto usui properare*, neglectis caeteris. Gruter. — L. 3. *alia quae incepto.* non male. Wasse.

## CAP. XLII.

Vanitate atque imperitia legati. Occinendum ei fuerit illud Onosandri cap. 4. Strategici: *Pudendum ac periculosum est, temere ac turbida bellicos excitasse tumultus, ac veluti mare terramque praeliis miscere*

voluisse; *deinde turpiter inceptis desistere prpramque obvertere.* (Graece, κάπιιτα πρύμναν κρούεσθαι, hoc est, *inhibere remos more remigum.*) *Etenim unusquisque praecipitem huiusmodi amentiam deridet, imbellemque audaciam ludos facit. Hostes etiam quicunque illi sunt, oderunt eos merito, qui iniuriam inferre nec noluerunt quidem, sed non potuerunt.* Rupert.

Subdole eius augere amentiam. In manuscriptis est, *subdolus.* quae nimirum verior lectio est. Rivius. — Sic et antiquus Fulvii liber. *Subdolus* reposui, quod ita scriptum in plerisque antiquis libris compererissem. A. Manut. — Sic et nostri libri meliores, solum remanet in vitiosioribus *subdole.* Gruter. — Nomen pro adverbio alias. infra cap. 48. *praedas* certantes agere. et 73. *exercitum inter hiberna Rom.* iussus *habebat.* Wasse. — Reg. L. 2. Venetae *dementiam.* male. Haec vox non solum *vanitati* et *imperitiae* additur, sed etiam *timori, invidiae* caeterisque affectibus, quis vacui debent esse de rebus dubiis consultantes. Liv. de L. Papirio Cursore VIII. 3. *venire amentem invidia.* nempe quia magister equitum iniussu suo prospere pugnasset, atque, ut ille supra, *arma hostilia concremasset, ne suae gloriae fructum caperet nomenque ibi scriberet, aut spolia in triumpho ferret.* Quaeritur quid sit, *nomen scribere?* at hunc morem auctor supra explicaverat IV. 20. Titulus *ipse* spoliis inscriptus; *illos neque arguit consulem ea Cossum coepisse.* patet ibi ex Thorace linteo ad Iovis Feretrii Impp. sua nomina spoliis indidisse. Eius rei formulam servat Poëta:

*Aeneas haec de Danais victoribus arma.*

Velleius II. 104. *Decreta ei* (Agrippae) *cum* speciosissima inscriptione operum *ornamenta triumphalia.* Liv. XXXVIII. 35. *Seiuges in Capitolio aurati a P. Cornelio positi.* consulem dedisse, *inscriptum est.* Tacit. An. II. *Laudatis pro concione auctoribus, Caesar congeriem armorum struxit superbo cum titulo: Debellatis inter Rhenum Alpemque nationibus exercitum Tiberii Caesaris ea monimenta Marti et Iovi Augusto sacravisse.* Liv. IV. *Fabius Vibulan.* etc. *opima spolia* cum solenni dedicatione* *dono* 152 *fixit.* Dio de tropaeis Pompeii: Ἐπὶ πᾶσιν ἓν μέγα πολυτελῶς κεκοσμημένον ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ἐπιγραφὴν ἔχον. confer Herodotum I. 51. Pausaniam, Anthologiam. Virgilius II. 15.

*Quod super est, haec* sunt spolia, *et de rege superbo*
*Primitiae: manibusque meis* Mezentius hic est.

infra:

*— — inimicaque nomina* fugi.

Idque Triumvirorum munus fuisse clare satis innuit Liv. XXV. 7. *Quibus* (comitiis) *creati sunt quinque viri muris turribusque reficiendis: et triumviri bini, uni sacris conquirendis,* donisque persignandis, *alteri reficiendis aedibus.* Dedicationis formulam exhibent Statius Theb. II. 715. Silius XV. 492. titulus iste Tibullo IV. 1. *index.* Vide Ovid. Ep. II. 68. VII. 76. Wasse.

Vitabundus. Vitans, fugiens. Considerent docti, num Diomedes Grammaticus hunc locum citet lib. I. cap. 5. pag. 379. ubi sic ait: *Item cum legimus apud* Sallustium: *Vitabundus,* inquit, *per saltuosa loca re-*

*cedebat.* Cast. — *Per tr. et s. loca.* Servius ad Aen. X. pag. 182. *quasi* omittunt 1. L. 3. Valla I. 9. *per p. et salt. l.* Wasse.

Spe pactionis perpulit. Manuscripta *perpulit* pro vulg. *pepulit.* Rivius. — Hegesip. V. 17. *invitare factionum principes* ad spem deditionis. Wasse.

Ita delicta occultiora fore. Sic Pal. sept. editiones patrum memoria natae. vox ultima videtur adsuta ab interpretibus; eam certe arguunt falsitatis variae lectiones membranarum; nam Naz. prima scriptura expuncta est, repositumque a manu secunda *occultiora fuerunt.* Pall. 2. 4. 5. ceterique, nec non Com. *fuere.* tert. *forent.* Gruter. — *Fore* Mart. *forent* Bodl. *fuere* Pemb. B. Publ. 1. Wasse. — Vide not. ad Catil. cap. 20. §. 1. Rupert.

Die noctuque. Servius in I. Georg. profert alium Sallustii locum huic similem, in quo est: *Die noctuque laborare, festinare.* Tacitus lib. XV. *Continuum die noctuque iter properabant.* infra tamen dixit Sallustius: *Diu noctuque.* ut lib. I. Histor. citante Charisio, in quo erat: *Noctu diuque stationes et vigilias tentare.* Item: *Diu noctuque fatigare animum.* Ciaccon. et Ursin.

Instruxit. Reg. *extruit, instruit.* Arond. L. 2. Venetae, Pemb. 7. 1. B. Pub. et sic legendum, licet aliter Gruteriana et Plantin. Plautus Casin. *qui postquam amo Casinam.* Trucul. *heus tu, iam postquam in urbem crebro convenio, hic factus iam sum cavillator.* Captiv. III. 3. 27. Terent. Adelph. *Neque ego huc umquam* postquam sum natus, *intra portam penetravi pedem.* vide Nostrum in Iug. cap. 66. et Q. Septimium IV. 1. 4.

Cum multitudine Numidarum. *Cum* non est in ullo manuscripto, ac rectius abest, sed nec Florentinus codex id habet neque Beroaldinus. Rivius.

Auli castra circumvenit. Non possum quin indicem, Nazarianum a prima ac secunda manu variare perpetuo in nomine *Auli;* a prima enim est *Albini*, a secunda *Aulini:* nisi fine capitis 36. ibi enim initio fuit, *Albinus Aulo fratre in castris;* mutatum tamen et ibi statim *Aulino.* Gruter.

Perculsi tumultu insolito. Eiusmodi trepidationem et tumultum in exercitu Darii Codomanni sub tempus praelii, in faucibus Ciliciae
153 commissi, superventu hostili excitatum, describit hunc in modum Curt. lib. III. de reb. Alex. *Dario adventum hostium pavidi agrestes nunciaverunt, vix credenti occurrere etiam, quos ut fugientes sequebatur. Ergo non mediocris omnium animos formido incesserat, quippe itineri quam praelio aptiores erant raptimque arma capiebant. Sed ipsa festinatio discurrentium suosque ad arma vocantium maiorem metum incussit. Alii in iugum montis evaserant, ut hostium agmen inde prospicerent. Equos plerique frenabant: discors exercitus, nec ad unum intentus imperium, vario tumultu cuncta turbaverat.* Rupert.

Arma capere alii, alii sese abdere. Etsi omnes excusi codices, quibuscum consentiunt MSS. quidam, *Arma capere, alii sese abdere,* habeant, longe tamen, meo quidem iudicio, concinnior et elegantior est

haec lectio, quam hic restituimus. Hoc eodem in libro Sallustius: *alii fugere, alii arma capere.* et: *monere alii, alii hortari.* et iterum: *quam plurimas uxores alii, alii denas habent.* C. Popma.

Confirmare, trepidare omnibus locis, vis magna hostium. Introduxi aliam distinctionem ab ea, quae hactenus fere obtinuit, coactus auctoritate membranarum; sed et alioqui prima editio, *confirmare. Trepidare omnibus locis, vis magna hostium.* quam distinctionem minime posthabuerim vulgatiori, praeferenti, *confirmare; trepidare: omnibus locis vis magna hostium.* *trepidare* heic notat, satagere cum fructu. Gruter.

In incerto. L. 2. *incerto.* infra λ. *pauci ex.* a manu tamen emendatrice, hercle non male. *esset* a manu prima Pemb. *foret* a 2. in marg. Wasse.

Paulo ante corruptis etc. Deleverim *paullo ante;* potuisset adhuc brevius unica voce, *ex numero corruptorum.* pro *transiere* Naz. Pal. 2. *transire,* forsan melius. Gruter. — Et sic primitus ni fallor γ. Wasse.

Thracum. In Rittershusiano pro *Thracum* legas *Tirichum.* Coler.

Centurio primi pili. *Primipilus* et *primus pilus* non idem sunt. Vide Quaesita per epistolam. Ald. Manut.

Eaque Numidae cuncti irrupere. Haereas utrum malis *eoque,* an alterum, quod quidem in plerisque MSS. et olim impressis, etiam Naz. sed et ab eadem manu superscriptum eidem *eoque;* quomodo diserte Comm. noster. nihil tamen temere mutaverim. Gruter. — Pemb. Arond. foede *eaque parte,* et sic Venetae. γ. Pemb. etiam, sed a manu recentiore, B. Pub. λ. Mart. Reg. *eaque.* L. 3. *ea.* Bodl. *eoque.* Arond. omittit *cuncti* et *hostis.* inde notum strategema. confer Polyaenum III. 7. Frontinum II. 13. cuius verba adscribam, ut ad sanitatem reducantur: *Galli pugnaturi cum Attalo, aurum omne et argentum certis custodibus tradiderunt, quibus si acie fusi essent parceretur, quo facilius colligenda praeda hostem impeditum effugerent.* Quid ergo? num eo nomine, *certis custodibus,* ut illi mortem effugerent? at quomodo hoc pacto victoris impetum sufflaminarent? nullus dubito quin Petrensis commodiorem lectionem praestiterit. clare itaque ille pro, *quibus si acie fusi parceretur; quae si in acie fugissent spargerent.* legendum: *si acie fusi essent, spargerent.* inepte enim Coll. Ies. *aciem fugissent.* Quod idem ille Petrensis *Athalio* pro *Attalo* exhibet, id vero nihil est. recte vulgata. illum Attalum intelligo qui post Eumenem proxime in regnum accessit, de quo haec Pausanias I. 8. Γαλάτας ἐς τὴν γῆν ἣν ἔτι καὶ νῦν ἔχουσιν ἀναφυγεῖν ἠνάγκασεν Περγάμου. * vide Athenaeum V. 16. Photium ex Arriano 154 pag. 226. Eusebium ad Olymp. 147. L. 3. *nostris foede f.* sed aliter caeteri, et Donat. in Eunuch. II. 3. Infra: *tamen se — memorem.* illud *tamen* ex sec. manu correctrici et in marg. Pemb. Wasse.

Nostri foeda fuga, plerique abiectis armis, proximum collem occupavere. Non sine causa additum, *foeda.* Fortes enim arma et vitam eodem aestimant pretio, ut ait Diodor. lib. XIV. cap. 115. Vulgo circumfertur: *Fortium est non tradere arma, sed mage armis immori.* Seneca de Horatio Coelite: *Non minus solicitus, ut armatus, quam*

*ut salvus exiret.* Epist. CXXI. P. Furius maluit cum millenaria cohorte perire, quam redimere salutem traditis armis. Halicarnass. lib. VI. cap. 80. Vide Gruter. ad Livii lib. I. cap. 27. Rupert.

Postero die. Aliquot e MSS. *postera.* Gruter. — Nostri *postero.* sed alibi invenio. Scipio apud Liv. XXXVIII. Hac die, *Quirites, Carthaginem vici.* Iustinus, Livius, Tacitus passim. Wasse.

Tametsi ipsum cum exercitu, fame et ferro, clausum tenet, tamen se humanarum rerum memorem etc. Ex fide librorum veterum ita hic locus legendus erit: quod etiam ante nos alii animadverterunt. voluimus tamen nostrorum etiam codicum consensum et auctoritatem producere, quo pluribus quasi testibus vera et antiqua Sallustio restituatur lectio. De varia autem rerum humanarum vicissitudine vide quae in Commentariis nostris in librum primum Heurici Mediolanensis de Controversia Hominis et Fortunae diximus: locum enim hunc non parum illustrabunt. C. Popma. — Est in quibusdam, *teneat.* id Latinitatis ratio exposcere magis videtur, nisi si ἰτέρωσιν modi esse malis. Rivius. — *Fame et ferro cl.* libri C. Popmae. *fame ferro cl.* λ. infra: *quamquam gravia* Reg. Numerum copiarum recenset Oros. V. 15. confer item Veget. III. 10. Wasse.

Se humanarum rerum memorem. Ut victorem decet. Pulcerrima victoria fuit L. Aemilii Paulli, non qua Persen, sed qua se ipsum vicit; ut e Livii lib. XLV. cognoscimus; ibi, rege captivo in tabernaculum sive praetorium introducto, ita ad suos verba facit: *Exemplum insigne cernitis mutationis rerum humanarum. Vobis hoc praecipue dico, iuvenes, ideo in secundis rebus nihil in quenquam superbe ac violenter consulere decet, nec praesenti credere fortunae, cum quid vesper serus vehat, incertum sit.* Sed et de misericordia, qua saepe erga hostes afflictos commovemur, praeclare, praeter alios, disserit Nicolaus Syracusanus in Orat. ad cives suos, pro Atheniensibus captivis, apud Diodor. Sicul. lib. XIII. Bibl. ubi inter caetera: *Inprimis autem, ut puto, misericordiae sensu, placidorum hominum animi capiuntur, quod mutua quaedam communis naturae affectio existit.* Quam quidem ῥῆσιν historiographi divinis versibus diffundit et illustrat Iuvenalis Sat. XV. Talem vero moderationem sapientiamque recentiores historici in Carolo V. depraedicant, qui nuncio accepto memorabilis illius ad Ticinum victoriae, captivitatisque Regis Galliarum Francisci I. adeo non exultavit, ut neque tormentorum displosione, neque ulla alia re laetitiam erumpere pateretur, sed potius Deum suppliciter orari *iuberet publice in omnibus templis, ut ea victoria Orbi Christiano bene ac feliciter evenerit.* Adde notam ad Iustini lib. IX. cap. 4. §. 1. Rupert.

Quae quanquam gravia, et flagitii plena erant. Manuscriptum, *Quae gravia quanquam.* et sic saepe Tacitus, velut V. *Haec*
155 *mira quamquam, fidem ex eo trahebant.* Laur. Valla, * haud scio an memoria lapsus, *flagitio plena* legit libro Elegantiarum III. quo loco docet Ciceronem *plenus* cum genitivo iungere solitum, plerosque eodem saeculo cum ablativo. Mox enim subdit cum Varronis e tertio de Re Rustica, *Utrum his piscibus stagnum habeat plenum, an vanis;* tum hoc

e Sallustio exemplum, *flagitio plena*; quo id comprobet. Quod Ciceronem affirmat semper hoc nomen cum genitivo iungere consuevisse, in eo plane est memoria lapsus. id quod exempla sequentia ostendunt: *Ornamentis fanorum plena domus.* et: *Otiosa vita, conferta et plena voluptatibus.* et: *Litterae gravissimis verbis sententiisque plenae.* Sed et *noctem plenam timoribus* apud eundem legis. RIVIUS.

MORTIS METU MUTABANTUR. Sic in Catil. *Pace bellum mutavit.* et in orat. Philippi: *Quorum nemo non diurna mercede vitam mutaverit.* Hunc locum non recte interpretatur Turneb. lib. Advers. XVIII. cap. 7. cum enim illi miseri mortem exspectarent, eum mortis metum cum ignominia commutatum facile tulerunt. Infra: *cunctaque praesenti ignominia mutastis.* Nonius: *mutare, aliud pro alio accipere. Lucill. Publicanus vero ut Asiae fiam scripturarius, pro Lucillio; id ego nolo, et uno hoc non muto omnia.* CIACCON. — Manuscripta et alia quaedam *mutabantur*, pro *permutabantur*: id est, quia haec patienda potius quam moriendum censebant, vel quia vitam hac re suam redimebant. Nam mutuatio fit, quum aliud pro alio substituitur. In Basil. est *mutabant.* Legitur et *multabantur.* RIVIUS. — Placet Glareano *urgebantur*, ut infra: *populus militia atque inopia* urgebantur. Codex perantiquus C. Popmae *cogebantur* et *nitebantur.* ille vero ex plurimis suis *minitabantur.* WASSE. — *Mutabantur* a manu prima Naz. ac Pal. 2. quorum uterque interpolatus a correctore; ostentatque primus *motabantur*; alter vero *minitabatur*, quod ultimum in aliquod membranis, addita tamen litera, *minitabantur.* Commelin. valde abit a caeteris, ut et Bongars. hic quippe habet *tenebantur*, ille *agitabatur*; est in Pal. 5. *mulctabantur.* 6. *urgebatur.* 7. *tenebantur.* 8. *mutabantur.* Scio quae alii commentati sint; nec placent; libet enim arbitrari vocem illam turbatricem omnino exterminandam, unaque dictionem *quia*; ut fiat, *tamen mortis metu, sicut regi libuerat, pax convenit*; sententia aperta. GRUTER. — Pro illo *multabantur* etiam haec reperias in libris: *tenebantur, minabantur, minitabantur, mutabant, mutabantur.* alii aliud maluerunt: nemo recte: nisi quod nuper fuit, qui *minabantur* probaret passive, et de hoc tam praeclare reperto triumpharet; sed optimi libri, quod Rivius etiam monuit, *mutabant*: proximi, *mutabantur.* verum est, *mutabant.* Leges Iugurtha ferebat, ut sub iugum mitterentur, et Numidia decederent; eae leges una re mutabant, morte; alterutrum enim legendum erat: *mutabant* illi dicebant: nos, *mutabantur.* Catullus:

> *Haec cum legas, tum bellus ille, et urbanus*
> *Suffenus unus caprimulgus, aut fossor*
> *Rursus videtur: tantum abhorret ac mutat.*

Livius: *Mores quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.* Alibi hoc agimus: neque libet idem saepius, ac sunt alia potiora. PALMER. — Pro *multabantur* alii codices habent *mutabant*; in vetusto codice *urgebantur* marginibus adscriptum reperi: quae lectio placet, nam ita loqui solet hic Noster, ut paulo post: *Populus militia atque inopia urgebatur.* GLAREAN. — Optimi libri, ut etiam Rivius monet, habent *mutabant.* Ex quo Palmerius et alii faciunt *mutabant.*

Et ita Turnebus quoque. Sed vulgatam lectionem, retinet et exponit Ciacconius, haud incommode. Colers. — Codex quidam perantiquus: *Mortis metu cogebantur.* alii: *mortis metu multabantur.* alii: *mortis metu nitebantur,* ediderunt. Nec desunt qui in antiquis aliquot libris *mutabantur*, et *urgebantur*, et *mutabant*, scriptum reperisse affirmant. Ego vulgatam lectionem sequor, quod ea plurimis meorum codicum exemplaribus comprobatur. C. Popma. — Laud. Bodl. *nutebantur* pro *mutabantur.* quomodo Tacitus Hist. I. 76. *Nec Aquitania quidem quamquam a Iulio Cordo in verba Othonis obstricta, diu mansit, nusquam fides, aut amor*, metu ac *necessitate*, huc illuc mutabantur. Valla Eleg. III. 54. *multabantur*, at Reg. B. Pub. Pemb. *γ. λ. mutabantur. γ. λ.* pro varia lectione *urgebantur*, Arond. *tegebantur*, forte pro *tenebantur.* Venetae *mutabuntur.* Aldina et Martin. *mutabant.* Palmerius *mutabant.* ut apud
156 Tacitum II. 23. III. 44. IV. 13. Ammian. * XXV. 8. XXXI. 7. ego nihil muto. *mutabantur* eo sensu apud Statium Theb. IV. 193.

— — *Sed perfida coniux*

Dona viro mutare *velit.*

Iustin. XX. 4. *mutassentque vitam luxuria, ni* etc. Wasse. — Infra: *invasere.* maluissem *invadere*, sed et patienter tulerim deleri illud *civitatem.* Gruter. — Pro *sed ubi ea* Priscianus *Haec ubi.* caeterum vocem, quam pro spuria habet Gruterus, agnoscit Q. Septimius II. 8. Metus *atque* moeror *universos invasere.* Turpem hanc Albini deditionem memorat Ammian. pag. 404. 10. Infra: *et tamen interim.* L. 3. omittit *et*, legitque *exercitui interim.* pro *quaesiverit* Venetae Mart. Reg. λ, et Pemb. a manu correctrice *quaesiverat.* Wasse.

Sicuti regi liuberat. Passim in omnibus exemplaribus excusis sic legitur. Libri duo calamo exarati: *Sicuti regi placuerat.* quo verbo saepe Sallustius utitur; nam supra: *propter dissensionem placuerat dividi thesauros.* et infra: *atque hoc utinam a principio tibi placuisset.* et iterum: *Ita Iugurthae placuerat speranti mox effusos hostes invadi posse.* Nos tamen nihil mutamus. C. Popma.

## CAP. XLIII.

Sed ubi ea Romae comperta sunt. Vulgati receptique codices ita habent. Priscianus *Haec ubi Romae comperta sunt* legit. Sed et ipse Sallustius in Catilinario: *Haec*, inquit, *ubi Romae comperta sunt, Senatus Catilinam et Mallium hostes iudicat.* Nos tamen nihil mutamus. C. Popma.

Maxume qui bello saepe praeclari fuerant. Brevius foret, *maxume bello saepe praeclari*, vocibus duabus deletis. Gruter.

Quod armatus dedecore potius quam manu salutem quaesiverit. Vide notam ad Catil. cap. 58. Rupert.

Ob ea consul etc. Videtur figmentum Commentatoris *ex delicto fratris*, aut certe *ob ea Consul.* Gruter. — Gruteriana pro *deinde*, *demum*, contra MSS. Wasse.

Consulebat. Iucundius fuisset *consulere.* Gruter.

Exercitui etc. Nazar. primo habuit vel *exercitu* aut certe *exercitus*. Gruter.

Ita uti. Ball. λ. Reg. L. 2. Venetae abest *ita*, sed minus eleganter. Wasse.

Uti par fuerat. Vide Albericum Gentilem lib. II. de Armis Romanis cap. 6. Grot. II. de Iur. Bell. ac Pac. XV. n. 3. Rupert.

Populi iniussu. Sic Livius lib. IX. *Coss. profecti ad Pontium in colloquium, cum de foedere victor agitaret, negarunt iniussu populi foedus fieri posse, nec sine fecialibus caeremoniaque alia sollemni. Itaque non, ut vulgo credunt, Claudiusque etiam scribit, foedere pax Caudina, sed sponsione Facta est* etc. Et paulo inferius: *Spurius Posthumius, qui sponsionem fecerat, in Senatu, sententiam a Cos. rogatus, ita disserit: Quae sententia testis erit, mihi an legionibus vestris pepercerim: cum me seu turpi seu necessaria sponsione obstrinxi: qua tamen, quando iniussu populi facta est, non tenetur populus Romanus; neque quicquam ex ea, praeterquam corpora nostra debentur Samnitibus. Dedamur per feciales nudi, vinctique exsolvamus religione Populum, si qua obligavimus* etc. Et paulo inferius: *Neque ego inficias * eo, Patres Conscripti, tam sponsiones, quam* 157 *foedera sancta esse apud eos homines, apud quos iuxta divinas religiones fides humana colitur: sed iniussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat.* Ciaccon. et Ursin. — Adde Cic. pro Caecin. et ad Quir. post Red. Wasse.

Postquam eo venit. In nonnullis est, *Postquam eo ventum est.* quomodo et alias. Rivius. — Sic L. 2. 3. Venet. Ball. Wasse.

Animo ardebat. *Ardere ira, dolore, desiderio*, dixit Cicero, et *ardet animus*, ut Sall. in Orat. de Repub. ord. *ardet omnibus animus.* Caesar VII. *Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas civitates adiungeret.* Ciaccon. et Ursin. — In quibusdam, *animus ardebat*, videlicet Albini consulis. Sed prior lectio melior, pro, studio et cupiditate flagrabat. sic enim et Manuscripta. Rivius et C. Popma.

Quos praeter fugam soluto imperio, licentia atque lascivia corruperat, et copia rerum. In Manuscriptis ceterisque vetustioribus, *ex copia rerum, statuit sibi nihil agendum*, pro, *ut res sese dabant*, sive, *pro statu et conditione rerum.* Sic postea Sallustius: *Tum Marius* ex copia rerum *consilia trahit.* id est, *ex tempore*, vel *pro re nata.* — Tacitus *ex re consulere* dixit. Rivius. — Sic infra: *Marius* ex copia rerum *consilium trahit.* contra: *Tamen ex inopia quod optimum videbatur, consilium capit.* Ciaccon. — Carrio invexit primum *agendum*, invitis MSS. Gruter. — At sic L. 2. Arond. Ball. γ. *agitandum* pro Var. Lect. λ. pro V. L. *agendum*. Pemb. *agendum* ex manu correctrice. *agitandum* R. P. a pr. m. at vere Gruterus. ita locum aemulatus Sulpicius Hist. Sacr. II. 94. *Ita tum Ithacus* statuit, *licet rebus dubiis, novi Imp. adventum expectare*, interim sibi nihil agitandum. Wasse.

Statuit sibi nihil agendum. Ut cauti constantesque duces solent, qui, verbis Liv. lib. XXII., *nullo loco, nisi quantum necessitas cogit, committunt se fortunae, adeoque cum Augusto nihil minus imperfecto duci quam festinationem temeritatemque convenire arbitrantur.* Rupert.

## CAP. XLIV.

Interea Romae C. Mamilius Limetanus. Hic tam varia est in exemplaribus lectio, ut quae potissimum probanda, haud facile iudicare possis. In Veneto est, *C. Manilius Limitanus tr. pl.* nec secus in Argentoratensi, atque aliis plerisque. In Parisiensi, quod est a Badio excusum, castigatum ab Aleandro, *C. Mamillus Limentanus.* In Fabriciano, quam lectionem maxime omnium probandam puto, *C. Mallius Limetanus.* Quamquam in spatio quod versus dirimit, adscriptum ibidem est, *Mamillus.* Sed et postea ubi in aliis fere, *ex Manlii rogatione;* in Badiano, *ex Malliana.* Sed quid multis? Aut haec lectio vera est quam habet Manuscriptum, aut ea quae in pervulgatis est exemplaribus dialogi de Claris Oratoribus quem Brutum vocant, quo loco Cicero de C. Galba Sergii F. loquens huiusce trib. pl. meminit: *Nam rogatione,* inquit, *Ma-
158 nilia Iugurthinae coniurationis invidia cum pro se ipse dixisset, *. oppressus est.* Ibidem paullo post de L. Bestia loquens: *Nam invidiosa lege Manilia quaestio C. Galbam sacerdotem et* IV *consulares* L. Bestiam, C. Catonem, Sp. Albinum, *civemque praestantissimum* L. Opimium. et quae sequuntur. Nisi quis *Mamilia* ibi, non *Manilia*, legendum esse contendat, ita uti de doctis quidam censent. tametsi Erasmus quidem in postrema editione Chiliadum, *rogatione Manilia* legit, hunc Ciceronis e Bruto locum citans. Similis fere error est in *Octavio* illo *Tusculano*, apud Tit. Liv. I. ab U. C. quem *Mamilium* alii vocant, alii *Manilium.* quod posterius in Anthropologia comprobat Volaterranus, quicum eruditi quidam faciunt. Sex. Pompeius F. *Mamiliorum familiam* diversam facit ab ea quam *Manliam* alii vocant. *Mamilia*, inquit, *turris, intra Subura regionem, a Mamilio nomen accepit. Mamiliorum familia a Mamilia filia Telegoni, quam Tusculi procreavit, est appellata, quando id oppidum ipse condidisset.* Mox: *Manliae gentis patriciae decreto, nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum affectasset, damnatus necatusque est.* Haec totidem ferme verbis repetit Sipontius. Quod nisi mendum est in exemplaribus Sex. Pompeii, ut esse suspicor, errat et Volaterranus ipse, et quicumque alii *Manilium* vocant principem illum Latini nominis *Octavium Tusculanum.* Sed mihi legendum apud Festum videtur, *Maniliorum familia, a Manilia* etc. Livii exemplaria variant. nam est in aliis *Manilius*, in aliis *Mamilius.* Sed et auctor libelli de Magistratibus R. *Mamilium* vocat, cum *Manilium* alias legi sit in margine adnotatum. Contra, qui de Viris Illustribus scripsit, eundem *Manilium* appellat, quemadmodum et Florus lib. I. et e recentioribus Alexander Neapolitanus. Quin et apud Ciceronem II. de Natura Deorum, quo loco sic Hervagius: *Cum A. Postumius dictator cum Octavio Mamilio Tusculano praelio dimicaret* etc. ibi Aldus *Manilio* excudit; tametsi idem Aldus in Epistolis ad Atticum *Manlium* dicit. *Male,* inquit, *Tarquinius, qui Porsenam, qui Octavium Manlium contra patriam.* quomodo et aliud quoddam Venetiis impressum, et aliud Basileae ab Hervagio excusum. Cura mehercule non deesset, ut Livii nostri verbis

utar, si qua ad verum via inquirentem ferret. Nunc mirari magis, adeo discrepare inter se codices, quam quid veri sit, discernere queas. Quod si Graeci nobis exemplaris copia D. Halicarnass. foret, perfacile huic rei inveniri remedium posset. Sed de hoc satis. M. Manlius qui Capitolium defendit, a Plutarcho *Μάλλιος* dicitur. Is vero unde lex *Manilia* nomen habet, *Μανίλιος* ab eodem in Ciceronis vita; sed in Pompeii, *Μάλλιος*, mendose, ut opinor, et incuria librariorum: quando, ut dixi, diversa Romae fuit prosapia *Manliorum* et *Maniliorum*. Hoc ceu auctarium addere libuit. Pro *interea* est in Manuscriptis *interim*, nec aliter in impressis vetustioribus. Rivius. — An ita dictus, quia auctor Plebisciti illius de limitibus agrorum, cuius capita aliquot citantur in libro variorum scriptorum de limitibus? Huius Mamilii mentio fit in veteri numismate, quod apud Andream Lauredanum se vidisse testatur Manutius: C. MAMIL. LIMETAN. Sed ante prave in Sallustio scriptum fuerat *C. Manilius*. Similis mendi affinis est etiamnum ille locus Catonis, quem ex lib. I. Originum Priscianus citat lib. VI. *Nam de omni Tusculana civitate soli L. Manilii beneficium gratum fuit.* Nam profecto legendum *L. Mamilii*. Mamilii Tusculani fuerunt, teste Festo. Livius quoque lib. I. hunc diserte vocat *L. Mamilium*, primumque ex hac familia civem Romanum factum C. Nautio, L. Minutio Coss. Coler. — Alii *Limentanus*, quod mendosum est. Sincerum autem *Limitanus* aut *Limetanus*; cum *i* et *e* vicissim veteres usurpaverint. Est autem hic *C. Mamilius* is, qui legem *Mamiliam* celebrem tulit de limitibus, cuius mentio est in libro de limitibus, et apud Aggenum Urbicum de agror. condit. et apud Ciceronem de Legibus et in Bruto. Nummum praeterea argenteum ipsi vidimus apud clarissimum virum Andream Lauretanum patricium Venetum, in quo est: C. MAMILII LIMETAN. A. Manut. — Ita nos iampridem emendavimus ex auctoritate veterum codicum, itemque numismatum, in quibus est C. MAMIL. LIMETAN. Ursinus. — Et sic Ursini Codd. Wasse. — Sic Naz. et Comm. nam caeteri *Limitanus*. Gruter. — Sic Ball. Bodl. Mart. Gruter. L. 2. *Limentinus*. Wasse.

Quorum consilio Iugurtha Senatus decreta neglexisset. Manuscripta duo, *Senati decreta*. quia est genitivus antiquus, atque ob id Sallustio antiquario magis conveniens. sic Plaut. *Senati columen* dixit. 159
Rivius. — *Senatus consulta* Pemb. in marg. secunda manu *decreta*. Wasse.

Neglexisset. L. 3. *negl. et qui elephantos et perfugas tradidissent, quique in l.* haec verba habentur supra cap. 37. retinent tamen caeteri Codd. Arond. *elephantos vendidisset quique*. Infra: *non poterant*. Marck. λ. *nequibant*. Wasse.

Alia talia. Sic libri omnes. Noster etiam infra cap. 68. *Postquam haec atque* alia talia *dixit*. ibi Reg. L. 3. *talia alia*, male. iterum cap. 90. *Sudorem, pulverem, et* alia talia, *relinquant nobis*. Non absimiliter D. Marcus VII. 8. καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα. Aristot. N. Hist. V. 30. τὰ δὲ πλατέα καὶ κερκοφόρα etc. καὶ τὰ τοιαῦτα. Wasse.

Occulte per amicos. Hoc est *abuti amicitia*. Quomodo vere vir

bonus, ad stabiliendas res suas, amicos sibi deligere debeat, docet Plut. in Praeceptis de Rep. gerenda. Rupert.

Homines Latini nominis. In MSS. ceterisque vetustioribus, per *homines nominis Latini.* nam hoc ordine verborum et alias quoque utitur. nec aliter in vetustis Inscriptionibus, ubi fere primis tantum litteris haec verba notantur, in hunc modum, N. L. quibus litteris significatur, *nominis Latini.* unde coniicere licet, hac serie fere collocanda esse haec verba, et hunc fuisse usum publicum et observationem communem; idque maxime, si obscenius alioqui concurrant litterae, nisi ordinem verborum immutes. T. Livius, *Quina millia socium Latini nominis*, inquit; quomodo et alias idem saepe. Sed cum tale obstat nihil, ordine prisco verborum fere utitur; velut X. Dec. 4. *Fabius sociis atque* nomini Latino *remittere delectum.* et II. Dec. eiusdem: *Circa* nomen Latinum a *praetore missae litterae.* Sic alibi, *Ut socii nominis Latini*, inquit. item: *Ut cum sociis ac nomine Latino* etc. Rivius.

Sed plebs. Manuscriptum aliaque, *plebes;* id nimirum rectius est. Rivius.

Quam intenta. Commelin. *quantum*, ut et inferioris saeculi codd. MSS. Nazarianus tamen praefert alterum. Gruter. — Carrionis ed. *quantum.* sic Venetae. Ascensian. Basil. 1563. Marckii γ. Arund. Reg. Oxonienses. L. 3. Pemb. in marg. a manu sec. sed B. Pub. λ. L. 1. 2. et Gruteriana *quam.* Commel. *quantum*, ut inferioris saeculi Codd. Nazarianus tamen praefert alterum, Grutero teste. Agellius IX. 13. *quod genus, et quam formidandae vastitatis, et* quantum insolens *provocatur, et cuimodi fuerit pugna decertatum.* hoc est, *quam multum.* quae significatio ab hoc loco non abhorret. simili significatu *quantus.* Virg. Aen. IX. 667.

> Quantus *ab occasu veniens pluvialibus haedis*
> *Verberat imber humum: quam multa grandine nimbi*
> *In vada praecipitant* etc.

A. Victor. Ep. cap. 30. *Ne si plures reperirentur*, quantis *odio esset, intelligeretur.* Wasse.

Iusserit, decr. vol. Nihil heic supervacuum; exprimunt enim, et quidem verbis solemnibus, mentem populi. Gruter. — De hac formula vide Brissonium. Arnob. I. pag. 28. *Illud solum audire desidero, an sine ullius adiunctione materiae*, id est, *medicaminis alicuius, ad tactum morbos* iusserit *ab hominibus avolare*, imperaverit, fecerit. II. pag. 75. ordinaverit, iusserit, *et sua fluere constitutione* praeceperit. Wasse.

160 * Quam cura Reipublicae. Nam sapientibus tantum ea cura, ut loquitur Tacit. I. Hist. 88., et optimis, ut idem II. Hist. 7. Rupert.

M. Scaurus, quem legatum Bestiae fuisse supra memoravimus. Suffecisset, *M. Scaurus Legatus Bestiae;* reiectis ceteris omnibus. Gruter.

Memoravimus. Mira inconstantia! B. Pub. *diximus.* Reg. L. 2. Bodl. λ. Venetae Mart. *docuimus.* nescio an abesse utrumque debeat. Wasse.

Tres quaesitores. MSS. nonnulli *tris.* Gruter.

Expecerat, ut ipse in eo numero crearetur. Simile est, quod Tacitus refert lib. XII. Annal. cap. 54. de reis duobus Cumano et Felice: *Quadrata Felicem inter iudices ostentavit, receptum in tribunal, quo studia accusantium deterrerentur: damnatusque flagitiorum, quae duo deliquerant, Cumanus, et quies Provinciae reddita.* Sed et de Burrho idem XIII. Annal. cap. 23. *Burrhus quamvis reus inter iudices sententiam dixit.* Rupert.

Sed quaestione exercitata. Manuscripta duo, *exercita.* idque haud scio an melius. nam et iudicium et quaestio exerceri dicitur. Cicero: *Qui cum praetor* quaestionem *inter sicarios exercuisset.* Liv. *Quam acriter* quaestiones *exercuisset.* Neque tamen priorem lectionem repudio: nam peculiare est Sallustio nostro frequentativis uti pro primitivis, quomodo alicubi *agitare praedas*, pro *agere* dixit, et *ductare exercitum*, pro ducere. Rivius. — *Exercitata* Venetae Mart. Ball. Bodl. λ. B. Pub. L. 2. 3. Pemb. *exercita* a pr. manu Marckii γ. vid. Iug. 74. Hegesip. I. 41. *Statuitur Tyro cum filio*, exercetur *deinde simul* quaestio. Codices scripti recte, *de indice.* Wasse.

Plebem — insolentia ceperat. Pertinet ad Catil. XI. 6. Ita vero raro succedunt meliora. De Flavianis scribit idem Tacitus IV. Hist. 1. *Post eorum victoriam fuisse ubique caedes, lamenta, conclamationes, adeo ut Othoniani et Vitelliani militiis invidiosa antea petulantia desideraretur.* Rupert.

## CAP. XLV.

Ceterum mos partium. Valde discrepant libri. editio princeps praefert, *et Senatorum factionum.* Naz. *mos partium popularium et factionum*, sine voce *Senati*; quae nec in Comm. nisi a calamo recenti: etiamque interpolata in Pal. sec. nam tert. *mos partium popularium, Senatus factionum*, sine copula, sext. *mos patrium et mos Senatus* etc. nisi fallor restituendum: *ceterum mos partium et factionum*, omissis ceteris. imo si quis adhuc amputarit *et factionum*, ei apud me praemium. Gruter. — De voce *partium* Cicero Philip. XIII. §. 39. Partes, *furiose dicuntur in curia. bellum contra patriam nefarium suscepisti* etc. *cuncta contra te Italia armata est, istas tu* partes *potius quam a Pop. Rom. defectionem vocas?* Pro *populus et Sen.* Pemb. a manu prima *plebs et Senatus Rom.* Wasse.

Et paucis ante annis. Tò *et* perperam est in Gymnico additum. Rivius.

Quae prima mortales ducunt. Sic infra: *et alia quae prima ducuntur.* et: *prima habere.* Ciaccon.

* Ante Carthaginem deletam. Hunc locum nemo felicius illustrabit Tacito II. Hist. cap. 38. ibi: *Nam rebus modicis aequalitas facile habebatur. Sed ubi subacto orbe et aemulis urbibus regibusve excisis, securas opes concupiscere vacuum fuit, prima inter patres plebemque certamina exarsere.* Rupert. 161

Metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. Alii *continebat*, sed eodem sensu. quamquam posterius mihi quidem magis

arridet. nam et Florus eadem de re loquens eo ipso verbo libro IV. usus est: *Dum Poenorum*, inquit, *hostium imminens metus disciplinam veterem continebat.* Sunt apud Velleium Paterculum, quae huc faciant; ea subiicere visum: *Potentiae*, inquit, *Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuriae posterior aperuit. Quippe remoto Carthaginis metu, sublataque imperii aemula, non gradu sed praecipiti cursu a virtute descitum, ad vitia transcursum, vetus disciplina deserta, nova inducta, in somnum a vigiliis, ab armis ad voluptates, a negotiis in otium conversa civitas.* Sallust. in I. Historiae: *At discordia, et avaritia, atque ambitio*, inquit, *et cetera secundis rebus oriri sueta mala, post Carthaginis excidium maxime aucta sunt. Nam iniuriae validiorum, et ob eas discessio plebis a patribus, aliaeque dissensiones domi fuere iam inde a principio: neque amplius quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio et bellum grave cum Etruria positum est, aequo et modesto iure agitatum.* Haec ex Augustino II. de Civitate Dei. Rivius. — Vide Velleium lib. II. et Augustin. de Civ. Dei. II. Wasse. — Vide Piccart. Dec. 6. cap. 2. Gruter. Discurs. in Tacit. cap. 39. et adde, quae notavimus ad Catil. cap. 10. quod huic prorsus simile est. Ne te prorsus inanem hic dimittam, scire debes, primis temporibus saepe discussas seditiones tribunitias adventu hostium externorum, velut v. g. A. U. CCLXX. L. Aemilio et C. Fabio Coss. Eo enim anno, ut extat apud Liv. lib. II., seditio domestica bellum externum excivit: bello deinde civiles discordiae intermissae: uno animo patres ac plebs rebellantes Volscos et Aequos, duce Aemilio, prospera pugna vicere. Et alibi saepissime apud eundem Liv. in Dec. I. lib. ut et apud Dionys. Halicarnass. Quo respiciens L. Quinctius Cincinnatus in concione ad Quirites lib. III. saepius laudati Livii: *Iam primum omnium* (inquit) *Quirites in Volscos et Aequos mihi atque collegae ducere in animo est. Nescio quo fato magis bellantes quam pacati, propitios habemus Deos.* Rupert.

Sed ubi illa formido mentibus decessit. Manuscripta, *discessit*. Tu vide utrum rectius. *Discedere spem alicui* est apud Caesarem; ut et *formidinem discedere* non absurde forsan dicere possis. Rivius. — *Illa formido* Arond. R. L. 2. Pemb. γ. λ. B. Pub. sic Gruterus, quem sequor. Wasse. — Produxi cum Carrione scripturam MSS. codicum *discessit*, improbato illo *decessit*. Gruter. — *Discessit* B. Pub. γ. λ. Pemb. a manu prima, Venetae, Mart. Liv. IV. 52. *At ubi hae sollicitudines discessere, omnia quibus turbari solita erat civitas, domi discordia, foris bellum exortum.* Confer Plutarchum in Catone M. 352. Wasse.

Scilicet ea quae. Mendum adest; nam pro *scilicet* reponendum *ilicet*: Carthagine, inquit, deleta, ilicet lascivia incessit. Ita Comici eam vocem frequentant. Palm. — Non habet multum quod heic agat *scil. ea.* Gruter. — *Ilicet* alii, sed ex mera Palmerii coniectura malo exemplo in textum irrepsit. nescio an L. 1. 2. praeferant *ilicet*. caeteri omnes aperte *scilicet*, hoc est δήπου, *nempe*, *nimirum*. ut saepe apud Sallustium. Cat. XVI. et in principio, Cat. LX. Iug. IV. *animum ad virtutem accendi*; scilicet *non ceram illam*, *neque figuram tantam vim in sese habere*, *sed memoria rerum gestarum* etc. XXXV. *si dedititius est*; *pro-*

*fecto iussis vestris obediens erit; sin ea contemnit*, scilicet *aestimabitis, qualis illa pax*. Valde tamen arridet illud Palmerii, et firmat nonnihil Paterculus de * eadem re verba faciens lib. II. *remoto Carthaginis metu*, 162
*sublataque imperii aemula*, non gradu, *sed* praecipiti cursu, *a virtute descitum, ad vitia transcursum*. Florus huc respexit III. 12. *Dum sincera adhuc et innoxia pastoritiae illius sectae integritas, dumque Poenorum hostium imminens metus, disciplinam veterem continebat*. Supra pro *mortales ducunt*, quidam e nostris pessime *dicunt*. at contra potiores Codd. et Donat. in Eunuch. I. 1. Sulp. Severus Dial. I. 5. habet, *putant*. sic quoque Noster Catilin. XXXVII. Cicero Tusc. IV. 31. *sint sane ista bona quae putantur, honores* etc. Noster philosophum agit; eorum enim haec et huiusmodi. WASSE.

INCESSERE. Arond. *invasere*. sed ex Interprete. Liv. I. 17. Incessit timor *patres, ne* etc. IV. 57. *patribus* gravior cura. Tacitus I. 5. incesserat *rumor*. I. 16. *seditio*. I. 55. *spes*. II. 51. *certamen*. An. III. 71. *religio*. et *valetudo* ibid. Hegesipp. II. 15. *formido*. MS. inepte *successerat*. et I. 18. *fames*. incessere enim est, *aggredi, invadere*, εἰςβάλλειν. WASSE.

OTIUM POSTQUAM ADEPTI FUERE, ACERBIUS ASPERIUSQUE TULERE. Reiecta vulgata lectione, hanc scripturam amplector, ut sinceram et cum iis, quae sequuntur, congruentem et consentaneam. C. POPMA. — *Adept. sunt*. Ita sine ullo dissensu Pall. ut mirer quid Popmae venerit in mentem isthaec foede interpolanti, etiam contra consensum editionum exoletarum. GRUTER.

NAMQUE COEPERE. Sic est in Manuscriptis, quae ipse viderim, contra quam Gymnicus habet; utra lectio verior, aliorum esto iudicium. RIVIUS. — Libri scripti praeferunt: *coepere nobilitas dignitatem in superbiam, populus libertatem*. alii codices: *nobilitas dignitatem in dominationem*. [sic Mart. Venetae, Ball. Bodl. W.] Multus est Sallustius in commemoranda superbia nobilitatis. Paullo post *nobilitas factione pollebat* legendum, inducto *magis*, quod abest a scriptis. PUTSCH. — *Namque coepere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubidinem vertere*. Sic MSS. aetate provectiores. et recte. nam libidine laboratum aeque in plebe iuxta ac nobilitate. Libri plane recentes, duo Pall. sept. ac dec. ignoratione vocis *lubidinem*, invexerunt amplius, *nobilitas dignitatem in dominationem, populus* etc. vel etiam, *nobilitas dignitatem in superbiam*. stulte. tollenda enim utraque vox: fortassis quoque praeterea *coepere*. GRUTER.

RESPUBLICA QUAE MEDIA FUERAT. Ita libri. Plutarchus in Bruto pag. 997. Τὰ μὲν γὰρ ἔτι τούτων πρεσβύτερα Κίνναι καὶ Μάριοι, καὶ Κάρβωνες, ἌΘΛΟΝ ἘΝ ΜΈΣΩι καὶ λείαν προθέμενοι τὴν πατρίδα μόνον, οὐχὶ ῥητῶς ὑπὲρ τυραννίδος ἐπολέμησαν. Et sic fere Aristoteli in Rhetoricis: μεταξὺ φίλος ἢ ἐχθρὸς ἢ ΜΕΤΑΞΥ. hac utique sententia. Dum unusquisque privati compendii satagit, bonum publicum negligitur. Respublica, quae neque harum aut istarum partium est, dilaceratur. Vide Gronov. ad Livium IV. 43. Orosius VI. 5. *Cum quaeque civitas tantis concursibus media, inevitabiliter periclitabatur*. Hegesippus V. 8.

*Quibus certantibus inter se*, praeda erat in medio populus *eorum qui vicerant; et praemium certaminis huc atque illuc eventu vario transferebatur.* Sed Noster Thucydidem sequitur III. 82. *Οἱ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι προστάντες, μετ᾽ ὀνόματος ἑκάτεροι εὐπρεποῦς, πλήθους τε ἰσονομίας πολιτικῆς, καὶ ἀριστοκρατίας σώφρονος προτιμήσει, τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ θεραπεύοντες ἆθλα ἐποιοῦντο. παντὶ δὲ τρόπῳ ἀγωνιζόμενοι ἀλλήλων περιγίγνεσθαι, ἐτόλμησάν τε τὰ δεινότατα ἐπεξῇεσάν τε, τὰς τιμωρίας ἔτι μείζους οὐ μέχρι τοῦ δικαίου καὶ τῇ πόλει ξυμφόρου προτιθέντες, ἐς δὲ τὸ ἑκατέροις που ἀεὶ ἡδονὴν ἔχον ὁρίζοντες, καὶ ἢ μετὰ ψήφου ἀδίκου καταγνώσεως, ἢ χειρὶ κτώμενοι τὸ κρατεῖν, ἕτοιμοι ἦσαν τὴν αὐτίκα φιλονεικίαν*
163 *ἐμπιπλάναι· ὥστε εὐσεβείᾳ μὲν οὐδέτεροι ἐνόμιζον, εὐπρεπείᾳ * δὲ λόγου, οἷς ξυμβαίη ἐπιφθόνως τι διαπράξασθαι, ἄμεινον ἤκουον. τὰ δὲ ΜΕΣΑ τῶν ΠΟΛΙΤΩΝ ὑπ᾽ ἀμφοτέρων ἢ ὅτι οὐ ξυνηγωνίζοντο, ἢ φθόνῳ τοῦ περιεῖναι, διεφθείροντο.* Livius II. 57. *Dum Tribuni Consulesque ad se quisque omnia trahant, nihil relictum esse virium* in medio; *distractam* laceratamque Remp. *magis quorum in manu sit*, quam ut incolumis sit, *quaeri.* Idem etiam Atheniensibus vitio vertit Orator Olynth. II. 9. *Περίεστι τοίνυν ἡμῖν ἀλλήλοις ἐρίζειν καὶ διεστάναι, τὰ κοινὰ δ᾽ ἔχειν φαύλως.* Redonanda vox haec Quintiliano Declam. I. 10. *Miserrimus est maritus, quisquis inducit filio novercam, quod uxori non videtur posse utrumque amare.* multo melius Codex Ioannensis, *quod*, medius *uxori filioque non videtur* etc. Aliam τοῦ medii notionem suppeditabunt Ammianus XXIV. 3. Eutrop. VIII. 5. Sidon. II. Ep. VI. Vopiscus Caro IV. Lucan. I. 88. II. 31. Pro *populus* Pemb. a manu prima *plebs*. Wasse.

Nobilitas factione magis pollebat. Ita MSS. omnes praeter unum, cui deest *magis*, pessime. Gruter.

In multitudine dispersa. Contra infra: *In patribus summa auctoritas erat, vis multo maxuma in plebe.* Ciaccon. — *Atque dispersa, in multitudinem minus poterat.* Reduxi posituram verborum ac distinctionem quae in MSS. editisque vett. quibus tamen *in multitudine*, ut forsan binae illae dictiones sint ab librariis; certe praepositio, quae alioqui non est in Pal. nono. Gruter. — Diversa huius loci lectio in Cod. Rittersh. sed manifesto falsa. Coler. — *In multitudine* γ. Pemb. λ. B. Pub. Reg. L. 3. Wasse.

Paucorum arbitrio. Vide not. ad Catil. cap. 20. Rupert.

Respublica agitabatur. *Respublica* non est in ullo Manuscripto, nec in codice Beroaldino. Rivius. — Ball. Marck. γ. in spatio interlin. Venetae, Mart. retinent. omittunt B. Pub. λ. Pemb. Grut. et Carrio. ideo induxi. L. 2. *Pop. Rom. agitabatur.* Wasse.

Interea parentes aut parvi liberi militum. In hoc quidem maxime lacerabatur Resp. Vide not. Freinshem. in Curt. lib. X. cap. 4. §. 8. nostram ad Iustini lib. XII. cap. 4. §. 10. Rupert.

Uti quisque potentiori confinis erat. Noxam gravem esse potentem vicinum, inferiori saeculo Valentinianus intellexit, quam de Francis, victoriarum cursu omnes antiquos limites transgressis, diceret: *Τὸν Φράγκον φίλον ἔχοις, γείτονα οὐκ ἔχοις. Francum amicum habeas*, vici-

*nem ea habens.* Rupert. — Quamvis in quibusdam sit *affinis*, tamen prius illud magis arridet, et ad sensum magis facit, pro *conterminus*, ut Plinius loquitur. Rivius. — Sic etiam 1188. nostri sinceriores, non *adfinis*, quod tantum visitur in inferioris aetatis membranis. Gruter. — Idem MS. Rittersh. *adfinis*. Rectissime, sed latuit huius verbi vis Rivium, ideoque id Sallustio minus restituit. Ego id facere nihil pensi habeo. Festus: *Adfines in agris vicini, sive consanguinitate coniuncti.* Glossarium: *Adfinis*, ἀγχιτέρμων. Praeterea *adfinia* pro *confinia* Paullus IC. Leg. XII. Fin. Reg. Coler. — Ball. *adfinis.* sic etiam Venetae, L. 2. 3. et primitus B. Pub. Marckiani vero, Pemb. Carrio et caeteri, *confinis.* recte. sic Gruteri potiores. Varro de R. R. I. 16: *si quid ita est in* confinibus *fundis ut nostris agris prosit.* Arend. omittit *ita*, et *egregios.* Liv. IV. 49. *excursiones inde in* confinem *agrum Lavicanum factae erant.* et XLV. 29. Sic etiam Valer. Flaccus Arg. II. Senec. de Ira. Glossae: συνόμορος, σύγχωρος, ἀστυγείτων. inde *lineae confinales* apud Latinum U. P. Togatum pag. 310. et apud Gellium pag. 7. *confinitima.* Caesar B. G. VI. 3. quinam sunt *confines agri*, docet L. 4. §. *non solum.* ff. Fin. Reg. vide etiam * Paulum L. *qui duo.* 29. ff. de 164
Servit. Rust. non sunt autem *confinales* quos dirimit via publica aut flumen. L. 4. ff. §. fin. reg. §. *hoc iudicium.* Vid. Plin. Nat. Hist. VI. 5. Ammianus XIV. 2. *Loca petivere mari* confinia. Ovid. Pont. II. 5. *studio* confinia *carmina vestro.* Iornandes de Reb. Get. confinis *Germaniae terrae*, pag. 84. Augustin. de Civ. Dei II. 17. *Quae filias suas ad matrimonium corregionalibus et* confinalibus *suis negasset petitas.* III. 13. *Quantis ac quam multis utrinque vulneribus ac funeribus tam propinquorum quam* confinium *istae victoriae constiterunt.* Cyprianus ad Donat. pag. 8. *Sed et quos divites opinaris, continuantes saltibus saltus; et de* confinio *pauperibus exclusis.* i. e. *a vicinitate.* Capella pag. 6. *Quicquid vero terrae* confine *ac propinquum.* et pag. 278. *Huic circulo* confinis *solstitialis.* pag. 193. *At cum Arctoa conversio supra verticem volvatur Hesperiae apud Troglodytas Aegyptiumque* confinem *ignoto occultoque penitus sydere nescitur.* membranae C. C. C. vetustissimae, *Aegyptumque*; recte. firmat Plinius quem exscripsit Nat. Hist. II. 70. ibi etiam legendum: *occasivis regionibus.* sic enim tres Codd. MSS. confer denique Ruffinum in versione Iosephi II. 14. Wasse.

Semetipsam praecipitavit. Legendam *semetipsa*, ex vetustis quibusdam. Rivius. — Pemb. B. Pub. *ipsa.* Wasse.

Ubi. Parei ed. *uti.* nostri omnes, Grut. et Carrio *ubi.* Wasse.

Quasi permixtio terrae oriri coepit. Verba duo postrema non videntur legitima auctoris. Naz. habet, *quasi permixtione terra fore coepit.* emendatumque deinde, *terrae oriri.* ac refert Commel. *quasi permixtione terrae oriri coepit*, quomodo et a manu recenti Pal. sec. cui prius fuerat, *quasi permixtione terrere coepit.* sed nec satis intelligo hanc permixtionem terrae. Gruter. — Arend. *antep. ceperit m. civitas et d. c. oriri.* Venet. 1478. *noveri civitas*, nescio an pro *novare.* Liv. XXXV. 34. *omnia velle* novari. B. Publ. *dissentione civilis q. p.* verum ei a manu correctrice. abest etiam *coepit* L. 8. et Bad. Caeteri nihil

movent. Fr. Gronovius, aetatis suae Bentleius, ex ingenio, *permixtio rerum*. Badius ita explicat: *quasi terrae motu orto omnia permiscerentur*. Quasi nimirum omnia fierent ex voto illius apud Suetonium in Ner. XXXVIII. Dionem LVIII. et Senecam de Clement. II. 2. Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί. Equidem, voces *moveri*, *oriri*, modo genuinae sint, ad talem sensum et imaginem quasi manu ducunt. Verum in huiusmodi tremoribus enarrandis nusquam usi sunt auctores *permixtione terrae*. At de seditionum concitatoribus et Reip. turbamentis frequenter usurpant *mixta*, *permiscere*, *permistio*. Apposite ergo, acute et verum proxime Vir maximus, super hoc loco sententiam rogatus, ex vestigiis Nazarii, *quasi permixtione tetra foro coepit*; nec tamen in ea divinatione sibi placuit. Tentaram aliquando *p. coeli atque terrae oriri*; Livium secutus, qui IV. 3. *Quid tandem est, cur* coelum *ac* terras misceant. postea vero: *quasi permixtione terrae coepit*. terram pro *terra Italia* vel *orbe Romano* accipiebam, ut sententia foret: *agitari civitas, et dissensio civilis tamquam prorsus confusa, et ab imis sedibus convulsa Reip. mole, oriri*. Hoc sensu *miscere* et *movere* coniunctim apud Livium XXXV. 12. *Ubi nihil usquam* moveri *viderunt*, *agitandum aliquid* miscendumque *rati*. et miscere *seditiones* XXXV. 13. quomodo apud Graecos κυκάω. Eupolis de Pericle: Ἤστραπτ᾽, ἐβρόντα, ΞΥΝΕΚΥΚΑ τὴν Ἑλλάδα. confer Iliad. λ. 129. Schol. Oppiani Hal. II. 231. Sed et *permixtio* cum per se ponitur, confusionem *seditionemque* denotat. Vegetius II. 23. *Illud vero maius quiddam, ordines servare discunt, et vexillum suum in tantis* permixtionibus, *in ipsa prolusione comitantur, nec inter doctos aliquis error existit, cum multitudinis sit tanta* confusio. ubi
165 *permixtio* et *confusio* idem valent. inde alterum quandoque * pro altero. Q. Septimius I. 21. *praeterea terrae marisque ingens* motus, *atque ad postremum* confusione *aëris ereptum lumen*. D. Augustin. Civ. XV. 22. *Facta est* permixtio, *et iniquitate participata, quaedam utriusque* confusio *civitatis*. Q. Septim. II. 41. *Rursus globus barbarorum ingruens, Alexandrum e medio rapit. Interim in ea* permixtione, *dum nostri trepidant*. A. Victor, qui Sallustium fere sequitur, Caes. XLI. *Cuius gratia* Reipublicae permistionem fore, *ostentorum mira prodidere*. Quintilianus Decl. *Cum* mixtis omnibus *et uno moderatore carentibus*. Thucyd. III. 82. Πᾶν τὸ Ἑλληνικὸν ἘΚΙΝΗΘΗ. Noster Fr. VI. 51. *Sed non inscius, neque imprudens sum, cum ea res agetur; quae saevitia, quaeque* tempestates hominum nobilium *futurae sint, cum indignabuntur* omnia funditus misceri, *antiquis civibus hanc servitutem imponi*. Vide Cic. Verrin. II. 51. Wasse.

## CAP. XLVI.

Deinde paucos post annos. Manuscriptum *dein*. Rivius.

Eadem ingredientem Caium. Post *Caium* distinguendum, atque deinde divisim inferendum: *Tribunum pl. alterum* (nempe *Tiberium*) *alterum Triumvirum* (nempe *Caium*) *coloniis deducendis*. M. enim Fulvius Flaccus non cum Tiberio, sed Caio occisus est, ut auctor est Florus in

altera Epitome lib. LXI. quod admonendum duximus, quoniam hic locus in plerisque codicibus corrupte legitur, et a Commentatoribus misere tractatur. Glar.

Tribunum alterum, alterum triumvirum. Ita MSS. nostri, sine eo *plebis*, quod editionibus aliis immixtum est, plane e supervacuo. Gruter.

Sed bono vinci satius est, quam malo more iniuriam vincere. Praeceptum doctrinae Christianae maxime consonans. Cedendum enim esse nobis de iure nostro potius, quam temere, aut aliquo vindicandae iniuriae studio, extremum iuris rigorem experiamur, nedum violento modo adversarios vincamus, etiam Deo plenus Apostolus praecipit Epist. I. ad Corinth. cap. 6. vide Grot. de Iure B. ac P. lib. II. cap. 1, n. 5. pag. 93. et not. ad lib. I. cap. 2. pag. 40. Rittersh. III. Sacr. Lect. cap. 17. pag. 199. et 5. cap. 17. et lib. VII. cap. 4. qui locus omnino huc facit. Nec aliud sonat vox Maximi Tyrii diss. II. *Praeterea si simpliciter iniuriam inferre improbum est, etiam referre iniuriam est improbum. Etenim, si improbior est, qui infert iniuriam, quod incipit: improbitate ei certe aequatur, qui hoc ipsum reddit. Et si is, qui iniuriam facit, male facit: qui malum malo compensat, non minus male facit: quamvis malum ulciscitur.* et quae sequuntur. Non etiam hinc abludit illud Senecae in Thebaide:

*Quoties necesse est fallere aut falli a suis,*
*Patiare potius ipse, quam facias nefas.*

Denique huc pertinet, quod Seneca Ep. LXXXVI. Scipionem Africanum Maiorem fecisse scribit, *maluisse privatim iniuriam accipere, quam ut ipsius causa iura atque instituta civitatis pessum irent. Aut Scipio Romae deesse debebat* (inquit) *aut Romae libertas. Nihil*, inquit, *vero derogare institutis: aequum * inter omnes cives ius sit: utere sine me benefi-* 166
*cio meo, patria: causa tibi libertatis fui, ero et argumentum. Exeo, si plus, quam tibi expedit, crevi.* et mox: *Eo perducta res erat, ut aut libertas Scipioni, aut Scipio libertati faceret iniuriam. Neutrum fas erat. Itaque dedit locum legibus, et se Liternum recepit, tam suum exilium Reipublicae imputaturus, quam Hannibalis.* Eadem virtus L. Cornelii Merulae apud Diod. Sic. in Exc. Peir. pag. 404. Extat etiam in eandem sententiam egregius quidam locus apud Arrianum in Dissertationibus Epicteti. Rupert.

Satius est. L. 3. Venetae, *sanctius*. B. Publ. *satiatus*, nisi fallor, postea factum *satius* atramento recentiore. γ. *sanius* vel *satius*, erasa superne abbreviatura. caeteri cum textu. in aliquibus legitur *satius*, unde facilis in *sanctium* lapsus. Vincentius Belvac. omittit *more*; retinet vero *satius*. Seneca de Ira II. 32. *saepe autem* satius *fuit dissimulare, quam ulcisci.* et supra: *Non enim ut in beneficiis honestum est, merita meritis repensare,* ita iniurias iniuriis; *illic vinci turpe est, hic* vincere. Plato in Crit. *Οὐδαμῶς ἄρα δεῖ ἀδικεῖν, οὐ δὲ ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν. malo more vincere iniuriam* idem est, atque infra *quovis modo*, hoc est; *quo iure quave iniuria*, vel ut ille se explicat, *et victos acerbius ulcisci.* iniuriam *vincere* est, iniuriam *persequi*, vel ut alibi; *fieri* iniuria *validior*.

vel *solvere* eum, aut denique *manu vindicare*, quomodo loqui amat Noster. Sententia hausta a Philonide Comico: Ὑπὸ τοῦ ΔΙΚΑΙΟΥ δ' ἔστω ἩΤΤΑΣΘΑΙ καλόν. supra L. 3. Pemb. λ. B. Pab. *moder.* *anxius fuit.* sic etiam Reg. WASSE.

EX LUBIDINE SUA. Vox *sua* mihi suspecta est. CIACC. et URSIN.

MULTOS MORTALES. Legendum *mortaleis*. RIVIUS.

PLUSQUE IN RELIQUUM SIBI TIMORIS, QUAM POTENTIAE ADDIDIT. Vide Gruteri Discursus una cum Livio Francof. in Fol. editos pag. 142. RUPERT.

QUAE RES PLERUMQUE MAGNAS CIVITATES PESSUMDEDIT. Thucyd. lib. III. ubi de calamitatibus, quae bello Peloponnesiaco Graeciae civitates oppresserunt, verba facit: *Quum alii alios omni modo superare contenderent, atrocissima quaeque facinora sunt ausi, et inimicitias hostili more sunt persecuti, poenas non quantum aequitas et utilitas publica postulabat, sed longe graviores inimicis irrogantes, et pro sua utrique libidine, semper eas in qualibet re statuentes, et vel iniquis suffragiis inimicum quisque suum damnantes, vel manibus et vi potentiam sibi parantes, ad praesentis contentionis libidinem explendam erant parati.* RUPERT. — Manuscriptum *pessum dedit*, ut sint duae dictiones, non una composita. Corn. Tacit. III. *Quod multos etiam bonos pessum dedit.* Sic et *pessum ire* divisim dicitur: velut apud Plin. *Pessum iere vitae pretia.* et Plaut. *Pessum abeat.* Ne multis, *pessum dedit* sic divisim dicitur, ut in oratione Lepidi Sallustius *venum datum* dixit: *quasi Cimbricam praedam venum aut dono datam.* et Livius: *Ignaros omnium se venum a principibus datos.* pro, *venumdatos.* Apuleius V. *Nisi eam pessum de tantis opibus ejecero.* pro, *nisi exturbaro atque everteró tantis bonis.* RIVIUS.

ALTERI ALTEROS VINCERE. Ex Catone hoc sumtum apud Gellium: *alteri alteros occidere.* CIACC. et URSIN.

ET OMNIBUS CIVITATIS MORIBUS. Posset tolli illud *omnibus*, tanquam otiosum, aut praeter rem. GRUTER.

TEMPUS QUAM RES MATURIUS ME DESERET. In manuscriptis quibusdam non reperi *me.* ac citra detrimentum sensus omitti potest. RI-
167 VIUS. — Sic * plerique Codd. Grut. tamen retinet. WASSE.

## CAP. XLVII.

POST AULI FOEDUS EXERCITUSQUE NOSTRI FOEDAM FUGAM. In aliis *fugam foedam.* quomodo supra: *Nostri fuga foeda, plerique abiectis armis, proximum collem occupavere.* Est autem *foedum*, turpe et flagitiosum, dedecorisque et ignominiae plenum. Nec inepte hoc epitheton tribuitur formidolosae fugae. Cicero ad Atticum: *Mitto illam fugam ab urbe turpissimam.* Idem: *Quid foedius, quid perturbatius hoc ab urbe discessu, sive potius turpissima fuga?* Titus Livius IV. ab U. C. *Per aversam portam* fuga turpi *deseruntur.* Idem VI. belli Punici secundi: *Hinc omne Punicum nomen maris terrasque* foeda fuga *impleturum.* et II. ejusdem: *Cum multa caede ac* foeda fuga *retro ad naves compulsi sunt.* Idem I. belli Macedonici: *Vix tentato certamine, turpi fuga repetunt*

*castra.* et VII. *Deinde redire in pugnam iubebat, pavorem et turpem fugam increpans.* Rivius. — In MSS. tribus melioribus habetur omnino *Albini;* quod iterum moneo ob caussam. Gruter. — Sic loquitur Iornandes de Regn. Succ. pag. 15. ed. Lindenbrog. sed ex Floro. Wasse.

Inter se. Reg. *inter se p. p.* contra caeteri, Servius ad Aen. I. 195. et Cledonius pag. 1916. Wasse.

Partiverant. Valde verisimile est Sallustium scripsisse *paraverant,* ut existimat Victorius. Vide lib. I. Obs. I. 10. Gronov.

Metelloque Numidia evenerat. Sic et manuscriptum, quamvis in aliis *obvenerat:* sed eodem sensu. Rivius. — Sic etiam Pall. optimi, peiores enim *obvenerat.* Gruter. — Sic L. 3. et Ball. Wasse.

Acri viro. Paterculus lib. II. *Bellum deinde Iugurthinum gestum est, per Q. Metellum nulli secundum seculi sui.* Virgilius lib. VII. *acrem* pro forti posuit:

*Aut acrem dubites in proelia poscere Turnum.*

Supra de Memmio: *Vir acer et infestus potentiae nobilitatis.* Coler.

Quamquam adverso populi partibus. Lectio haec quidem in editis omnibus et a scriptura novissima in membranaceis; sed enim referunt antiquiores partim, *adverso populi partium*, partim, *adverso populis partium.* Gruter. — *Adversos populi partium* Pemb. Ar. Reg. *adverso populis partium.* pro Var. Lect. Pemb. *adversus populi partibus.* forte pro *aversus.* sed a manu recentiore. in textu primitus *adverso p. p.* postea factum *adversos. y. adverso populi partium*, et supra, *adverso s.* sic et λ. B. Pub. et Mart. Venetae vero, *adverso populi partibus.* Wasse.

Aequabili. L. 2. Ball. *aequali.* male. Tacit. IV. 20. *Neque tamen temperamenti egebat, cum* aequabili *auctoritate et gratia apud Tiberium viguerit.* hoc est non solum *apud omnes eadem*, ut ait Crispinus, sed, ut Senecae verbis utar, *semper indepravata fama, et tenoris sui, quae* non ex impetu, *nec* subito, *sed* aequaliter *valet.* Ep. LXXVI. ibi editi: *Inventus est, qui flammis imponeret manum: cuius risum non interrumperet tortor.* Codex MS. B. Pub. *interpolaret,* recte. idem valet ac *interponere, depravare*, vel *contaminare*, ut loquitur Terentius. vid. Cicer. Verrin. Plaut. Amphit. I. 1. 161. Plin. Nat. Hist. XXIX. 3. XXXVI. 26. et sic ipse Seneca N. Q. I. 17. licet ibi *interpellari* supposuerit Gronov. Curtius VI. 2. *Satietatem epularum ludis* interpolabat. Codex quidem Petrensis *interpellabat.* Sed ipse, qui magno Gronovio non sum audiens, eius auctoritati haud lubens paruerim. Ipse auctor seipsum et Senecam firmat: *Vincam tamen silentium et si nihil aliud, certe* gemitu interpolabo. ibi nihil Petrensis. Habes similia apud Hegesippum. Caeterum de voc. *aequabili* adi Ciceronem Caecin. §. 70. et pro Cluent. §. 46. Lactant. Instit. V. 14. Wasse.

Alia omnia sibi cum collega ratus. Rivius * hic inserit e vulgatis quibusdam voculam, et legit, *alia omnia sibi cum collega communia ratus.* Ceterum, quum neque reperiatur in ullo MS. nec in impressis vetustioribus, ut ipse fatetur; eam in textum vix admiserim. Imo nec sensus adeo exposcit; quem, excisa illa, planum video: Credebant et Q. 168

Metellus et M. Silanus eius collega, alia sibi omnia esse, hoc est, diversa, contraria: (qua notione et alicubi in Catilinario haec duo leguntur, teste Grutero in Florilegio locutionum Sallustianarum) Metello quidem, quoniam, ut sequitur cap. 44. *Exercitus Albini erat iners, imbellis* etc.; Silano, quoniam Galliam provinciam sortitus est, in qua bellum Cimbricum, teste Paediano in Cornelianam, diu prave simul et infeliciter gestum erat, praesertim a Cn. Papirio Carbone. RUPERT.

COMMUNIA RATUS. Τὸ *communia* non reperi in ullo manuscripto, nec impressis vetustioribus; at sensus tamen id exposcere videtur, ut opinor. RIVIUS. — Nec habet Fulvii lib. A. MANUT. — Agnoscit Reg. Aroud. L. 3. male. Ball. Bodl. Libri Palmerii respuunt. Formula discessionis in Senatu, de qua Plin. Ep. VIII. 14. *Qui haec sentitis, in hanc partem: qui* alia omnia, *in illam partem ite, qua sentitis.* Qui alia omnia; *animadvertis, ut non contenta lex dicere* alia, *addiderit* omnia. *His verbis* (inquit Festus) *praeit, ominis videlicet caussa, ne dicat*, Qui non censetis. Hirtius B. G. VIII. 53. *Sententiisque dictis, discessionem faciente Marcello, qui sibi omnem dignitatem ex Caesaris invidia quaerebat, Senatus frequens in* alia omnia *transiit.* vide Cic. ad Lentulum Ep. I. 2. Hoc sensu Isaeus orat. VII. pag. 515. *ΟΥΔΕΝ* γὰρ *ὉΜΟΙΟΝ* ἦν *ΜΟΙ* πρὸς τοῦτον. WASSE.

MILITES ELIGERE, SCRIBERE. Τὸ *eligere* non est in manuscripto. RIVIUS. — De paratu Metelli: *Igitur diffidens veteri exercitui, milites eligere, scribere praesidia, undique accersere arma, tela, equos, et cetera instrumenta militiae parare: adhoc commeatum affatim, denique omnia quae in bello vario et multarum rerum egenti usui esse solent.* Principio illud *eligere* exturbandum est. In optimis enim libris nullum eius vestigium: et si aures consulas, quadra orationis ipsa repudiat. Deinde sequendus est Thosanus: *denique omnia, quae in bello vario multarum rerum, usui esse solent. Bellum rerum varium*, ut *homo animi varius*. Ita *insignem* cum gignendi casu dixit Tertullianus: *Sardanapalum tacendum et alios libidinum insignes.* PALMER.

ARCESSERE. Sic potiores MSS. non *accessere*, ut est in vilioribus. GRUTER.

QUAE IN BELLO VARIO etc. Destituuntur aliquot MSS. vocula *in*; plures etiam copulae *et*. probo utrumque, ampliusque adhuc sustulerim *vario*, tanquam interpretis. GRUTER. — Vide notam ad Cat. cap. 32. Addo, quod Livius habet de L. Aemilio Paulo ad omnia Metello nostro simili, lib. IV. dec. 5. *Extemplo apparuit omnibus, non segniter id bellum L. Aemilium gesturum, praeterquam quod alius vir erat, etiam quod dies noctesque intentus, ea sola, quae ad id bellum pertinerent, agitabat. Iam primum omnium a senatu petit, ut legatos in Macedoniam mitterent ad exercitus visendos et comperta referenda, quid aut terrestribus aut navalibus copiis opus esset, praeterea ut explorarent copias regias, quantum possent, quaeque provincia nostra, quae hostium foret: utrum intra saltus castra Romani haberent, an iam omnes angustiae exsuperatae, et in aequa loca pervenissent: qui fideles nobis socii, qui dubii suspensaeque ex fortuna*

*fidei, qui certi hostes viderentur, quanti comparati commeatus, et unde terrestri itinere, unde navibus supportarentur* etc. Rupert.

Nomenque Latinum. Varro: *Qui rem Romanam Latiumque adsciscere vultis.* Coler.

Et reges ultro auxilia mittendo. Magis Sallustiane scriptum: *auxilia mittere.* Putschius. — * Maluissem *auxilia mittere*; item *studio* 169
*adniti.* primam certe mutationem stabilire est fide Pall. 3. 4. 6. 7. 10. Gruter. — L. 3. Bodl. Venetae, Mart. *mittere.* γ. λ. B. Publ. *mittendo.* Wasse.

Magna spe civium. Idem Livius de eodem Paulo: *Traditum est memoriae, maiore quam solita frequentia prosequentium consulem celebratum, ac prope certa spe ominatos esse homines, finem esse Macedonico bello, maturumque reditum cum egregio triumpho consulis fore.* Rupert.

Cum propter bonas artes. In antiquis, *arteis bonas.* sic inferius *certanteis*, ubi hodie *certantes.* sequitur autem adiectivum in MSS. et impressis vetustioribus. Rivius. — Themistius apud Stobaeum XLIV. *Ὅστις ΔΥΣΑΛΩΤΟΣ μὲν ὑπὸ χρυσίου.* De Pericle Plutarchus: *ἐφύλαξεν ἑαυτὸν ἈΝΑΛΩΤΟΝ ὑπὸ χρημάτων.* Apuleius Apolog. I. *Paupertas olim Philosophiae vernacula est: frugi, sobria, parvo potens, aemula laudis*, adversum divitias *possessa.* Hegesipp. I. 15. *quoniam* integer animus adversus corruptelam pecuniae *laqueis avaritiae non capiebatur.* ibi omnino legendum cum nostris *infidus* pro *invidus.* Wasse.

Tum maxime etc. Curtius dixisset *tum adversum divitias invictum animum*, omissis reliquis; nisi forsan adsumendum quoque *maxime.* Gruter.

Ante id tempus. Abest *tempus* B. Publ. Bodl. Reg. *minuerat.* Venetae, *imminebat. imminuerat* ex 2. m. Pemb. Wasse.

## CAP. XLVIII.

Exercitus ei traditur Spurii Albini proconsulis iners. Ita optimi codicum, Naz. ac. Com., non ut alii editique, *traditur a Spurio Albino proconsule.* quod si cui libitum resecare adhuc illud *proconsulis*, faciet aucteritate Pal. quarti. Gruter. — De voce *proconsule* vide quae annotata sunt a Fabricio in vita M. Ciceronis U. C. DCLI. et in notis ad Orat. pro Ligario. Wasse.

Iners, imbellis, neque periculi neque laboris patiens. Totum caput exhibet nobis conditionem corruptissimi militis. Vide, quae huc pertinentia contulere Gruterus ad illum locum Taciti e lib. de Moribus Germanorum: *Otiosa porro armatorum manus facile lascivit.* et ad illa verba e lib. IV. Hist. *Voluptatibus Romani plus adversus subiectos quam armis valent.* et ad ista e lib. II. Annal. *Simul iuvenem urbano luxu lascivientem, melius in castris haberi ratus* etc. Item Lips. lib. V. Civ. Doctr. cap. 8. Rupert.

Lingua quam manu promtior. Apud veteres dicebantur *Attici milites*, qui in conviviis et circulis, quum hostium mentio incidit, vix manibus temperantes; iidem, ubi ad rem ventum est, vix vultum eorum

sustinent, imo ubi in expeditionem educuntur, inertes, imbelles, neque periculi neque laboris patientes, in primo pulvere deficiunt. Adde notam ad Iustini lib. II. cap. 10. §. 23. et lib. XLI. cap. 3. §. 8. Rupert.

Aut bonae spei accederat. Poterat nullo sententiae damno eiici vox postrema. Gruter.

Statuit tamen Metellus. Idem dictum volo de nomine *Metellus*. Gruter.

170 Quamquam et aestivorum tempus. Bong. * codex *aestivum tempus*; neutrum placet. conieci aliquando in Suspicionibus, *quamquam et aestiva comitiorum* etc. Gruter.

Comitiorum mora. *Mora* nominandi casu dicum est, ut recte exposuit Badius. Soldus putavit auferendi casum esse, ideoque hunc locum mire exponit. Glarean.

Quam maiorum disciplina etc. Pall. pr. sec. sept. *labore*, ut suspicio sit vocem *laborare* tollendam inquinatamque ultimam, ac fuisse forsan *coercuisset* aut *correxisset*. Gruter.

Quantum temporis in imperio fuit, plerumque milites in stativis castris habebat. Manuscriptum, *stativis castris*, quomodo Cicero: *Iste novus imperator pulcerrimo Syracusarum loco stativa sibi castra faciebat*. Caesar III. de Bello civili: *Eodemque die uterque eorum ex castris stativis a flumine Apso exercitum educunt*. Ibidem: *Scipio in castris stativis biduo moratus*. Rivius. — V. C. addit praepositionem *in*, nam habet: *in imperio fuit*. Ursin. — Eieci praepositionem *in* iussu MSS. selectorum, sed nec comparet in olim cusis. Gruter. — L. 3. *imperium* omissa praep. et sic Venetae. Ball. *in imperium*. Wasse. — *In stativis* Carrio; primus induxit praepositionem Gruter. faventibus Reg. Ball. Bodl. γ. λ. B. Publ. Pemb. *stativis in*. Infra *ducebantur* Carrio; cum Grutero faciunt Reg. γ. λ. B. Publ. Mart. caeteri *ducebantur*. Pseudo-Cicero inter Tacticos pag. 506. *A tubicine omnes vigiliae admittuntur, finitis horis a cornicine revocantur*. imo legendum, *committuntur*. *committere* pro *incipere*. *At tuba commissos medio canit aggere ludos*, eodem loco pro *tesseram assunt*, lege, *ad clepsydram*. de tota re adi Lipsium. Wasse.

Nisi cum odos. Egregio duci futuro documentum hoc, ob odorem, et exinde morbos, crebro mutanda esse castra. Veget. lib. III. cap. 1. *Si autumnali aestivoque tempore diutius in iisdem locis militum multitudo consistat: ex contagione aquarum, et odore ipsius foeditatis vitiatis haustibus, et aëre corrupto, perniciosissimus nascitur morbus, qui prohiberi non potest aliter, nisi frequenti mutatione castrorum*. Rupert.

Sed neque more militari vigiliae deducebantur. Locus hic in omnibus editionibus mancus deminutusque fuit: eum nos ope et auxilio antiquissimi codicis restituimus. Neque haec priora verba adulterina, vel e glossemate alicuius inserta sunt, sed Sallustiano stylo et sententiae huius loci optime conveniunt. loquitur enim de castris; id quod verba paulo ante praecedentia ostendunt. C. Popma. — Haud aliter Naz. ac Com. quod ne casu factum putemus, videre est in Com. dar

statim deletum, scriptumque consequenter *deducebantur:* adeo ut appareat ita fuisse in librarii authentico. ceterum quod heic interserat Popma: *Sed neque muniebantur ea, neque more militari* etc. sciamus oportet, nihil tale inveniri in libris Palatinis, adeo ut putem codicem eius antiquissimum nihil habere praeter nomen; plane, si examinaverimus trigam illam verborum, reperiemus falsum esse: non modo, quod ubi castra, ibi etiam munitio; sed quod verosimile, galeatos istos lepores probe sibi cavisse vallo ac fossa a supervenientibus hostium. Gruter.

* Cum militibus. Ar. *commisti militibus. γ.* omittit *cum.* Venet. 1470. 171 *cum equitibus.* pro *advectitio* B. Pub. *advectionali.* Wasse.

Diu noctuque. Adducitur a Carisio alter locus ex I. Histor. *noctu diuque stationes et vigilias tentare.* et infra: *diu noctuque fatigare animum.* Ciaccon.

Pecoris et mancipiorum praedas certantes agitare. Manuscripta duo et ex impressis quaedam *agere;* quomodo Plautus, *Nae ille pulcram praedam agat,* inquit. Sed alterum forte magis Sallustianum; tametsi idem postea, *ex sociis nostris praedas agentes,* inquit. Libenter autem Sallustius verbo *agitare,* nec eodem modo semper utitur; ut, *Mente quid agitare,* in Catilina, pro *versare.* item: *vitam, imperium, remp. agitare.* sic *gaudium et laetitiam agitare.* et in Iugurtha: *Pacem agitare, noctem agitare, moras agitare, praecepta patris agitare, agitare praedas.* Rivius. — Confirmant hanc scripturam Pall. neque hi solum, sed et editiones remotiores, quarum in nulla *certatim* aliorum. Grut. — Imo L. 3. *certatum,* sed alterum mage genuinum. vid. notas ad *magnifici incedere.* Sic alibi: *frequentes incederent.* et cap. 65. *occultus veniat.* vide cap. 42. Wasse.

Panem in dies mercari. Laur. Valla libro Elegantiarum tertio, quo loco docet, *in diem* aliud esse quam *in dies,* hic ita legit, *panem in diem mercari:* quasi dicat, inquit, praesentis diei habere rationem, nihilque cogitare de crastino: cum quo facit Linacer. Exemplaria quotquot ipse viderim, *in dies* habent. neque aliter citat in Terentii Eunuchum Donatus. Rivius. — Sic [*in dies*] et MSS. nostri; respuitque aliorum *in diem* ipsamet euphonia. Gruter. — *Καθ' ὑφὴν* dictum accipio; an vero is panis, quem sanctus Matthaeus ἐπιούσιον vocat? Is ab Hesychio recte exponitur ὁ ἐπὶ τὴν ἡμῶν οὐσίαν καὶ τροφὴν ἐπαρκῶν. non ut Suidas, ὁ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν ἁρμόζων. Panem itaque Sallustius illum intelligat, qui sit supra quotidianum. Ita locutus est idem lib. I. Histor. *Quin lenones et vinarii laniique, quorum praeterea vulgus in dies usum habet precio compositi.* Ceterum eadem de Metello ex Sallustio narrat Val. Maximus lib. II. cap. 7. Frontinus lib. IV. cap. 1. Coler.

In eo exercitu cuncta fuere; et alia amplius. Cuperem exscindi illud *fuere,* quod heic parum habet quod agat, conspiciturque in Com. ante *cuncta;* praeterea cum vox *amplius* compareat in Pal. tert. quarto ante *alia,* habeatque decimus tantum *et amplius,* omisso *alia,* videndum an non status controversiae moveri posset illi *alia.* Gruter. — *Amplius* eleganter cum secundo, quarto, sexto casu coniungitur. Plautus Cistell. *Gaudeo tibi mea opera liberorum esse amplius.* Virg. noctem non

amplius unam *Falle dolo*. Cicero VII. Verrin. *Qui quum* amplius centum cives *haberet*. Livius: *Pugnatum* amplius duabus horis *est*. Hoc loco valet *praeterea*. uti apud Ciceronem Ep. ad Paetum: *Obtemperare cogito praeceptis tuis:* hoc amplius, *naviculorum habere aliquid in ora maritima*. Vid. pro Caecin. §. 27. Arnob. III. pag. 26. 102. Florus IV. 1. Suet. Iul. XXXVIII. Vitruv. II. 4. Apuleius Adlocut. pag. 86. Tertullian. Apol. cap. 46. Ita vertit auctor Thucydidis καὶ ἔτι περαιτέρω. Euripides Hecuba: Ἀπώλεσ', οὐκ ἀπώλεσ', ἀλλὰ μειζόνως. Wasse.

## CAP. XLIX.

Magnum et sapientem virum fuisse comperio. Manuscripta *comperior*, ut sit deponens, idque rectius est; nam hoc verbo Sallustius 172* est alias quoque usus, sed et Tertullianus et Apuleius *comperior* dixere pro *comperio*, nimirum ad imitationem Sallustii. Rivius. — Sic Tacit. Ann. IV. *Hunc ego Lepidum temporibus illis gravem et sapientem virum fuisse comperio*. Ciaccon.

In rebus hostilibus. Abest *in* Reg. et *comperio* L. 2. Venet. 1470. Ball. λ. sed a manu correctrici. retinent caeteri et Tacitus Ann. IV. 20. *Hunc ego Lepidum temporibus illis gravem et sapientem virum fuisse* comperio. paulo post: *neque tamen* temperamenti *egebat*. Iustin. II. 2. *Tanto* temperamento *inter plebem senatumque egit.* usus autem *temperantia* XXXII. 4. Eutropius IV. 11. de Metello: *Is exercitum, ingenti* severitate *et* moderatione *correctum, cum nihil in quemquam cruentum faceret, ad disciplinam Rom. deduxit*. Mallem *civilitate et mod.* Metaphrastes ἐπιεικῶς πάνυ. ita loquitur VII. 14. *tantae* civilitatis *in imperio fuit, ut nullum omnino puniret*. Metaph. κοινὸς καὶ μέτριος. ibi etiam Codex B. Pub. *convictos adversum sese coniurationis dimiserit, et in eadem* etc. ad Graecam versionem quam maxime. vide Cassiodor. Var. I. 44. Frontinus autem *severitatem* hac in re usurpat. *hostilibus* mediae significationis vox tam inimicum atque infensum animum quam res bellicas denotat. Glossae: *hostilis*, πολέμιος. *Bellicum* et *hostile* coniungit Cicero III. Offic. *Conditiones pactionesque* bellicas *et* hostiles *perturbare*. De *ambitione* confer Valerium II. 7. 2. Florum III. 1. 10. Wasse.

Namque edicto primum adiumenta etc. Non male quidem editi, *edicto primo*; sed contra optimos MSS. Pall. pr. sec. Com. nam bonus vocem eam habet tantum a correctore; et vero impune omitti posse valde suspicor. Gruter.

Adiumenta ignaviae sustulisse. Nonnulli ediderunt: *Adiumenta ignaviae sustulisse dicitur:* quae lectio mihi displicet, nam verbum *dicitur* aliunde in textum orationis irrepsit, ac maiori cum gratia abesse potest: praecessit enim verbum *comperio;* sed nec Aldinus codex habet. C. Popma.

Ne quisquam. Ita plerique manu exaratorum codicum, non *quispiam*, ut est in aliis vulgatis. Gruter. — B. Pub. λ. *quispiam*, et sic Pemb. primitus habuit; caeteri *quisquam*. Wasse.

Aut quem alium coctum cibum venderet. Est in plerisque ma-

nuscriptis, *aut quem alium cibum coctum.* quae collocatio verborum, si quid est in me iudicii, melior. Sed et Val. Maximus lib. II. quo loco de militari disciplina agens huiusce rei meminit, eodem ordine verborum utitur: *Namque lixas*, inquit, *e castris summovit*, cibumque coctum *venalem proponi vetuit*. Rivius. — Valerius lib. II. cap. 11. *Namque lixas*, inquit, *e castris summovit, cibumque coctum venalem proponi vetuit: in agmine neminem militum ministerio servorum iumentorumque, ut arma sua et alimenta ipsi ferrent, uti passus est. Castrorum subinde locum mutavit: eadem, tanquam Iugurtha semper adesset, vallo atque fossa amplissime cinxit.* Ald. Manut. — Frontinus IV. 4. de Metello: *cum insuper prohibuisset, alia carne, quam assa elixave milites uti.* at milites tantum interdicti sunt coctorum emtione, quo panem ipsi sibi pararent. Nam et hoc ex disciplina militari. de Caracalla Herodianus IV. pag. 547. *Ἄρτον τε προσεφέρετο αὐτοσχέδιον, σῖτον γὰρ ἀλήσας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ, ὃ ἤρκει μόνῳ, μᾶζαν τε ποιήσας καὶ ἐπ' ἀνθράκων ὀπτήσας, ἐσιτεῖτο. καὶ πάντων μὲν τῶν πολυτελῶν ἀπείχετο· ὅσα δὲ εὐτελέστατα, καὶ τοῖς πενεστάτοις στρατιωτῶν εὐμαρῆ, τούτοις ἐχρῆτο.* Atque ita Nostrum intelligit Valerius II. 7. 2. *lixas e castris summovit*, cibumque coctum venalem *proponi vetuit*. Praeterea carnibus assis aut elixis vesci, in coena tantum militibus permissum. ergo alia carne quandoque usi sunt. Polyaenus de Scipione VIII. 722. *Ἐκέλευεν ἀριστᾷν ὀρθοὺς ἄπυρον ὄψον, δειπνοῦντας δὲ προσφέρεσθαι καὶ κρέας ὀπτὸν ἢ ἑφθόν.* Unde Frontinum, praesertim in tanto et tam alto MSS. Codd. silentio, ex ingenio sic restituo: *cum insuper prohibuisset, venali carne, assa, elixave milites uti.* Haec scripseram, cum opportune se obtulit Lipsius* in lib. de Mil. Rom. legitque *a* 173
*se assa elixave*; quod perplacet. Confer Ammianum VIII. 4. Themistium Orat. X. pag. 340. Spartianum Pescen. X. Eutropium IV. 7. Livii Epit. LVII. Salvianum de Provid. pag. 268. De cibis militaribus vide Spartianum Adriano cap. 10. Mirantur quidam M. Catonem, hominem nimia severitate gaudentem, lixas tamen in exercitu habuisse. Lucan. IX. 595.

*Stat dum* lixa *bibat.*

Sed haec sunt poëtarum, a quibus, ipsomet alibi teste, vera minime petenda:

*— annoso famam quia derogat aevo*
*Qui vates ad vera vocat.*

Wasse. — Nota: Metellus lixas, coquos et totum id genus castris eiecit: vetuitque non sumere cibum coctum, sed vendere. Hoc nempe fuit: noluit prostare cibos tales, et facilitate parandi, gulam irritari: sed si quis haberet e praeda, aut pecunia, ipse pararet, et vesceretur. Emendandus Frontinus, cum inquit, *prohibuisse Metellum, alia carne, quam assa elixave milites uti.* Lege, *quam a se assa.* Vid. Lips. V. de Mil. dial. XVI. Rupert.

Ne lixae exercitum sequerentur. Est enim lixarum et servorum vel ipsis militibus corruptior turba. Ac de lixarum quidem licentia effreni probrosaque Sex. Pompeius: *Lixae*, inquit, *qui exercitum sequuntur quaestus gratia, dicti, quod extra ordinem sint militiae, eisque*

*liceat quod libuerit.* Ego tamen proprie sic dictos existimo, quod exercitum sequuntur lavandi et coquendi gratia. Id genus hominum vilissimum simul et nequissimum. Unde et *lixas* pro *hominibus minimi pretii* Latini usurpant, et nostrates, *die Sudler*, qui sunt ipsissimi lixae. Tacitus de iisdem lib. III. Histor. cap. 33. *Quadraginta armatorum millia irrupere, calonum lixarumque amplior numerus, et in libidinem ac saevitiam corruptior.* et lib. II. cap. 87. *Sexaginta armatorum millia sequebantur, licentia corrupta. Calonum numerus amplior, procacissimis etiam inter servos lixarum ingeniis.* Quibus significat, lixas procacitate ac petulantia vel servos, id est calones, antecedere. Nam alias a servis diversi lixae, qui velut negotiatores, quaestus sui causa castra sequebantur, ut docet Lips. V. de Mil. dial. XI. Neque vero, ut id obiter addam, accedere possum eruditissimo Freinshemio, qui in expositione locorum Cornelianorum, absurdissimam hanc lectionem ait, et veram esse putat, si rescribatur: *Procacissimis etiam inter severos* (hoc est, retinentes disciplinae) *lixarum ingeniis.* ut sit similis verbis statim sequentibus: *Tot legatorum amicorumque comitatus inhabilis ad parendum, etiam si summa modestia regeretur.* Mihi vulgatae lectionis sensus planus. Quum enim a severis ducibus prorsus amputentur haec inertiae adiumenta, neque vel lixae vel alii servi militibus permittantur; quomodo commodius dici potest, *procacissimos inter servos lixas esse?* Imo non de solis lixis, sed etiam de calonibus dixisset Tacitus, inter severos procaces esse. Diversa ratio est, quod de comitatu legatorum amicorumque sequitur, qui honestam speciem praebet. Ceterum similis nostro Metello, in arcenda corrumpendae militiae turba, P. Scipio Aemilianus, de quo vide Florum lib. II. cap. 18. §. 9. et 10. Nec aliter in veteri militia fuisse, observat Lips. V. de Mil. dial. XI. RUPERT.

ARTE MODUM. *Arte* adverbialiter accipiendum. Sic Orat. Marii: *Neque illos arte colam, me opulenter.* COLER. — Sive *arcte.* Sensus: *Dignioribus quoque praefinisse, ultra quos, et quot non haberent.* RUPERT. — γ. pro Var. Lect. *apte*, quod non probo. infra: *in agmine.* Reg. omittit praepositionem. pro *circuire* Ar. Ball. Venet. 1470. *circumire.* sic Livius XLV. 37. Tacitus An. II. 29. et alibi. Nepos, Iustinus, alii. paulo post: *prohibendo a delictis.* Agricola apud Tacitum XIX. *Omnia scire, non omnia exequi: parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare: nec poena semper, sed saepius poenitentia contentus esse.* Cassiodorus Var. I. 30. *Benigni principis est, non tam delicta velle punire, quam tollere: ne aut acriter vindicando aestimetur nimius, aut leviter agendo putetur improvidus.* WASSE.

TRANSVORSIS ITINERIBUS. Infra *transvorsis principiis* dixit, et ibi-
174 dem, *transvorsis praeliis*, * et *transverso itinere.* CIACCON. et URSIN.

IUXTA AC SI HOSTES ADESSENT. Ita cordatus et catus ille dux Atheniensium Iphicrates, si bellum non esset, semper aliquid negotii dedit militibus, et iussit aut cuniculos in terram agere, aut fossas ducere, aut arbores secare, aut castra transferre, aut vasa transmutare: ut extat apud Polyaen. lib. II. Strateg. RUPERT.

NE QUISQUAM ORDINE EGREDERETUR. Onosander in Strateg. cap. 6.

*Procedat universum agmen ordine servato, etsi pugnam commissurus Imperator non sit, imo etsi per arduam viam exercitum perducturus, et per sociorum amicorumque regiones multorum dierum iter facturus, ut hoc pacto assuefacti milites maneant in ordine, conservent proprias cohortes, ductoresque suos consequantur.* Rupert.

Prohibendo quam vindicando. Eandem virtutem Caesari tribuit Sueton. in eius vita cap. 75. §. 8. Rupert.

Brevi confirmavit. Non ergo plane desperandum de tali exercitu. Intellexit Antonius Primus apud Tacit. ideoque lib. III. Hist. cap. 2. inter alias rationes, cur bellum adversus Vitellianos non sit ducendum, sive procrastinandum, et hanc ponit: *quod exercitus Vitellii, quantumvis circo et theatris et amoenitate urbis emollitus, aut valetudinibus fessus, tamen vires suas recuperaturus sit, partim meditatione belli, hoc est, crebris exercitiis bellicis, partim novarum copiarum ac virium accessione.* Rupert.

## CAP. L.

Ex nuntiis accepit. Hic locus a Nonio citatur in voce *Innocens:* et in veteri exemplari legitur, *ex nuntiis acceptis*, ut referatur ad *certior factus:* quod non displicet. Infra tamen: *Marius ubi ex nuntiis quae Ligus egerat, cognovit.* Ciaccon. et Ursin.

De innocentia certior Romae factus. *Roma* legitur in Nonio hunc locum recitante in *Innocentia*. A. Manut. — Nonius habet *Roma*. Quare miror Popmam dicere hanc vocem in Nonio non esse. Est autem ea verissima lectio, ut certior factus intelligatur a suis ministris, quos Romae factiosos habuit Iugurtha. Colek. — Antiqui et typis excusi codices, quos quidem mihi videre contigit, *Romae* non *Roma* habent, mendose et nullo intellectu: nec tamen quisquam mendum subesse sensit. Dubitandi autem occasionem Nonius mihi praebuit, qui totum hunc locum in *Innocens* recitat, omissa dictione *Roma*. Ego quamquam Nonii Marcelli lectionem ferri sustinerique posse existimem, dictionem tamen *Romam* ut omnino delerem antiquis libris refragantibus, nulla ratione adduci possum. nam si *Roma* legamus, locus planum apertumque sensum continet. C. Popma. — Popma iterum persuadere nititur, substituamus *Roma*. non male, nisi adversarentur omnes ad unum MSS. nostri, etiam editio princeps: ac vero adfine videri queat, Iugurthae compertam innocentiam Metelli, cum Romae esset. Gruter.

Veram deditionem facere conatus est. Duae voces postremae * abundant, maluissemque ego, *veram deditionem conari.* Gruter. 175

Legatos cum suppliciis mittit. Hoc est, cum supplicum velamentis, vel cum precibus. Infra: *fatigati regis suppliciis.* Item: *legatos supplices mittere.* Ciaccon. — *Supplicia* hic posuit pro iis, quas Graeci *ἱκετηρίας* vocant. Ursin. — Supplicia *sunt quae caduceatores portant; ea sumebantur ex verbena felicis arboris.* Festus. Graecis *ἱκετήριοι κλάδοι.* *ἱκετηρίους θάλλους* vocat Herodian. VII. vide Livium XXIV. 30. XXV. 15. de altera vocis notione adi nos ad Catil. cap. 60. confer Frontinum

I. 8. Themistium Orat. XIII. pag. 303: *cum suppliciis ergo idem ac apud Virg. XII. Velati lino et verbenis tempora vincti.* Hinc Plautus: *Orare* velatis manibus. Quae Latini *velatum colum*, Graeci fere *στέμματα, κηρύκια*. Euripides: *Ὦ στέμματα ξήνασ' ἐπέκλωσε θεὰ Ἔριν.* Dinarchus contra Demosth. pag. 14. *ἱκετηρίαν ἔχοντες, καὶ κηρύκια συμπεπλεγμένα ἐκ τῶν φύλλων.* Hisce instructi erant Syenaei apud Heliodorum IX. 11. *Κλάδους εἰς ἱκετηρίαν ἀναλαβόντες, κηρούς τε καὶ δᾷδας ἁψάμενοι, καὶ τὰ ἱερὰ γένη, καὶ ἕδη τῶν θεῶν ὥσπερ κηρύκεια προβεβλημένοι.* Achilles Tatius IV. pag. 251. *ἐπιθέντες αὐτοῖς ἱκετηρίας ῥάβδους φοινικίνας.* Confer Apuleium III. Metam. pag. 48. Lactantium ad Statii XII. Theb. 492. Paschalium de Coronis VI. 17. Nonnum Dionys. XXII. pag. 581. Schol. ad Sophoclis Aiacem pag. 1. Cur olea potissimum huic negotio deputabatur docet Ioan. Chrysostomus Orat. III. de Incomprehens. Dei Natura. In ore aeque ac manibus gestasse supplices et lauri ramos quandoque, quandoque velamina e lana alba, testis Scholiasta Euripidis in Orest. Aeschyli in Supplicibus. WASSE.

QUI TANTUMMODO IPSI LIBERISQUE. Saepe in historiis occurrunt huiusmodi deditiones. Apud Hirtium de B. G. Comius legatos ad Antonium mittit, seque ibi futurum, ubi praescripserit, et ea facturum, quae imperaverit, obsidibus datis firmat: unum illud erat, ut timori suo concedatur, ne in conspectum veniat cuiusquam Romani. RUPERT.

ANTEA EXPERIMENTIS. Puto in Hispania. Sallust. lib. I. Hist. ubi reor de hac ipsa gente scripsit: *Esse ad furta belli peridoneam.* De levitate Numidarum Ammianus quoque Marcellinus lib. X. scribit: *Ad omnes dissensionum motus perflabiles gentes Mauricas concitasset.* Tertullianus lib. de Anima: *Tamen vulgata iam res est gentilium proprietatum: Comici Phrygas timidos illudunt, Sallustius vanos Mauros et feroces Dalmatas pulsat.* De Dalmatis vero id puto in Historia scripserat. Et scribit idem Florus lib. IV. cap. 12. De Numidis etiam Festus Avienus intellexit, in Orbis terrae descriptione:

*— His fluxa fides et inhospita semper*
*Corda rigent, trahitur duris vaga vita rapinis.*

Ceterum Tertullianus illum Sallustii locum respexit: *Maurique vanum genus, ut alia Africae, contendebant.* COLER.

ITAQUE LEGATOS ALIUM AB ALIO DIVERSOS ADGREDITUR. Nota rationes civilis scientiae licitas, *aliorum animos occupare, miris modis sententiam extorquere, in suam sententiam allicere*, et id genus alia. Hisce nimirum artibus opus est in magnis et publicis negotiis. Porro simile Sallustiano est illud Tac. I. Hist. 24. de Mevio Pudente: *Is mobilissimum quemque ingenio, aut pecuniae indigum, et in novas cupiditates praecipitem, allicuit.* RUPERT.

176 NECATUM SIBI TRADERENT. Excusat factum * Apronii Tacitus I. Annal. 19. *Misit* (inquiens) *qui maiores Chaucos ad deditionem pellicerent, simul Gannascum dolo aggrederentur.* Nec irritae aut degeneres insidiae fuere adversus transfugam et violatorem fidei. Sed distinguendum inter missos. Quorundam enim facto perfidia, quorundam non inest. Ita nullo modo excusari potest Metellus, qui et naturae et gentium

ius violavit, dum eorum usus est opera, qui subditi Iugurthae. Vide Freinsh. ad Curtii lib. IV. cap. 1. §. 12. RUPERT.

PROCEDIT. Aliud quid initio fuit in Nazar. forsan *procedere*. GRUT.

UBI CONTRA FACIEM BELLI. Tacit. XIII. *dum positis loricis in faciem pacis veniretur.* et in vita Agricol. *Ea enim* pugnae facies *erat*. CIACCON. — Tacitus Hist. II. 12. *Pleni agri, apertae domus, occurrentes domini iuxta coniuges et liberos securitate pacis, et belli malo circumveniebantur.* Liv. VI. 26. *Nec fuit cum* Tusculanis *bellum; pace constanti vim Romanam arcuerunt, quam armis non poterant. Intrantibus fines Rom. non demigratum ex propinquis itineri locis, non cultus agrorum intermissus: patentibus portis urbis togati obviam frequentes Impp. processere: commeatus exercitui comiter in castra ex urbe et ex agris devehitur.* WASSE.

TUGURIA PLENA HOMINUM. Non abludit historia Tusculanorum, quam ita narrat Liv. lib. VI. *Intrantibus fines Romanis, non demigratum ex propinquis itineri locis, non cultus agrorum intermissus: patentibus portis, togati obviam frequentes imperatoribus processere: commeatus exercitui comiter in castra ex urbe et ex agris devehitur* etc. Pulcerrima ratio vincendi iratos! quam feliciter usurparunt Ethnici in Ethnicos, infeliciter Americani (proh nefas!) in Hispanos, Catholicorum sese nomine venditantes. RUPERT.

IN AGRIS ERANT. Praestaret tolli *erant*, ceu corrumpendo cursui orationis. GRUTER.

OBVII PROCEDEBANT. Vulgo *obviam*, sed Fulvii liber *obvii*. A. MANUT. — Ita Naz. ac Pal. sec. unde suspicio, illud *procedebant* irrepsisse e glossa, factum dein, *obviam procedebant*, ut hactenus editur. GRUT. — Reg. B. Pub. Bodl. *obvii* Fulvii liber. sic primitus λ. et pro Var. Lect. γ. et sic cap. 54. WASSE.

PARATI FRUMENTUM DARE. Sic infra: *proinde parati intentique essent signo dato Romanos invadere.* ut Virgilius: *Et cantare pares et respondere parati.* Tacit. Hist. V. *paratusque discernere.* CIACCON.

SED PARITER AC SI HOSTES ADESSENT. Posset quoque istud rapi in quaestionem tanquam minus legitimum auctoris, nisi alia sexcenta talia occurrerent. GRUTER.

MUNITO AGMINE. Hoc est, quadrato. ei contrarium erat *longissimum agmen*. Caesar B. G. V. 31. *Sic proficiscuntur, ut quibus esset persuasum, non ab hoste, sed ab homine amicissimo consilium datum*, longissimo agmine *magnisque impedimentis*. Liv. XXI. 34. *Nequaquam ut inter pacatos* composito agmine *duces eorum sequitur*. sic quidem Gronov. ed. 1678. sed mendum est operarum incuria profectum; ex Polyb. III. et sensu loci legendum *incomposito*. Tralata inde locutio ad vineas. Columel. III. 17. *Nam ubi magna vis et incursus est pluviarum, procellarumque, ubi frequentibus aquis vitis labefactatur, ubi praecipitibus clivis velut pendens plurima praesidia desiderat, ibi quasi* quadrato *circumfirmanda est* agmine. Vid. Liv. X. 14. * Ammian. XXIV. 1. *Metuens ne per loco- 177
rum insolentiam insidiis caperetur occultis*, agminibus *incedere* quadratis

*exorsus est.* Vide etiam XXI. 3. XXV. 2. XXXI. 16. Hegesipp. I. 24. *valida manu el* munita armis. WASSE.

OMNIA ILLA DEDITIONIS SIGNA OSTENTUI CREDERE. Sic et exemplar Fabricianum; verum quod ad distinctionem attinet, τὸ *omnia* referri ad superiora illa posset, *late explorare*; tametsi nihil immuto. Est praeterea in quibusdam, *ostentui esse credere*, pro, *in speciem ostentari, cum re vera non sit deditionem facturus.* In Manuscriptis non est *esse*, idque fortasse rectius. RIVIUS. — Vetus codex verbum *omnia* ad superiora nectit, *late explorari omnia*; idem *fore* pro *esse* legit. Aldinus codex utrumque sustulit, quod placet. At illud, *et insidiis locum tentare*, ita subiungitur, quasi Metellus insidiis locum tentet, cum ad regem referatur. non dubitavit enim Metellus Iugurtham his technis locum insidiis quaerere. GLAREAN.

TENTARE. Legendum: *tentari.* nempe ab Iugurtha. GRONOV.

EXPEDITIS. Bodl. *delectis.* WASSE.

ITEM etc. *Dehinc* pro *item* est apud Nonium, haec recitantem in comment. de gen. arm. A. MANUT.

APUD PRIMOS ERAT. Videtur tolli posse *erat*, ut subintelligatur *curabat* sequens. GRUTER. — Pro *erat* L. 2. *eat.* Mart. *adesse.* WASSE.

UTRUMQUE LATUS EQUITES. Marckii γ. *ad u. l. qui diversis gentibus convenerant.* cum annotatione hac in margine, a prima manu: *deest in aliis libris.* quod sane de nostris omnibus verum est. infra γ. omittit *cum*, sed retinent Nonius et MSS. De velitum usu fuse Valer. II. 3. 3. et Liv. XXVI. de equitibus ita Pseudo-Cicero pag. 507. *A fortioribus namque* peditibus *peditum protegenda sunt latera, et a velocioribus atque expeditis hostium cornua superfundenda.* Ain vero? at *equitum* munus erat sociorum latera firmare. lege ergo *equitibus.* Sic Veget. III. 16. sed et auctor ipse paulo supra: *Constructa acie peditum, equites ponuntur in cornibus, ita ut loricati omnes* constructi *iuncti sint peditibus.* ibi etiam pro *constructi* reponendum est *contati.* Modestus legit *contecti*, et sic Codex MS. B. Pub. WASSE.

TANTAQUE PERITIA LOCORUM. Cuius quanta ratio ducenda sit in duce bellico, praeter alios docet Aristoteles V. Polit. 9. RUPERT.

ET MILITIAE ERAT. Ita etiam MSS. nostri, non *inerat*; si meo uterer arbitrio, utrumque auferrem ceu supervacaneum. GRUTER. — *Erat* Fulvii liber et nostri. WASSE. — Quamvis in Manuscripto ceterisque vetustioribus *erat* legitur; tamen priorem lectionem [*inerat*] magis probo. nam libenter geminabant praepositionem antiqui, ut ostendit Priscianus. Sic Cicero: *Nullum dedecus reperiri potest, quod in hoc non insit.* A. MANUT. — *Inest enim natura philosophia in huius viri mente quaedam.* Rursus: *Manere in vita, in qua nihil insit nisi miseria.* Sic persaepe alias. RIVIUS.

ABSENS VEL PRAESENS. Ita editiones principes, ita MSS. pretii maioris. nam alii partim, *absens et praesens*; partim, *absens an praesens.* ex quibus varietatibus animadverto restituendum, *absens praesens*, sine ulla voce intermedia. GRUTER.

Pacem an bellum gerens etc. Nescio an aliquid hic desit. Ciacc. — Bongarsii vetus liber, *pernitior*; * quod si tolerari potest, restituendum 178
item eiusdem formae verbum infra cap. 5. *tanto horum socordia flagitior.* sic enim idem liber pro eo quod vulgo est *flagitiosior*, quod utrumque adnotatum ad libri oram amico illi meo e multis certissimo. Gruter.

In incerto. Reg. L. 2. omittunt *in*. Bodl. *incertum*, etiam sine praepositione. Infra Arond. *portare*. Wasse.

## CAP. LI.

Ubi et incolere et mercari etc. Sic nulla discrepante littera Pall. omnes, nisi quod uni atque alteri e vulgaribus *huic consul.* Bong. Codex: *ubi et incolaé mercari et Italici generis multi mortales consueverunt. Huic Consul.* Nihil censuerim mutandum. Gruter.

Huic consul simul tentandi gratia etc. praesidium imposuit. Manuscripta *Huc consul*, ut sit adverbium. Sic postea: *igitur Vaccenses, quo Metellus initio Iugurtha pacificante praesidium imposuerat.* Quamquam autem vulgata lectio bene habet, altera haec tamen verior. Rivius. — Hic locus mirum in modum corruptus est, neque in ullo codice mihi recte emendatus. Iuvant tamen lectorem aliqua parte ex diversis, quamquam corruptis codicibus collati loci. Badius conatus est hunc emendare, sed non potuit: existimavit enim Metellum praecepisse praesidii militibus importare oppidanis frumentum, quod nunquam facerent Romani, nisi alia caussa urgeret. Ceterum pro *huic* etiam putat legi posse *huc*, et pro *paratis rebus*, *pacatis rebus*, quod non reiicio. deinde quod *comportare* pro *praeparare* quidam codices habent, nihil refert, cum neutrum requirat sensus, et ego utrumque plane supposititium existimo. *Imperare frumentum, et quae bello usui forent*, cum Latine, tum frequenter dicitur. Quare hunc locum ita legendum existimo: *Huic COS. simul tentandi gratia, si paterentur, simul propter opportunitates loci, praesidium imponit. Praeterea imperavit frumentum, et alia, quae bello usui forent: ratus id quod res monebat, frequentia negotiatorum, et commeatum iuvaturum exercitum, etiam pacatis rebus, munimento fore.* Glarean. — Quaeso quae sententia his verbis subest: *huc consul simul tentandi gratia, et si paterentur opportunitates loci, praesidium imposuit?* Et ridere possis emendatores, qui conantur. Lego: *huc consul, simul tentandi gratia, si paterentur; et opportunitate loci, praesidium imposuit.* Invadenti in Numidiam consuli, signa omnia deditionis occurrebant. Ea ipsa deditio an simulata esset, cum experimentum capere vellet, simul invitatus opportunitate loci, Vaccae oppido praesidium imposuit. *Si* in hac oratione est pro *an*, ut saepe alias: ea rés mendum peperit. Eunucho: *Idque ad eum visam, si domi est.* Propertius: *Mane erat, et volui, si sola quiesceret illa, Visere, at in lecto Cynthia sola fuit.* Supra: *ubi colere et mercari: colere* pro *habitare* seu *vivere*. Plaut. *Exercere vocem, quam per vivis et colis.* Item Milite: *Liberae sunt aedis, liber sum egomet, colo libere.* Sic enim eum locum restituo. Palmerius. — Non video sensum huius loci, nisi rescissa littera legamus, *et si paterentur*,

*opportunitate loci* etc. Gruter. — Legendum existimo, *et si pateretur*. ut inde colligeret, pacem firmamne an fictam crederet. *Et si pateretur, loci ipsius opportunitate adductus praesidium imponere statuit.* Ciaccon. et Ursin. — *Opportunitates.* nam duplicem caussam refert, cur Metellus voluerit praesidium Vaccae imponere, una ut tentaret, num oppidani paterentur praesidium imponi, altera *opport. loci.* A. Popma. — Reg. *paterent*; Badius omittit *et*; vide Palmerium, qui *si* pro *an* accipit. Wasse.

Praeterea imperavit frumentum, et alia quae bello usui comportare. Nihil deesset sententiae, si legeremus resectis ceteris, *imperavit frumentum et alia bello usui.* Gruter. — Vide not. ad Iustini lib. V. cap. 8. §. 2. Ruperti.

Ratus id quod. *Id* heic ut supra *παρέλκει* eleganter: *simul id quod in tali re solet, alii portenta nunciabant.* Apuleius Apol. pag. 35. ed. Pricaeanae: *Quod si nihil remanet suspicionis, neque in piscatoribus mercede invitatis* (id quod solent) *ad piscem capiundum* etc. ibi Colvius et Pricaeus voculam *id* falso delendam autumant. Terent. Eunuch. *Nunc* id *prodeo, ut conveniam Parmenonem.* et Adelph. *Verum cogito,* id quod res est, *quando eum quaestum occoeperis.* ibi Donatus interpretatur, id
179 quod verum est. Plautus Amph. IV. 2. * M. *quid nunc vis? A. sceleste! at etiam quid velim,* id *tu me rogas.* Captiv. II. 1. *Si Dii Imm.* id *voluere vos hanc aerumnam exsequi: decet id pati aequo animo.* Caesar B. G. I. *Caesari quum* id *nunciatum esset, eos per provinciam nostram iter facere conari.* IV. 29. *compluribus navibus fractis, reliquae cum essent ad navigandum inutiles; magna* (id quod necesse erat accidere) *totius exercitus perturbatio facta est.* Livius IV. 44. *ab iisdem Trib. mentio in Senatu de agris dividendis illata est* etc. ratis id quod erat, *aut deposita caussa leviorem futurum apud Patres reum* etc. Vide Senec. Suasor. XLIII. Wasse.

Frequentiam negotiatorum et commeatum iuvaturum exercitum. Alii libri *commeatu.* et infra: *paratis rebus.* quid si *patratis* legas? Ciaccon. — Placeret magis *commeatu*, et item *patratis rebus*, non *paratis*, ut vulgo legitur. Ursin. — In vetustis quibusdam, sed impressis, desunt haec verba, *iuvaturum exercitum* [ut L. 3. Venetae. W.] at si quid est in me iudicii, rectius omittuntur; praesertim cum illud participium *iuvaturus* nusquam fere lectum sit, nisi apud Plinium in Epistolis semel, nec eius ulla usquam apud Priscianum mentio, qui alioqui diligentissime solet, si quid tale uspiam exstat in veteribus, adnotare: praeterea quamvis in cunctis fere, quae ipse viderim, exemplaribus legatur, *etiam paratis rebus*; tamen ego libentius profecto legerim, *pacatis*, hoc est, *tranquillis*, cum iam nullum fuerit bellum. et sic quoque sensus ipse postulat. Rivius. — Haec verba omittenda censet Rivius. Ego serio delibero. Coler. — Quod supra neglexImus monere, illis verbis: *ratus frequentiam negotiatorum, et commeatuum iuvaturum exercitum, etiam paratis rebus praesidio fore*; audio antiquitus excusos, qui verba illa, *iuvaturum exercitum*, nulla habent; non quia nusquam legitur *iuvaturum*, neque Priscianus, qui non temere talia omittit, mentionem ullam facit;

(nam exempli satis erat unicus locus Plinii Iunioris in Epistolis:) sed quod inserta esse, res ipsa loquitur: neque olim cursoribus scripta exemplaria defuerunt. Postea etiam *pacatis*, pro *paratis*, extra controversiam est; ut totus locus scribatur: *ratus frequentiam negotiatorum et commeatuum etiam pacatis rebus munimento fore.* ut enim illa erant deditionis signa, pacem an bellum agitaturus Iugurtha foret, in incerto erat: et ut maxime pax esset, commeatum tamen, subsidium exercitui, parabat. Palmer. — Ipse potius legerem *patratis.* vide Palmerium. Wasse. — Tanquam minus Latinum inducit Palmerius, quam bene, ipse viderit; ego scio quodcunque in bonis auctoribus a Grammaticorum legibus abhorret, non statim inducendum aut censoria virgula damnandum esse: hoc eodem itidem utitur elegantissimus Petronius in Satyrico: *Nam neque sacra quenquam vulgaturum, et si quod praeterea aliud remedium ad tertianam Deus illi monstrasset*, adiuvaturos nos divinam providentiam vel *periculo nostro.* Putsch. — Ita quoque MSS. meliores, nisi quod unica voce repraesentent *etiam*; quae tamen dictio abest Naz. poniturque inter lineas. at enim Pal. octavus non agnoscit *iuvaturum exercitum*, ut nec editiones primae Valentiniana ac Mediolanensis, ut arbitrer invectum a temeritate sciolorum eiiciendumque, restituto: *frequentiam negotiatorum ac commeatum, etiam paratis rebus munimento fore.* Gruter.

Quos item consul. In vetustis, *Quos item uti priores consul inlectos.* Haec collocatio verborum melior; mihi mehercules illa inversio ordinis verborum, nullo modo ferenda videtur, quantumvis alii forsan negligant. Porro *inlectos* quondam dixere, ubi hodie fere *illectos* dicimus. id quod et mollius et suavius esse videtur. Rivius.

Illectos ad proditionem. Ita moribus vergentibus Camillus abominatus est. Vide not. ad Flori lib. I. cap. 12. §. 6. Rupert.

## CAP. LII.

* Dictum cum factis composuit. Attius Agamemnone: 180

*Sic multis animus, quorum atroci iunctu' malitia est:*
*Quae cum componus dicta factis discrepant.*

Sic enim putarunt priorem versum emendari posse, si illud *multis* infercirent. Ego vero prorsus omittendum censeo. Coler.

Ac se suis artibus etc. Sic collocant MSS. haereas tamen annon superfluat particula *ac.* Gruter. — Pro *composuit* L. 2. *comparavit.* male. aliter enim Nonius et MSS. Wasse. — Nempe non vafer tantum est Ulysses, et parem sui invenit. Alanus apud Claudianum VI. Honorii Cons. vs. 306.

*Mars gravior sub pace latet; capiorque vicissim*
*Fraudibus ipse meis.*

Liv. lib. XXI. cap. 33. *Ibi non bello aperto, sed suis artibus, fraude, deinde insidiis, circumventus est Annibal.* Et vero licitum istud, velut ex aequo bonoque, innuit Ovidius:

*Iudice me, fraus est concessa repellere fraudem.*

Idem quoque censebat Iul. Caesar, apud Plut. in eius vita cap. 32. *Fi-*

*dem servare tam perfidis et foedifragis, ratus est amentiam.* Ab his ego dissentio in nota ad Flori lib. II. cap. 6. §. 26. RUPERT.

AGER HOSTIBUS COGNITUS. Contra mox infra: *Regio hostibus ignara.* CIACCON.

ARMIS CERTARE. *Tentare* B. Pub. at Nonius et MSS. a vulgatis stant. infra: *per tramites* etc. citat Lactantius ad Statii Achill. lib. VI. De voce *tramites* adeas indicem. Hegesippus I. 22. *quoniam de Flaminia in Appiam* compendiariis tramitibus *Magnum sequebatur.* WASSE.

QUAM MAXIMAS POTEST COPIAS OMNIUM GENERUM PARAT etc. Scribendum e Bertiniensi: *quam maximas potest copias omne genus parat.* Hoc primum; deinde Coloniens.: *Sed ex eo medio quasi collis oriebatur immensum pertinens, vestitus o. a. m. aliisque g. a. quae humi arido atque arenoso gignuntur.* Volui, ex vitiosa scriptura, quam alii etiam in veteribus libris observarunt, *quae humi arido atque arenoso genere gignuntur.* neque dubium libenter usum Sallustium, quo Lucretius, Varro, et quis non?, singulis paginis uti sustinuerunt. *Humi arido atque arenoso* Prisciani lectio est et de ea iam alii. *Immensum pertinens* usque eo rectum est, ut diverso hoc modo *pertingens* ne Latinum sit quidem. Etenim *pertingere* ad aliquid est, et rem certam postulat, quo pertingat. *Pertinere* autem sic saepe Cicero; de Natura Deorum: *Ratio quaedam pertinens per omnem rerum naturam.* Simile ibidem: *Vim vitalem, per omnem mundum pertingentem.* Mendosum puto et scribendum, *pertinentem.* ut in eiusdem operis lib. II. *Atque inde aliae ad renes pertinentes sunt, per quas cadit cibus a iecore delapsus.* Sed exemplorum nemini deesse copia potest: et inibi Cicero decies repetit. PALMERIUS. — Bertiniensis, teste Palmerio, *omne genus*, quod elegantius; sed MSS. nihil mutant. WASSE.

NOMINE MUTHUL. L. 3. Ball. abest *nomine*, male. Bodl. *a.* WASSE.

A QUO MONS ABERAT FERME MILLIA PASSUUM XX. Nonius hunc locum adducit in *Vastescant*, et ibi XXX legitur; sed si diligentius consideremus, propinquum satis locum cognoscemus: nam ab eo monte praemissus Rutilius ad flumen eodem die eo pervenit, et castra munivit; ac eum vacuum animo est adortus Bomilcar, praelioque victus; et tamen Metello obviam proficiscitur: quae omnia, si tantum spatii interesset, fieri minime potuissent. Quare legendum videtur, *millia passuum* III. tribus X in tres I, ut a librariis saepe fit, versis; aut certe VII. Et praeterea in quibusdam Nonii codicibus *vastatus* legitur, non *vastus*; in aliis *vastus* et *humano cultu*, ut male acceptus hic locus iam olim fuerit. Tacit. Annal. II. *milesque* nullo *illic* hominum cultu, *fame absumtus.* Ibidem: *insulam immitem et* sine cultu hominum *esse.* CIACCON. — Videtur librarius lapsus esse in notis, ut saepe alibi, numerorum. Nec enim fieri potuit, ut Rutilius ab hoc monte praemissus a Metello ad flumen, uno eodemque die eo pervenerit, castra munierit, et a Bomilcare proelio superatus, rursus redierit ad Metellum, si tantum spatii inter-
181 fuisset. Quare videndum an pro XXX, ut est apud Nonium, qui * hunc locum citat in *Vastescant*, scribendum sit III. Pro *vastus* autem apud

eundem Nonium habetur in manuscriptis codicibus, *vastatus ab humano cultu*; ut fortasse legi possit, *vastus ab hominum cultu*. Sic enim loquitur Tacitus, Sallustii aemulator, lib. II. cum ait: *Milesque nullo illic hominum cultu fame absumtus.* et post: *Insulam Gyarum immitem et sine cultu hominum.* Ursin. — Recte videtur Ciacconius emendasse *millia passuum* X. saepe factum a librariis, ut pro tribus X facerent per incuriam tria III, et e contra. Coler. — Ita Naz. sine praepositione *a*. quae hactenus occupavit editiones, minime necessaria. Gruter. — Sic B. Pub. caeteri *a quo*. Wasse.

Tractu pari. Hoc est, vel, *monte et flumine pari inter se spatio distantibus*, vel, monte, pari *altitudine surgente*, excepto medio, ubi collis erat. Sidonius Epist. II. 2. *Mediam vallem* rectis tractibus *prosequuntur latera clivorum usque in marginem villae.* Idem valet apud Lucretium *ductus*:

> *Porticus* aequali *quamvis est denique* ductu,
> *Stansque in perpetuum paribus suffulta columnis;*
> *Longa tamen parte ab summa cum tota videtur,*
> *Paullatim trahit angusti fastigia coni.*

Infra: *ex eo medio.* Locum hunc ob oculos habuisse videntur Zosimus II. pag. 90. *Στενὴ δὲ ὁδός* etc. *ἧς τὸ πολὺ μέρος ἐπέχει λίμνη βαθεῖα· τὸ δὲ λειπόμενον, ὄρος ἐστὶν, ἐν ᾧ καὶ ὁ λόφος* etc. *ἐντεῦθεν πεδίον ἀναπεπταμένον ἐκδέχεται, πολύ τι καὶ εἰς ἄποψιν ἄπειρον.* et Hegesipp. IV. 1. *Dein quasi* montem quendam cervicis medio attollens, *caetera praerupta atque invia.* pro *montem* C. C. C. *tenorem*, et B. Pub. *mortem.* forte *tumorem.* Infra *vastus ab natura* non habentur apud Nonium, retinent autem Codd. et Servius pag. 1223. Reg. *et*, *h. c. alienus.* L. 2. *alienatus.* Ball. Bodl. *alienata.* L. 2. *omni ab natura.* male omnes. Wasse.

Pertingens. Suspicari quis possit, *pertingens* esse ab commentatoribus. Gruter. — Sic legit Gruterus, sed suspicatur vocem esse a commentatoribus. Gronov. ad. Liv. XXV. 24. legit *pertinens*, recte opinor, nec tamen ideo in textum recipio, reclamantibus universim codicibus. vide Palmer. Noster ita locutus alibi, et hac voce usus inter alios Ammian. pag. 337. 398. 618. Wasse.

Quae humo arida atque arenosa gignuntur. Fabricianum, *arido atque arenoso.* recte an secus, aliorum esto iudicium. Ipse coniecturam meam subiiciam. Adnotavit igitur libro VI. Priscianus, *humum* neutro etiam genere inveniri apud veteres, citatque illud Livii in Adone:

> *Humum humidum pedibus fodit.*

et Gracchi in Thyeste:

> *Mersit sequentis humidum plantis humum.*

Iam in manuscripto *humi* quidem iam legitur, sed aut *humo* ibidem aut *humu* fuit; nam erasa est littera ultima, et suppositum *i*. Porro *humu* veteres pro *humo* dixisse testatur alicubi Non. Marcellus. Ecce autem cum iam haec adnotassem, ac Priscianum forte in manus sumsissem, idem reperi quod in Fabriciano. Nam lib. XVIII. 1214. *Humi*, inquit, *sum, es, est. Sallustius in Iugurth. quae* humi arido *atque arenoso gignuntur.* Quid si Sallustius est ita locutus, ut identidem Tacitus, velut I.

*Ut occulta saltuum scrutaretur, pontesque et aggeres humido paludum et fallacibus campis imponeret.* Rursus: *Illi sanguine suo et lubrico paludum lapsantes.* Sed et *aridum* substantive positum videri alicui possit, ut subaudias *solum*. Caesar IV. *Cum illi aut ex* arido, *aut paullulum in aquam progressi* etc. Idem paullo inferius: *Nostri simul in* arido *constiterunt.* et postea: *Quasque in* aridum *subduxerat.* pro, *in terram.* Atque hoc modo *humi* adverbialiter poni necesse est. Nos hic nihil pronuntiamus, contenti et diversam lectionem ostendisse, et coniecturam nostram subiecisse, tametsi et in altero quodam manuscripto fuerit eodem modo, id quod etiam nunc videre licet. Sed et Beroaldinum volumen habet, *quae humi in arido atque arenoso loco gignuntur.* unde ut nihil aliud, illud certe colligitur, mendosam esse hodie lectionem vulgatam. Rivius. — *Humi arido atque arenoso.* Sic legit Priscianus lib. XVIII. nec omnino discrepant veteres libri, quemadmodum ab aliis quoque iam ani-
182 madversum * ac notatum video. A. Manut. — Sic lib. Manutii. et sic quoque Naz. ac Palat. sec. reliqui enim, *quae humo arida et arenosa.* Comm. noster praefert, *quae humo aridaque arena gignuntur.* Gruter. — Hegesip. IV. 16. *In diebus aestatis immodicus per spatia campi exaestuat vapor, unde coalescente vitio nimiae siccitatis atque* humo arido *corruptior aer miserandas accolis conficit aegritudines.* MS. *humi. incolis.* Idem tamen V. 41. *Vidimus etiam mortua terrarum nascentia,* humum aridam. et sic Codd. MSS. firmat Ambrosius in Lucam V. 25. At lib. de Fide Resurrectionis Sallustium sequitur: *Denique multa gignentia,* humo arido arenosoque *nascuntur, quoniam ipsa sibi terra humorem sufficit.* Lib. III. de Virginibus: *Si non aspero montium, non* humi arido *expers quietis existat.* Marckii λ. *et arido;* supra exhibet, *loco.* B. P. Pemb. Reg. Bod. *arido.* caeteri *arida.* λ. *arida atque in arenosa,* corrupte satis, ut ex allatis testimoniis patet. Virgil. Aen. IX. 214.

*Mandet* humo solita.

at Codd. Pet. et Pemb. *solito.* Servius autem *solita,* et sic fere libri euphoniae gratia, sed ita usus Georg. III. 297. Aen. X. 731. XI. 669. G. II. 184. Quibus in locis silent Vett. Codd. MSS. Lactantius in Statium Theb. V. 16. citat *vestitus* etc. ad vocem *arborem,* ut in editis exemplaribus, apud quem ad vs. 53. pro *Tydei* repone *Terei.* Wasse.

## CAP. LIII.

Quem transverso itinere porrectum docuimus. Nusquam hoc docuit. Ciaccon. — Ubi hoc docuerit non video. Sic idem supra dicit, se de natura et habitu M. Scauri dixisse, cum de habitu nihil minus. Coler. — Nisi Latiniora essent, quam ut facile venirent sub stylum glossatorum, dicerem spuria. Interim errat insigniter Ciacconius; arbitratus nusquam hoc ante prodidisse Sallustium: factum enim linea ab hac fere quinta; ibi est: *Sed ex eo medio quasi collis oriebatur in immensum* etc. Gruter. — Nempe, monte viam ad rectos angulos insecante; potuit autem dixisse, *transvorsum itineri montem.* utroque modo Lucret. II. 112.

Transversosque *volare per* imbres *flumina cernis.*

non item, *transversa flumina.*

et V. 1329.

*Nam* transversa *feros exibant dentis ad actus*
Iumenta.

VI. 189.

Nubila *portabunt venti* transversa *per auras.*

et apud eundem *ex transverso* valet *a lateribus* VI. 1060. Columella de R. R. II. 5. pro *transverse: sed in arando maxime est observandum ut* versus mons *sulcetur. Nam hac ratione difficultas acclivitatis infringitur.* Donatus ad Eunuch. III. 5. *limis* est *transversus:* unde *limen* dicitur quoque, quod ingredientibus exeuntibusque *transversum* est. Glossae: *transverso gradu*, πλάγιον βαθμοῦ. et *transversus*, ἀντεστραμμένος. Cicero Acad. IV. pro *e contra* §. 120. Livius idem voce *obliqua* effert IX. 35. *Sed equites Rom. praevecti* per obliqua campi. Wasse.

Iugurtha extenuata suorum acie consedit. Aliter haec verba Priscianus refert libr. XVIII. quo loco docet verbum *Sedeo* apud Latinos diversos habere casus; subiiciens haec duo exempla Virgilii:

*Tali intus templo Divum patriaque Latinus*
*Sede sedens.*

Idem lib. X.

*Summa petit scopuli, siccaque in rupe resedit.*

et mox Sallustii: *Iugurtha extenuata suorum acie, montem insedit.* Verum ego Priscianum memoria lapsum existimo; nam et antiqui libri receptam lectionem retinent, et paulo ante collis meminit: *ex eo*, inquit, *medio quasi collis oriebatur in immensum pertingens.* Itaque nihil immutandum censeo. C. Popma. — *Consedit.* Sic Codd. Priscian. 1168. *monte insedit*, inepte. Codex *B. resedit.* caeterum mons transverso itinere porrectus, huic fraudi accommodus. Liv. I. *Inde subito exorti Romani*, transversam *incadunt hostium* aciem. formulam servat Frontinus II. 4. *Agasones mulis insidentes, ramosque per terram trahentes, a* colle transverso *magno tumultu * decurrerent.* dele ibi *ut*, auctoribus membranis. 18. Veget. III. 6. *Insidiatores* transversos *frequenter incursant.* nostro idiomate, *charge the Flank.* Statius I. Theb.

— *Venti* transversa frementes
*Confligunt.*

ubi corrige obiter Schol. pag. 35. *Danao fuit virilis sexus L numerus filiorum: e diverso Aegypto par numerus filiarum.* Danaus enim *filiarum* pater, inde *Danaides* dictae; confer eundem pag. 79. ubi Hyginum exscripsit Fab. 168. et Servium pag. 1501. Legendum autem apud Hyginum *compluribus*, ex Schol. in Germanicum pag. 131. et pro *filiis*, *uxores*; etiam, *easque filiis suis uxores.* Caeterum apud eundem pag. 178. pro *Europam* lege *Aeropam*, quam lectionem firmant Hyginus pag. 86. et Servius pag. 1593. Wasse.

Elephantis. Pessime hodie apud Ciceronem, si diis placet, de re militari, legitur: *A. et Iugurtha in India copiosos habuerunt (elephantes.)* pro *India* rescribe *Numidia.* ibidem pro *uni alter cedit, uni abscidit.*

Monstra sunt quae praecedunt, *Elephanti in praeliis magnitudine corporis, pariter horrore formae, ipsius novitate.* lege et distingue: *m. corporis, barritusque horrore, formae ipsius novitate.* WASSE.

IPSE PROPIOR MONTI. In manuscripto est, *propior montem.* quomodo Hirtius VIII. belli Gallici. *Alter quo propior hostem in vallo collocatus esset* etc. nec aliter in Florentino et Beroaldino. RIVIUS. — *y.* pro V. L. *propius.* MSS. *montem.* WASSE.

CIRCUIENS MONET ATQUE OBTESTATUR. Vide notam ad Catilinarii cap. 58. RUPERT.

CUM IIS CERTAMEN FORE. Vide not. ad Iustini lib. VI. cap. 4. §. 12. Addo, quod auctor lib. de Bel. Afr. scribit de Caesare, cum Scipio Pompeii socer Labienusque in Africa cum ingenti exercitu castris eius imminerent: *Animadvertebat*, inquit, *quanquam magnis essent copiis adversarii freti, tamen saepe a se fugatis pulsis perterritisque, et concessam vitam, et ignota peccata: quibus rebus nunquam tanta suppeteret, ex ipsorum inertia, conscientiaque animi, victoriae fiducia, ut castra sua adoriri auderent.* Quomodo tamen nec hoc perpetuum sit, docet Mucianus apud Tacitum lib. II. Hist. cap. 77. §. 4. RUPERT.

DUCEM ILLIS MUTATUM. Atqui hoc sufficit. Vide notam Freinsh. ad Flori lib. II. cap. 18. §. 11. lit. m. RUPERT.

QUAE AB IMPERATORE DECUERINT. Videndum an scribi debeat: *Quae ab imperatore debuerint.* Nam Tacitus qui hunc locum imitatur libro XX. sic ait: *Quae* provideri *astu ducis* oportuerit *providisse*, *campos madentes, et ipsis gnaros, paludes hostibus noxias.* CIACCON. et URSIN. — Vide omnino Gronov. ad Liv. XXVII. 15. WASSE.

SUIS PROVISA. Sic Codd. Tacitus II. 14. *Auctus omine, addicentibus auspiciis, vocat concionem, et quae* sapientia praevisa, *aptaque imminenti pugnae disserit.* legendum ex hoc loco *provisa.* Idem Hist. V. 17. *Quae* provideri *astu ducis oportuerit*, providisse, *campos madentes et ipsis gnaros, paludes hostibus noxias.* Ita Codd. pro *praevisa* apud Suetonium Tiber. XIV. providere enim non *perspicere*, sed *in futurum etiam consulere.* ideoque plus in suo significatu involvit quam *praevidere.* hoc fere *vatis,* illud *Imperatoris* est, qui teste Demosthene, praeoccupare et antevenire debet eventum, non sequi. Orat. Phil. III. 19. *Δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' αὐτοὺς ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων* etc. ut ut non distinguant Glossae. Noster Ciceronem sequitur: *Omnia et* provisa, *et parata, et constituta sunt.* Catilin.
184 IV. §. 14. *Ut deorum Im. nutu atque consilio, et gesta et* provisa * *esse videantur.* III. Cat. §. 18. Noster XCV. *contra tantas difficultates* consilio *satis* providere *non poterat.* Cic. de Leg. Agr. 102. *Ea ne accidere possent*, consilio *meo ac* ratione provisa *sunt.* Aeschylus Prom. vinct. Ὦπται πάλαι δὴ καὶ βεβούλευται τάδε. Cic. Tusc. I. 27. *quod et praeterita teneat, et futura* provideat, *et complecti possit praesentia.* IV. 42. Verrin. Provisa *mihi res tota, et* praecauta *est.* Seneca Consol. ad Marc. *Quae multo ante* praevisa *sunt, languidius incurrunt.* ibi legendum etiam, *provisa.* et sic Erasmi Codices. Cic. III. Divin. *Medicus morbum ingravescentem ratione* providet, *insidias imperator.* Tacit. Ann. IV. 25.

*Ab Romanis confertus pedes, dispositae turmae, cuncta praelio provisa.* Seneca etiam de Diis: *Quae repentina putamus, illis* provisa *veniunt ac familiaria.* de Benef. IV. 32. Liv. XLIV. 34. *Se quod sit officium Imp. provisurum', ut bene gerendae rei occasionem eis praebeat.* Liv. V. 49. *Omnia quae arte belli secunda suis eligi, praepararive poterant*, providit. Plautus Captiv. III. 4. 110. *Exploratum atque* provisum *hoc tibi.* Nepos XXII. 9. *Vidit autem vir omnium callidissimus, magno se fore periculo, nisi quid* praevidisset. olim tentaram *providisset*, quam coniecturam firmant aperte membranae Trin. pro *cavere.* Andr. I. 3. 3. *Quae si non astu* providentur, *me aut herum pessumdabunt.* Curtius IV. 44. *Quod mearum fuit partium, exercitum comparavi: equos, arma distribui, commeatus ne tantae multitudini deesset*, providi. Veget. III. 6. *In necessitate subita quae terrent*, provisa *non soleant esse formidini.* vide Caesarem B. G. III. 20. Liv. XXX. 6. *Ut quantum nox* providentiae *adimat, tantum diligentia expleant curaque.* vid. Tacitum XV. 59. XIV. 31. Velleium II. 16. Lucan. III. 71. *Haec ubi sunt* provisa *duci.* valet ergo providere *praevidere* cum effectu. Virg.

*Omnia quae multo ante memor* provisa *repones.*

et sic tres MSS. Wasse.

Locum superiorem. Livius lib. VII. *Praeter virtutem locus quoque superior adiuvit: ut pila omnia hastaeque non tanquam ex aequo missa vana, quod plerumque fit, caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur.* Adde Magium lib. II. Miscell. cap. 16. Rupert.

Ut prudentes cum imperitis. Legendum, *uti*, sic enim fere semper Sallustius. Rivius.

Rudes cum bello melioribus. *Belli* Fulvii liber. A. Manut. — Tacit. I. 70. *Nihil strenuus ab ignavo, sapiens* a prudenti, *consilia a casu differre.* Codex, si fas credere, Mirandulanus, *ab rude*, ut ex ingenio Freinshemius, recte. nam *aprudens* uno verbo non legitur. Caeterum vox *prudens* tam Marti quam Mercurio apta. Noster infra: *impigre* prudenterque *suorum et hostium res pariter attendere.* Glossae: *prud. ἐμπειρία, πρόνοια.* Tacitus II. 23. Prudentium *officia corrumpebat miles casuum maris ignarus.* Hirtius B. Al. XXVII. *prudentes* opponuntur *improbis* apud Caesarem B. Civ. II. 31. Prudentem *ex aequo bellatorem*, Ammian. XVI. 12. Hegesip. III. 4. *Vir acrioris ingenii, et ex aequo* prudens bellator. Codd. nostri, *acrioris consilii*, quam lectionem si admittas, lege *altioris ingenii.* Sed nihil mutandum. Veget. II. prolog. *Verum tranquillitas tua, Imp. invicte*, altiori consilio etc. IV. 41. *Eatenus, quatenus eos imperitiae usus instruit, quam* altior doctrina *firmavit.* MS. pro *eos*, *magis*, sed male. Noster saepe ita loquitur. confer Hegesip. IV. 11. Vopiscum in Numer. cap. 13. Iosephus locum hunc in oculis habuisse videtur. ita loquitur B. Iud. III. 2. *Οἱ δὲ πρὸς ἘΜΠΕΙΡΟΥΣ γε πολέμων ἈΠΕΙΡΟΙ, καὶ πεζοὶ πρὸς ἱππεῖς, ἈΣΥΝΤΑΚΤΟΙ τε πρὸς ἩΝΩΜΕΝΟΥΣ, καὶ πρὸς ὁπλίτας ἐξηρτυμένους εἰκαιότερον ὡπλισμένοι, θυμῷ τε πλέον ἢ βουλῇ στρατηγούμενοι, πρὸς εὐπειθεῖς καὶ νεύματι πάντα πράττοντας ἀντιταςσόμενοι, πονοῦσι ῥᾳδίως.* Wasse.

Conserrent. Com. *conferrent*, sed nihil eum iuvant membranae reliquae; adeo ut sit emblema scribarum. Gruter.

Illum diem aut omnes labores etc. Legendum, *omneis.* ita et hoc, et superius illud in vetustis. Rivius. — Hunc locum sic imitatus est Tacit. Annal. XII. *Enimvero Caractacus huc illuc volitans, illum diem, illam aciem testabatur, aut recuperandae libertatis, aut servitutis aeternae initium fore.* et Hist. IV. *Isque praecipuus illi dies magnae*
185 *offensae initium * et magna gloria fuit.* Thucydides II. Ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει. Plautus Capteiveis: *Hic ille est dies, cum nulla vitae meae salus sperabilis est.* Ciaccon. — Ennius XIV. Annal.

*Nunc est illa dies cum gloria maxima sese*
*Nobis ostendat, si vivimus sive morimur.*

Coler. — Dies me deficiet, si formulas allocutionum imperatoriarum hic colligere velim. Hoc tantum dico: id genus hortamenti, ad incitandos militum animos, plerumque omnium efficacissimum esse, quum lucri causa quidvis et facere et pati videamus hosce venalis animae homines, ut Senecae verbis utar. Tum autem potissimum penetrant in animos militum, quum verbis ducis, nunquam ab eo decepti, plenam fidem adhibent. Sic enim milites Alexandro, magna quaedam, post captum Porum Regem Indorum, ipsis pollicenti, quia nunquam eos affirmatio eius fefellerat, alacres pollicentur operam; sub initium lib. X. apud Curtium. Rupert.

Ad hoc viritim. Sic apud Tacit. III. Hist. X. §. 7. *Antonius Primus, ut quemque notum et aliquo militari decore insignem adspexerat, ad ferendam opem nomine ciet.* Adde not. ad Catil. ca.. 59. Rupert.

Postremo pro. Reg. Bodl. Pemb. γ. λ. omittunt *pro.* B. Pab. *cuiusque pro.* Gruterus et caeteri Codd. retinent. Paullo supra *sui* abest lib. 3. Ball. Venetis. Wasse.

Alium alio modo. Ut apud Iustin. lib. XI. cap. 9. Alexander; apud Tacit. III. Hist. 24. §. 1. Antonius. Vide Freinsh. in Curt. lib. III. cap. 10. §. 4. Rupert.

Cum interim Metellus ignarus hostium monte digrediens, cum exercitu conspicitur, primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet. Sic in cunctis fere, quae ipse viderim, exemplaribus reperi; ceterum Donatus in Terentii Eunuchum II. 3. *conspicatur* hic legit, non *conspicitur.* idque ita sensus quoque exigere videtur, ut sit a *conspicor* deponenti, quod est *videre.* nam hoc dicit Sallustius, Metellum vidisse ipsum quidem hostes, qui se occultarant, sed ita uti non satis eos propter virgulta, inter quae consederant, internoscere, aut quid tandem rei esset, diiudicare posset; id enim est quod sequitur, *Primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet.* Florentinum, *cum exercitu conspicit eos,* non, *conspicitur.* Rivius. — Mire mutatum dicendi genus. Cum enim dicere vellet, Iugurtham ante absconditum, nunc Metello visum, ait: *Metellus cum exercitu conspicitur.* Omnia enim continuo sequentia indicant, Iugurtham nunc primum Metello videri, qui in eo colle, quem transverso itinere porrectum auctor docuit, consederat. Metellus dubius

erat, non Iugurtha. Verum id magis mirandum, quomodo Metellus monte digrediens hic dicatur, quem nusquam ascendentem descripsit. Sed neque semel hoc dixisse contentus auctor, bis paulo post repetit, ut hunc locum non dubitem prorsus corruptum. Prima quidem verba, si non bis postea *descendisse* repetisset, ita legi poterant: *Cum interim Metello ignaro hostium monte digrediens cum exercitu conspicitur*, scilicet Iugurtha. Inde enim dubius primum Metellus, statim deinde agmen constituit. Plura dicere nolo.* Commentatores nihil ad rem dicunt, et nos coniecturas nostras referre nolumus. Lector ipse sibi iudicium suum reservet. Adiuvat iudicium nostrum, quod quidam codices habent paulo post, *incerti cum natura loci tum dolo ipsi.* ubi alii habent *incertum*, ut non sit mihi dubium locum esse mutilum. Glarean. — *Monte digred.* Sic supra: *neque colle digredi.* Tacit. Hist. I. *Caecina propiore transitu Peninis iugis digredi iussus.* [καταβαίνει Glossae. W.] Ciaccon.

Conspicatur. Sic quidem citatur Donato, * ac MSS. nostri unanimiter *conspicitur.* Gruter. — Quibus accedunt etiam nostri. Wasse. 18

Nam inter virgulta equi consederant. Insidiis aptissima, silvae, colles dumis, ripae salicibus obsitae, cavi hiatus, campi denique aequales, sed virgultis interpolati. Polyb. lib. III. cap. 71. *Cum observasset locum planum quidem et nudum, aptum tamen insidiis propter rivum altam habentem ripam, eamque vepribus ac virgultis continuis vestitam, dolo hostem decipere parabat; eo facilius, quia Romani silvas omnes suspectantes, campis patentibus plane fidebant.* Memorabile est, quod de Narsete apud Agathiam lib. I. de Imperio Iustiniani legitur: *Ut Francos in silva quadam conglobatos inde electaret, tali usus est stratagemate. Iussit enim suos terga vertentes, retrorsum concitatius ferri, veluti timore perculsos, fugamque capessentes, ut scilicet ea ratione barbari quam remotissime e silva in apertum campum evocarentur. Quum igitur Franci fuga ista decepti, et verum esse timorem rati, confestim animis pleni aciem solvissent, silvaque egressi fugientes acriter insequerentur: ibi Narses, postquam hostes iam per nudum campum dispersi quam longissime, essent a silva avulsi, confestim conversis equis pedestrem eorum aciem protrivit.* Rupert.

Plane occultati. Sic Codd. nostri. at Bodl. *plene*, male. Auctor de B. Afric. cap. VII. de Mauris equitibus: *Latent enim in insidiis cum equis inter convalles, et subito* exsistunt, *non ut in campo cominus depugnent. exsistunt* eleganter. ἐκπηδᾶν. *prodire et cum impetu exsurgere.* Lucret. II. 792.

— — *Nequeunt sine luce colores*
*Esse*, *neque in lucem* exsistunt *primordia rerum.*

V. 212.

*Si non foecundas vertentes vomere glebas*
*Terraique solum subigentes cimus ad ortus,*
*Sponte sua nequeant liquidas* existere in auras.

Priscian. 865. corrupte, *auraque cimus ad ortus.* MSS. eius, *aurarum*, Cic. de claris Orat. §. 15. *Tum etiam magistri dicendi subito* exstiterunt. de Divin. I. 126. *summersus equus de voraginibus non* exstitit. et 103. *Repente laetus* exstitit. Glossae reddunt per vocem ἀνακύπτω, quod lis-

dem interpretibus valet *emergo*. Et sic utitur Chrysostomus: *ἀνέκυψα τοῦ βιωτικοῦ κλύδωνος*. sic etiam Xenophon in Oecon. aliique. Itaque vocem accepit Ascenius III. Verrin. Plin. II. 7. N. Hist. *Imposito liquore in saxum quoddam ibi sacrum protinus* flammam exsistere. hoc est, *emicare*. Seneca Thyest.

— *at pueri statim*
*Pectore receptus ensis, in tergo* exstitit.

Gruterus maluit, *exiit*. sed contra membranae Etruscae. Ovid. Metam. XV. 274.

*Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu,*
Exsistit *procul hinc alioque renascitur ore.*

Multus est in hoc verbo Hirtius ipse; sed et Nepos VII. 3. *Ne qua repentina vis in civitate* exsisteret. et sic Codex Trin. unde prorsus reiicienda lectio membranarum Cant. apud Senec. Ep. XL. *Cicero quoque noster, a quo Romana eloquentia* exsiluit. omnino recte edd. vulgatae, *exstitit*. Nec audiendus ad locum Lipsius. Curtius IX. 8. *subito e terra* exsistebant. quod Quintil. Decl. 255. per *emergere* reddit. Confer denique Vegetium II. 11. VII. 10. VI. 4. Livium III. 13. Manilius I.

*Diversas quoque per facies accensa feruntur*
*Lumina, quae* subitis exsistunt *nata* tenebris.

WASSE.

INCERTI QUIDNAM ESSET. Forte *incertati*, a verbo *incerto*: vide Nonium: ut sit *incertati*, occultati, obscurati. CIACCON. et URSIN.

DEINDE AGMEN CONSTITUIT. Volumen Fabricianum *dein*. et, *paullisper agmen constitit. ist still gestanden*. ut sit *agmen* casus nominativi. Aldinum exemplar facit cum pervulgata lectione. Q. Curtius III. *Tunc consistere agmen iubet*. Livius I. belli II. Punici: *Constitit utrumque agmen, et proelio sese expediebant*. licet perperam in Ascensiano *constituit*
187 legatur. RIVIUS. — Plautus in Bacchide: *Navem ex * templo statuimus*. in aliis est *constitit*, ut sit *agmen* nominativus casus. atque hoc modo et Livius et Curtius loquuntur. CIACCON. — *Stitit* legendum esse iam alii monuerunt. Nisi tamen compositum huic auctori idem valere debet simplici. Apuleius quoque *desistere* pro *sistere* usurpavit illo versu:

*Montis in excelsi scopulo desiste puellam.*

COLER. — Placet *constitit*. ceterum in MSS. nostris editisque omnibus visitur *constituit*. GRUTER. — *Constitit*, id est, *constituit*. Lucret. lib. VI.

*Et per quae possunt vitam consistere tutam.*

id est *constituere*. Vid. Gif. Ind. in verbo *consistere*, ubi hanc lectionem Sall. asserit. RUPERT. — *Constituit* nostri et Gruteriani omnes. B. Pub. *instituit*, inepte id quidem. Volumen Fabricianum *constitit*, quod vulgatae praeferunt. Rivius, Ciacconius, Gruterus, viri celeberrimi. Liceat mihi contra sentire; nam si in his rebus aliquid video, illud *constitit* merum est alterius vocis interpretamentum. *Constituit* hoc loco valet *repressit*. Livius: Constituunt agmen, *et expedire tela animosque militibus iussit*. Caesar B. G. IV. 23. *Aperto ac plano littore* naves constituit. Metaphrastes εἰς ὅμιλον etc. ὥρμησεν. et 24. *quod naves propter magni-*

*tudinem nisi in alto* constitui *non* poterant. ibi Graecus segniter, *μένειν*, Homeri sui oblitus, qui Odyss. XII. 185. dixerat:

*ΝΗΑ ΚΑΤΑΣΤΗΣΟΝ, ἵνα νωϊτέρην ὄπ᾽ ἀκούσῃς.*

et:

*Ἄψ δ᾽ εἰς Αἰγύπτοιο διϊπετέος ποταμοῖο*
*ΣΤΗΣΑ ΝΕΑΣ.*

Pro *sistere* Cicero Verrin. X. 1. *Ipse arripuit M. Aquilium*, constituitque *in conspectu omnium*. pro Cluent. *Et hominem ante pedes Q. Manlii, qui tum erat Triumvir*, constituunt. Vide L. XXXIX. ff. *de Excusatione*. Virgil.

*— candentem in littore taurum*
Constituam *ante aras voti reus.*

Pro *deponi* Catullus LXIX. ad Mallium:

*Intulit, et trito fulgentem* in *limine plantam*
*Innixa, arguta* constitit in *solea.*

inamoena repetitio praepositionis aures verberat. Codices omnes Achillis Tatii *constituit solea*. scilicet ita legendum. Velleius II. 32. *reliquias eorum contractas in urbibus, remotoque a mari loco, in certa sede* constituit. Ad hanc formam *destituit* apud Caecilium Symbolo: Destituit *omnes servos ad mensam ante se*. Naevium: *in alto navem iubet* destitui *anchoris*. hoc est, inquit Nonius, *rursum statui*. Stephanus in Lexico interpretatur *dissolvi*; eum nullus intellego. Glossae d. *διέστησεν* recte. Cicero Verrin. III. 26. *alios in publico custodiri*, destitui *alios* in convivio. et alibi. Plautus Rud. III. 5. *Ita duo* destituit signa *hic* cum clavis senex. Ovid. Epist. XI.

*Iamque dari parvum canibusque avibusque nepotem*
*Iusserat*, in solis destituique locis.

Liv. II. 13. Apuleius Met. II. pag. 37. *Mustela contra me constitit, obtutumque acerrimum in me* destituit. i. e. visum defixit. Gracchus apud Gellium X. 3. *Palus* destitutus *est in foro*. Vide Gronovium patrem ad Liv. XXVII. 16. qui nostrae sententiae, instar omnium unus, accedit. Wasse.

Ibi commutatis ordinibus. Quae ad explicationem huius loci spectant, affert Lips. IV. de Milit. Dial. 6. Rupert.

In dextro latere quod proximum hostib. erat. Manuscripta duo, *quod proximum hostes erat*, pro eo fortasse quod est, *proxime hostes*. nam Cicero quoque loqui identidem sic consuevit; velut cum ait: *Ut cum suis copiis quam proxime Italiam sit*. et iterum: *Habemus exercitum quam proxime hostem*. sic et alias idem. Sed et Sallustius supra: *Proxime Hispaniam Mauri sunt*. Si quis nomen esse malit τὸ *proximum*, haud multum equidem reluctabor. Rivius.

Quod proximum hostis etc. Ita et Codd. auctoritatis conspectioris; nam alii firmant vulgatum *p. hostibus*. Gruter. — Ut apud Florum IV. *prima acies, quae* proxima hostem. Wasse.

Transversis principiis. Paullo post: *Ipse * cum sinistrae alae* 188
*equitibus, qui in agmine principes facti erant*. Ciaccon. — Vide Gronov. lib. IV. Observ. Wasse.

## CAP. LIV.

Ne siti. Com. non agnoscit voculam *ne*, et poterat abesse. Gruter. — Pro *tempore* Pemb. primitus *temperie*. Wasse. — Vid. Not. ad Flori lib. III. cap. 2. §. 8. et lib. III. cap. 11. §. 7. Rupert.

Rutilium legatum. Hic est P. ille Rutilius Rufus, ut puto, qui Consul fuit cum C. Manlio anno ab U. C. 648. nec multo post innocentissimus, in iudicium vocatus de pecuniis repetundis, damnatus est. Cic. in Bruto, pro Fonteio, pro C. Rabirio Posthumo, in Pisonem, de Oratore lib. I. de Officiis lib. II. Livius lib. LXX. Tacitus lib. III. Patercnlus in priori volumine, Valerius Max. lib. VI. cap. 4. Orosius lib. V. cap. 17. Asconius in Divinationem, Seneca de Beneficiis lib. V. et VI. Epistolarum lib. III. de Divina providentia. Castil.

Iter suum. Abest pronomen Ball. et Venetis. Infra: *paullatim*. Paicaeus ad oram sui codicis legit, *palatim*, *πεπλανημένως*; sed contra Codd. et rectam rationem. Wasse.

Paulatim procedere. Idem praecipit Onosander cap. 6. Strat. *Ut ubi iam ferro decernendum erit, simulac in hostium contuitum dux venerit, agmen iubeat progredi suspenso gradu pedetentim caveatque ne huc illucque cursitet. Etenim* (inquit) *plerumque intempestiva corporis defatigatio multum de fervido et acri illo militum robore minuit et absumit.* Rupert.

Post principia habere. Sic Sisenna Hist. lib. III. apud Nonium: *Post principia paulatim secedunt atque inde fugae se mandant.* quo in loco mendose *post ricipia* legitur. Sic et Gnatho Terentianus Actu IV. Sc. VII. *Tu hosce instrue, hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.* et C. Gracchus apud Gellium lib. XV. cap. 12. *Sed in convivio liberi vestri modestius erant, quam apud principia.* sic enim est legendum, non ut in vulgatis, *principem*. Et Cicero ad Marcum Brutum: *Spes libertatis nusquam, nisi in vestrorum castrorum principiis est.* quo in loco male quidam, *praesidiis* pro *principiis*. Et Varro de Re Rust. lib. III. cap. 4. *Ego vero, ut aiunt, post principia in castris.* Ald. Manut.

Principes. I. e. *vicem obtinentes Principum*; respectu hostium pr. erant. Wasse.

Suos praetergressum videt. MSS. omnes fere a manu prima *praetergressos*, aut *praetergressus*, praeter Pall. 5. et 7. in quibus restat lectio vulgata; nam refert Pal. 3. *suos praeter videt*, sine *gressum*, quod forsan inveniet defensores suos. Gruter. — *Praetergressum* a secunda manu Pemb. uti et *λ*. *γ*. *praetergressos* Grut. Infra Venet. 1470. L. 2. abest *peditum*. Wasse.

Ne forte cedentibus adversariis receptui. Vox *adversariis* glossema esse videtur. Ciaccon.

189 * Deinde. Fabricianum, *dein*. Rivius. — Arond. solus *deinde*. Supra pro *post* Arond. *pro munimento*. hoc est, quod apud Graecos *ὁρμητήριον παρέχειν*. Wasse.

Numidae alii postremos caedere. Ita MSS., non *postremo* ce-

*cedere.* Atque ita sensus quoque ipse postulat. Rivius. — Lego: *Numidae alii postremos incedere.* Palm.

A sinistra. Abest praepos. L. 2. Ball. Bodl. Venetis. Forte legendum: *p. sinistra, dextra t.* Supra L. 8. omittit *dato.* Infra idem Codex: *Dein signo undique simul clamor oritur.* non male. Wasse.

Infensi adesse. Hunc locum respexit Hegesippus I. 26. *Totam infestabat provinciam, atque omnibus locis* infensa erat. Sic editi, nullo plane sensu. Repone ergo ex MS. Codice: *infensus aderat.* Virg. *Omnibus umbra* locis adero. Iosephus B. Iud. I. 8. *Τὰ προσεχῆ τῇ Συρίᾳ κατατρέχοντα.* ibidem: *Excitabat hic sermo, secundo plebis rumore, aemulationem piam laudis fraternae, ut Phaselus iuniorem quem adaequaret mentis benignitate* etc. At rectius membranae: *quem adaequare virtute non poterat, adaequaret mentis benignitate.* Ball. *inf. adesse, instare. γ. signo hostis invad.* L. 3. Sic infra cap. 61. omissa voce *dato.* Infra *Romanos ord.* Grut. Contra nostri. Wasse.

Ludificati in incerto proelio. Manuscripta, *incerto proelio,* omissa praepositione; idque rectius. Rivius. — Non diversus a moribus Iugurthae Tacfarinas apud Tacitum An. III. 21. *Spargit bellum; ubi instaretur, cedens ac rursum in terga remeans; et dum ea ratio barbaro fuit, irritum fessumque Romanum impune* ludificabatur. Nazarius in Paneg. *Diducta acie, in irrevocabilem impetum hostes effundis: dein quos* ludificandos *receperas, reductis agminibus includis.* Vide Silium VIII. 214. 646. Tacitum I. 46. Ammianus XVII. 13. *Non congressibus nec armis fretus aut viribus, sed latrociniis assuetus occultis,* astu, *et* ludificandi *varietate, iam inde ab instituta gente nostris quoque maioribus formidatus.* Vide XXIV. 1. XXXI. 12. Wasse.

Ipsi modo eminus etc. Sic quidem Pall. at Comm. nostro non adsunt *ipsi modo,* forsan bene. Gruter. — *turba* Reg. Trin. Wasse.

Non confertim in unum se recipiebant. Vetustus Gothi codex habebat: *non confertim, neque in unum sese recipiebant:* quae lectio placet. Continuo post, *numero priores,* habent plerique libri; quidam tamen illud *priores* in *plures* mutarunt, male, moti raritate sermonis. Glar. — Manuscripta: *non confertim, neque in unum.* quomodo et Aldinus codex. Rivius. — *conferti γ.* Wasse.

Hostes. Reg. *hostis.* Pemb. postea mutatum in *hostes.* Wasse.

Sin opportunior — fuerant. MSS. omnes *fuerat,* neque aliter olim cusi, emendatumque in Naz. *campus,* ut fortassis vox *fuerant* veniat delenda. * Gruter. — Reg. Venetae, *γ.* Ball. B. Pub. *fuerat.* quam 190
vocem retinet et defendit Amplissimus Perizonius ad Sanctium pag. 815. Noster alibi: *signa militaria obscurati.* Wasse.

Ea vero consueti Numidarum. Duo ex manuscriptis, *eo vero consueti* etc. ut sit, ad eum collem. Rivius. — E Bertiniano: *Ea vero consueti Numidarum equi, facile inter virgulta evadere: nostris a. e. i. l. retinere.* Nam post vocem *equi* interstinguendum. *consuetus rem aliquam,* ut *consuescere rem aliquam.* Palmer. — Sic olim cusi, sic a manu prima membranacei, non *eo,* quod placuit Carrioni. Gruter. — *Ea vero*

Venetae, Pemb. a 2. manu γ. λ. et pro Var. Lect. eo. sic B. Pab. Wasse. — Vid. Freinsh. ad Curt. lib. V. cap. 4. §. 20. Rupert.

## CAP. LV.

Facies totius negotii varia, incerta. Unde Martem ἀλλοπρόσαλλον epitheto Homerus insignit, tanquam mutabilem, et qui nunc huic, nunc illi adhaerens, subinde mutat partes. Sapienter etiam Seneca in Thebaide:

*Licet omne tecum Graeciae robur trahas,*
*Licet arma longe miles ac late explicet,*
*Fortuna belli semper ancipiti in loco est.* Rupert.

Dispersi a suis, pars cedere, alii insequi. In quibusdam, *diversi a suis*, verum eodem plane sensu, pro *disiecti* et *disiuncti*. Rivius.

Arma, tela. Sic Codd. et Liv. V. 6. *L. Horatius* arma, tela, *frumentum, quaeque belli alia tempora poscent, provideat.* sic VI. 6. X. 4. *Custodiae in portis, vigiliae vicatim exactae;* arma, tela *in muros congesta.* et sic X. 28. XXII. 57. XXVI. 14. XXVI. 47. XXX. 11. XXXIV. 52. XXXVI. 17. Plutarchus copulas adhibet: Ἑλληνικὰ κράνη, καὶ πέλται Μακεδονικαὶ καὶ σάρισσαι. D. Ambros. Hexaëm. VI. 8. *Nisi forte illud miraris, quod abundant* auro, argento, pecunia. Noster etiam cap. X. 8. *omnia constrata* telis, armis, *cadaveribus.* Latinus Pacatus cap. XXXVI. Arma, tela, *equi, homines, viva, perempta, prona, supinaque corpora passim, vel in acervo iacere.* Tacitus de Mor. Germ. 29. *Exempti oneribus* (Catti) *et tantum in usum proeliorum sepositi, velut* tela *atque* arma *bellis reservantur.* sic etiam cap. XXXIII. Caesar *quod omnem apparatum belli*, tela, arma, *tormenta ibi collocaverat.* Civ. B. III. 44. atque ita Hirtius B. Alex. cap. 9. Auctor de B. Afric. cap. 89. Ovid. II. Pont. I.

Armaque cum telis *in strue iuncta suis.*

Q. Septimius I. 16. vide Gellium X. 25. qui *tela* a iaculis distinguit. item Cic. de Orat. III. 42. et pro Caecina §. 31. Ovid. Metam. IX. 200.

*Sed nova pestis adest: cui nec virtute resisti*
*Nec* telis armisve *potest.*

Demosthenes pro Corona 340. καὶ χρήμασι καὶ ΒΕΛΕΣΙ καὶ ΟΠΛΟΙΣ. Plutarchus de Deo Soc. pag. 584. ἐπλεύσας ΟΠΛΟΙΣ καὶ ΒΕΛΕΣΙΝ ἡμᾶς ὠφελήσων. Seneca Herc. 479.

*Non* tela *sunt,* non arma, *non ignis minax.*

Infra: *ordines observare.* ita Codd. recte; compositum pro simplici. Sulpicius Severus I. 33. *non imperia exsequi, non* ordines observare. ubi vocem *observare* frustra sollicitat Ioannes Vorstius; e contra *servare* pro *observare* invenitur apud Cic. aliosque, servare *de coelo. Hostes, cives* superfluunt. Noster tot verbis ἀσυνδέτως vix alibi utitur. Infra: *omnia* arma, tela, loca, tempora, *denique naturam ipsam* etc. alibi: *fugi, fugere, occidi, capi.* et: *fama, pudicitia, liberis, patria* atque parentibus. Wasse.

HOSTES ATQUE CIVES. *Tò atque* non est in duobus manuscriptis. RIVIUS.

* SORS OMNIA REGERE. Manuscripta *Fors*, pro Fortuna. sed est 191
idem utrobique sensus. Facit cum manuscriptis Florentinum atque alia pleraque. RIVIUS.

ITAQUE MULTUM DIEI PROCESSERAT. Videtur scribendum, *Et iam multum diei processerat*, vel ut est in V. C. *die*, pro *diei*. Sic enim habetur infra V. C. *Et iam die vesper erat.* Item: *Iumque dies consumtus erat.* *Die* vero ἀρχαϊκῶς dixit, ut Plautus Pseudolo: *Vides iam die multum esse.* et Virgilius Georgicis:

*Libra die somnique pares ubi fecerit horas.*

URSIN. et CIACCON. — Q. Septim. III. 4. *Iamque diei plurimum processerat.* Livius III. 60. *postquam multa iam dies erat.* WASSE.

DENIQUE OMNIBUS MODIS etc. *Tò modis* non habent codices in membrana descripti, neque ceteri vetustiores. RIVIUS. — In solo Aldi codice invenio additum verbum *modis: Denique omnibus modis labore et aestu languidis.* quod displicet: pendet enim oratio a sequentibus, non a praecedentibus. Item paulo post: *Neu paterentur hosteis fugientes vincere.* Soldus *fugientes* nominativi casus existimavit, et supplet *Rom.* Badius accusandi, et coniungit ad *hosteis.* sed magis placet Soldus hoc loco; vehementer enim timuit Metellus, ne sui succumberent. Mox etiam illud obscure dictum: *Quos firmos cognoverat eminus pugnando retinere.* Soldus tamquam clarum, pulcre transsilit; Badius, *retineret*, inquit, ne ad suos accederent, pugnando eminus. Badius igitur verbum *quos* ad Romanos retulit, ut *dubiis* verbum quod praecedit. idque mihi placere debet, donec melius vel invenero vel edoctus fuero. GLAR.

OMNIBUS LANGUIDIS. Quomodo ardorem pugnae in militibus, languide ac remisse praeliantibus, excitare debeat Imperator, addocet Onosander cap. 14. Strateg. hisce: *Si milites languide ac remisse pugnant, aut ductoribus suis contumaciter repugnant: tunc Imperator periculum imminere utiliter simulabit, maxime si eos ita in metu ponat, quasi stent in insidiis hostes iam erupturi. Sic enim non pavidos, sed cautos efficiet. Et afflicti quidem animi roborandi et confirmandi sunt: lenti vero ac desides, terroribus excitandi: et ita timidi fortes evadent, audaces vero cautiores ac prudentiores fient.* Et paulo post: *Sciat Imperator modo pericula et sermone et vultu confutare ac elevare: modo simulato metu eadem adaugere.* Legendus etiam praeter alios Frontinus lib. I. cap. 11. RUPERT.

MINUS INSTARE. Blanditur quidem oculis Bongarsii scriptus, *mitius inst.* sed si examines, reperietur natus ab ignorantia librarii. GRUT. — Dixisset Noster, lenius *agere. Atque hae ipsae et intendi et leniri possunt.* Celsus lib. II. cap. 15. WASSE.

PAULLATIM MILITES IN UNUM CONDUCIT. Tacit. Annal. IV. *At Sabinus, donec exercitum in unum conduceret.* lib. XV. *Et auxilia regum in unum conducta.* CIACCON.

ORDINES RESTITUIT. Sic Pall. at Com. *constituit.* GRUTER. — Quidam libri: *agmen restituit.* Alii: *ordines constituit.* Priorem lectio-

nem et probatissimi quique ex impressis habent. Ego nihil interesse existimo, hanc an illam sequaris. Popma.

Simul orare et hortari milites. Illa *et* copula non est in omnibus vetustis. Et iam saepe monui, libenter Sallustium facere, uti asyndeto utatur. quod, ut alias, ita hic quoque habet instans ac urgens quiddam, ac sententiam mire iuvat. Rivius. — Sic nostri; Gruterus *et*. Wasse.

Hostes fugientis vincere. Vox *hostis* auferri poterat sine iniuria sensus. Gruter.

Neque illis castra esse, neque munimentum ullum, quo ce-
192 dentes tenderent. Fabricianum, * *neque illis munimentum ullum.* ut pronomen *illis* denuo repetatur. nam interdum per pleonasmum abundat hoc pronomen, sed non sine gratia; velut apud Virgilium:

*Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.*

et Terent. in Adelphis: *Quem neque fides, neque iusiurandum, neque illum misericordia repressit, neque reflexit.* Sit haec coniectura; quamquam mihi quidem ad sententiam mire facere videtur haec repetitio pronominis, et non gratiam modo, sed et vires addere sensui, et affectum orantis atque hortantis quasi ob oculos ponere: id aliquis non intelligens, ut est audax inscitia, cum frustra repetitum crederet, e medio illud removit. Rivius. — *Neque illis castra esse, neque ullum munimentum.* Ita omnes MSS. praeter Naz. qui habet repetito pronomine, *neque illis castra esse, neque illis munimentum ullum.* de quo visantur castigg. Rivii. nam mihi videtur analphabetarii interpretatio; etsi enim hisce talibus sua venustas, sua vis in re oratoria; at non institutum heic Sallustio pandere eam artem: argumenta tantum, veluti punctis, signasse sufficit; itaque adimi adhuc possit vocula una atque altera, et scribi, *neque castra, neque munimentum ullum.* Gruter.

In armis omnia sita. Vide not. ad Catil. 58. §. 5. Rupert.

Sed nec Iugurtha interea quietus erat etc. Vide notam ad eiusdem Catil. cap. 60. §. 3. Rupert. — Verbum postremum otiosum est. Gruter.

Quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere. Florus aliquis Annaeus solum posuisset, *firmos eminus pugnando ret.* Gruter.

## CAP. LVI.

Iugurthae alia omnia, praeter milites, opportuna. Haec res bello Antiochico minorem Romanis Annibalem fecit, ut legimus apud Iustin. lib. 31. cap. 6. §. 9. Alioquin absque Metello aliquo, Romani milites omnes leones fuissent; tamen rei militaris peritus Iugurtham cum exercitu suo e cervis constante praetulisset. Vide Indicem nostrum Iustinianum in vocabulo *Dux*. Adde Freinsh. in Curt. lib. 3. cap. 2. §. 10. Rupert.

Perfugium esse. Ita MSS. auctoritatis solidioris; in aliis *profugium*, quod fuit hactenus in vulgatis. Gruter. — L. 2. 3. Pemb. Venetae, Mart. *profugium.* Wasse.

ET IAM DIEI VESPER ERAT. In manuscriptis duobus est, *Et iam die vesper erat*, pro *diei.* ut sit genitivus antiquus, cuius et Priscianus VIII. meminit, et Gellius ipse IX. ubi docet C. Caesarem in lib. de Analogia II. *huius die* et *huius specie* dicendum putare; seque in Iugurthae Sallustii summae fidei et reverendae vetustatis libro, *die* casu patrio scriptum invenisse, ubi ille inquit: *Vix decima parte die reliqua.* Sed et Servius alicubi Sallustium *acie* pro *aciei* dixisse testatur. Ridiculum vero, quod in manuscripto nescio quis annotarat, *die*, subaudiendum *deficiente.* RIVIUS. — Sic [*die*] a manu principe Pall. tres et Commelin. meus. videatur Rivius. GRUTER. — *γ. vesper diei.* caeteri *diei vesper erat.* et
* sic Q. Septim. III. 8. 19. vide Frontinum II. 1. Hegesippus II. 7. luce 193
diei *atque in medio urbis.* WASSE.

ADVORSO COLLE, SICUTI PRAECEPTUM FUERAT etc. Commel. *erat*, ut putem id vocis a stilo extraneo. GRUTER. — *γ. erat.* WASSE.

PLEROSQUE VELOCITAS ET REGIO HOSTIBUS IGNARA, TUTA SUNT. Sic de Alpinis Tacit. II. Hist. 13. caesis ab Othonianis: *Nec capi poterant, pernix genus et guari locorum.* Porro eiusmodi pernicitas seu velocitas corporum vel maxime ad militiam apta et apposita est, indice quidem Vegetio, qui lib. I. de R. M. scribit: *velocitatem esse, quae percepto exercitio strenuum efficiat bellatorem.* Sed et ad cursum idcirco praecipue assuefaciendos esse iuniores militum, ibidem monet, *ut maiore impetu in hostes incurrant; ut loca opportuna celeriter, cum usus advenerit, occupent, vel adversariis idem facere volentibus praeoccupent, ut ad explorandum alacriter pergant, alacrius redeant, ut fugientium terga facilius comprehendant. Praeterea*, inquit, *in ipso conflictu ac dimicatione telorum bellator cum cursu saltuque veniens adversarii perstringit oculos mentemque deterret, priusque plagam infligit, quam ille ad cavendum vel ad resistendum se praeparet.* RUPERT.

BOMILCAR, QUEM ELEPHANTIS etc. Scripsissem ego, *Bomilcar elephantis ac parti peditum praefectus.* expunctis caeteris, repetitionis odiosae. GRUTER.

AEQUUM LOCUM. Hoc est vel *planum*, ut LXXXI. cum quo *aequum* coniungit Cicero Acad. II. vel *non suum*, sed hosti, aeque ac sibi faventem. Orosius V. 16. *Cimbri postquam continuo triduo circa Rom. castra pugnarunt, si quo pacto eos excuterent vallo, atque in* aequos campos *effunderent.* ibi Colon. et Ioannensis *in aequor c.* unde vocem *campos* a glossatore profectam asserit Lautius, Maronis et Lucani immemor:

*Non* aequo *dare se* campo, *non obvia ferre*
*Arma viros, sed castra fovere.*

etiam:

— *Dimitte fugam, et te comminus* aequo
*Crede* solo, et campum *miles descendat in* aequum.

Mons enim alteri parti ad pugnam inopportunus; unde et apud Statium Theb. IV. 402. ex Codice Arond. ita lego:

— *Qui solus avita*
*Gramina* communemque *petis defendere* campum.

eodemque loco pro *aeternis* idem codex *Aetnaeis*, quod etiam amplector:

— Aetnaeis *potius me, Bacche, pruinis*
*Trans et Amazoniis ululatum Caucason armis.*

Habes *aequum campum* Liv. II. 50. 64. V. 38. XXXIII. 33. XXXVI. 17. XXXVII. 18. IV. 16. *Aequimelium*, vid. Varronem L. L. IV. pag. 37. Ovid. Arte II. 71. Aeschylo autem, quia quod undique patet oculis rotundum videtur, nomine *ἀσπίδιον* venit. Inepte ergo Homeri *δι' ἀσπιδέος πεδίοιο* Scholiasta et Interpp. *stratum clypeis campum* vertunt. Sed Crates apud Etymologum pleno sapit pectore: *ἀσπίδιος*, ait, quia diffunditur aequaliter, undique vorsum *δίκην ἀσπίδος πάντοσε ἴσης*. tales campos vocant Euripides *τὰ πεδίων ἐδάφη*. Zosimus II. *ἀναπεπταμένα*. *aequor* denique poetarum, teste Cicerone Acad. II. qui tamen usus est I. Divin. §. 152. id quod Augustei aevi scriptoribus haud frequentatam. Vide tamen Sidonium Epist. IV. 8. *aequa* itaque *loca* sic opponuntur *iniquis*, quemadmodum *impeditis*, *arctioribus*, *libera*. Hegesipp. I. 24. ubi vulgati corrupte: *nisi Antipater videns totum in quo Mithridates erat* dextrum cornu a cohorte urgeri. Egregia sane cohors! quae cum haberet tantum 1005 pedites, equites 132, ausa est universum cornu, in quo fuere cohortes ad minimum decem, loco pellere. Hirtius enim,
194 licet * de numero nihil prodiderit, magnas tamen copias Mithridatem adduxisse asserit. B. Alex. XXXVII. Facile ergo assentior Codici Cantabr. pro *a cohorte* legenti *ab hoste*. Wasse.

Festinans. *Festinus* Mart. sed Fr. VI. 21. festinans *cohortes composuerat in secunda*. Iug. 25. *legati in Africam* maturantes *veniunt*. Wasse.

Neque remittit. Ex scripto legend. *neque interim remittit quid* etc. Putsch. — Editiones mediae infarserunt heic adverbium *interim*; sed non conspicitur in ullo MSS. nisi inter lineas; neque agnoscunt editionum primae. Gruter.

## CAP. LVII.

Primo rati humum aridam vento agitari. Alias huiusmodi vanas spes, pulverem procul aspectum etc. totos exercitus consternasse, nihil novum in historiis. Eleganter Seneca epist. 13. *Ita est, cito accedimus opinioni, non coarguimus illa, quae nos in metum adducunt, nec excutimus sed trepidamus, et sic vertimus terga, quemadmodum illi, quos pulvis motus, fuga pecorum, exuit castris, aut quos aliqua fabula sine auctore sparsa conterruit. Nescio quomodo magis vana perturbant. Vera enim modum suum habent, quicquid ex incerto venit, coniecturae et licentiae paventis animi traditur. Nulli itaque tam perniciosi, tam irrevocabiles, quam lymphatici metus sunt.* Rupert.

Cognita re properantes arma capere. Duae voces priores deleri poterant absque damno sententiae. Gruter. — Pulvis hostis adventantis certissimus nuntius, teste Aeschylo Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. v. 80.

*Ῥεῖ πολὺς δ' ὧδε λεὼς πρόδρομος ἱππότας·*
*Αἰθερία ΚΟΝΙΣ ΜΕ ΠΕΙΘΕΙ ΦΑΝΕΙΣ', ἄναυδος,*
*ΣΑΦΗΣ, ἜΤΥΜΟΣ ἌΓΓΕΛΟΣ.*

Virg. Aen. IX. 33. Wasse.

Omnes numero quadraginta. Est in manuscriptis, *numero* XXX. nec aliter in Florentino. * Rivius. — Omnes libri impressi habent: XL 193
*numero interfecti:* nos XXX legimus omnium librorum veterum auctoritatem secuti, qui unanimiter hunc numerum expressum habent, quemque et alii nonnulli se in suis invenisse testantur. C. Popma. — Ita emendatum in plerisque MSS. quamvis aliquot referant XXX. Commel. quidem initio habuerat XXXX. sed eo deleto repositum est XL. ut pateat errorem inde ortum quod arbitrarentur scribae, quadragenarium numerum minime exprimendum quatuor X. Gruter.

Fessi laetique erant. In vetustis nonnullis est, *fessi lassique erant:* pro *defatigati*, quomodo et sententia postulat, etiamsi secus exemplaria manuscripta. Rivius. — MS. Rittershusii, *praelio fessi laeti erant.* Latens mendum. Quis enim proelio fessus laetus? Fors fuat, ut Sallustius scripserit, *Proelio fessi lentique erant.* Coler. — Colerus *lentique erant;* nos ex MS. nostro, qui nunc est Bibliothecae Lugdunensis, reposuimus *fessi lassique erant.* neque vero *lassus* tanquam barbarum aut minus Latinum reiiciendum. eo utuntur Petronius, Iustinus, alii. Ovidius Amor. III.

*Saepe tulit lassis succus amarus opem.* Putsch.

Haud mihi recedendum putavi a lectione MSS. Palatinorum; praesertim cum ab ea item constanter starent membranae Rivianae. regnat quidem in hunc usque diem per editiones, *fessi lassique:* sed quae differentia utriusque vocis? mihi enim ambo idem notant. Nostra hoc vult, nihil obstitisse Rutilianis lassitudinem ac gaudium, quo minus Metellianis obviam irent: quod insolens. nam huic effectus talis, ut nolit obtemperare praefectis; illi, ut nequeat. haud aliter istaec intellecta veteribus, haurire est ex Palatino tertio, ubi verba ad hanc faciem: *quamquam itinere atque opere* fessi, *et praelio* laeti *erant* etc. Gruter. — Pemb. Ar. B. Pub. Reg. Ball. *fessi laetique.* Mart. L. 2. *lentique.* sic Colerus, improbante Popma; Putschius ex codice Lugdunensi et L. 1. 3. *lassique.* sed Grutero hac in re auscultandum. Noster enim infra: *alius alium* laeti *appellant.* aliter legerim *laesique.* Vulgatam unice firmat Livius XXII. 60. *Sed quum* fessis *pugnando* hostibus, *tum* victoria laetis, *et ipsis pletisque regressis in castra sua, noctem ad erumpendum liberam habuissent* etc. ubi Polybium expressit I. 26. *Ἐπιγιγνομένης τῆς νυκτὸς καὶ διὰ τὴν ἐκ τῶν ΚΑΤΟΡΘΩΜΑΤΩΝ ΧΑΡΑΝ καὶ διὰ τὸν ΚΟΠΟΝ ῥαθυμότερον ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν χρησαμένων* etc. Habes his locis *lassitudinis* et *laetitiae* effectus. Livius alibi vocem *fessi* tantum adhibet XXI. 27. sic VIII. 24. *Pervenit ad amnem ruinis recentibus pontis, quem vis aquae abstulerat*, indicantem iter; *quem quum incerto vado transiret agmen*, fessus *metu ac labore miles.* ibi Faber, *denegantem.* imo potius *indignantem.*

Pontem indignatus *Araxes.*

At forte hoc nimis poeticum. quid si ergo *insecantem?*

*— Pleno quem flumine cernis*
*Stringentem ripas et pinguia* culta secantem.

Plinius Hist. Nat. VI. 27. *Tigris eiusdem gentis tergo campos Cauchos secat.* Verum edita lectio non admodum displicet; campi inundabantur, at pontis ruinae viam inter aquas commonstrabant. Verum ut redeamus: qui ut lectionem alteram adstruant cum Servio ad Aen. VIII. inter *fessos lassosque* distinguunt, nugas agunt maximas. Saepenumero verba nectuntur quae plane idem sonant. Plautus Trin. *Nihil est profecto* stultius *neque* stolidius. antiquom *et* vetus. Mostel. II. 27. Demosthenes adv. Androt. 420. *ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἈΡΧΑΙΑ καὶ ΠΑΛΑΙΑ.* Homerus Iliad. XXII.

*Εἰ μὴ οἱ ΠΥΜΑΤΟΝ τε καὶ ὝΣΤΑΤΟΝ ἤντετ' Ἀπόλλων.*

Odyss. II.

*Λεῖβον δ' ἈΘΑΝΑΤΟΙΣΙ θεοῖς ἈΕΙΓΕΝΕΤΗιΣΙΝ.*

et Od. XII.

*— ΝΕΚΡΟΝ Ἐλπήνορα ΤΕΘΝΕΙΩΤΑ.*

*Memoria* immortalis *et* sempiterna. Mil. III. 3. *Qui homines sitis neque* novi *neque* scio. Mil. II. 6. *supplicium* longum diutinumque. Terent. *Neque quo quenquam plus* amem *aut* diligam. Plaut. Bacchid. II. 3. palam *atque* aperte. Tacitus An. XV. 15. *Sed qui ingredi ausi sunt,* validum *et* firmum *intellexere.* ibi Rhenanus, cui iste verborum cumulus insolens erat, *fidum* reponit. Plin. Hist. Nat. XXXVI. 2. *clam occulteque.* Cicero de Nat. D. I. 42. *Feceruntque ut eorum* bella, pugnas, proelia, *videremus.* Ammianus XX. 5. *Res ardua* poscit *ac* flagitat. Wasse.

196 * Dolus Numidarum nihil languidi etc. Hoc est, quod dixi in nota ad cap. 51. §. 2. Rupert. — Huc spectant Ammiani verba lib. XVI. 10. *Ubi vero proeliorum ardor* nihil perpeti *poterat* segne. Themist. Orat. XI. pag. 262. *ἡμέτερον ἂν εἴη μὴ μαλακίζεσθαι.* Taciti etiam An. II. 14. *Postquam crebrus pro munimentis cohortes et* nihil remissum *sensere.* Ammianus iterum XXV. 1. *Fervente certaminum mole, clypeorum sonitus, et virorum armorumque lugubre sibilantium fragor,* nihil perpetiens *iam* remissum. Hegesip. I. 36. *Ad ulciscendum vehementior;* nihil occultum, nihilque inultum *patiebatur.* Wasse.

Obscura nocte. Adeoque ademto omni prospectu, qui quam necessarius sit in bello, non solum militi, sed etiam duci, praeter alios praeclare docet T. Manlius Torquatus, apud Livium lib. XXVI. ubi consul declaratus, *valetudinem oculorum excusat.* Rupert.

Strepitu veluti hostes adventare alteri, apud etc. Lego ex Rittershusiano pro *adventarent*, *adventare.* Coler. — Reduxi scripturam antiquam, etiamnum conspicuam in edd. reiectitiis; minus recte hodie libros occupat *adventarent.* nam *adventare* est infinitivus, loco imperfecti, forma locutionis auctori celeberrima. Gruter. — Reg. L. 3. B. Pub. Marckiani, Pemb. Ball. Venetae, *adventare.* recte. Wasse.

Alteri apud alteros. Naz. ac Comm. noster *alteri apud alterum.* Gruter.

Et paene inprudentia esset. In manuscripto quodam *foret* reperitur, non *esset.* in Fabriciano vero neutrum horum est, ut nec Beroaldino. Rivius. — Quidam legi volunt: *Et paene imprudentia admissum*

*esset facinus miserabile.* alii et verbum *foret* et *esset* sustulerunt. qua ratione ducti id fecerint ignoro, fecisse tamen suspicor non sine caussa. Ego tamen hoc loco verbum *foret* reposui, codices duos MSS. secutus. atque ita esse legendum declarat locus ille in Catilinario: *Eo die, post conditam urbem Romam, pessimum facinus patratum foret.* utitur saepe verbo *foret* Sallustius. C. Popma. — Hegesipp. I. 18. *Ac pene incidisset* facinus miserabile. et V. 11. *Ac pene* admissum erat fac. mis. Wasse. — Qui heic adtexit e duobus MSS. *foret*, [Popmam intellige] oportet aures habeat parum exercitatas ad elegantiam Latiarem, neque, vel per somnium, meminerit eorum quae occurrunt Agellii lib. V. cap. 8. Palatini certe neutiquam agnoscunt id vocis, etiamsi eorum nonnulli exarati a librariis non admodum doctis. unde est, quod apparet in tertio: *admissum facinus miserabile esset paratum* etc. Gruter. — Val. Max. lib. IX. cap. 9. *Temeritati proximus est error, et ad laedendum par.* Rupert.

Rem exploravissent. Geminum illud Taciti II. Hist. 68. *Pulvis procul et arma aspiciebantur; conclamatum repente, XIV. legionem verso itinere, ad praelium venire; sed erant agminis coactores; agniti, dempsere sollicitudinem.* Porro de exploratorum utilitate vel potius summa in bello necessitate videndus Onosander cap. 6. et 7. Rupert.

Igitur pro metu repente gaudium exortum est. Omnes mei et antiqui et impressi codices consentiunt; quare nihil immutavi. Prisciani tamen lectionem proferre non ingratum fore arbitror. Ea autem haec est: *Pro metu repente gaudium mutatur.* C. Popma. — *Tò est* non reperi in manuscriptis. id cum hoc loco, tum * alias saepe ex glossa 197
addita irrepsit in contextum. Adnotavit autem et Gellius, *Est, erat, fuit*, plerumque abesse cum elegantia, sine detrimento sententiae, libro V. cap. 8. Rivius. — Sic C. Popmae libri. Priscian. *repente gaudium mutatur.* Wasse.

Exortum. Sic Codd. at Priscian. 1175. *mutatur. id est* (inquit) *metus gaudio mutatus est.* Horat. I. Carm. *saepe Lucretilem* mutat *Lycaeo.* Supra adduxerat huius formae exemplum ex Isocrate, unde patet eius exemplaria non esse corrupta; consentiunt etiam eius manu exarati Codd. Wasse.

Milites alius alium etc. Venustius foret, *milites alius alium laeti appellare, acta edocere atque audire, sua quisque fortia facta ad coelum ferre.* plane ultimum istud membrum hac forma comparet in aliquot MSS. Gruter.

Sua quisque fortia facta ad coelum effert. Manuscripta, *ad coelum fert.* utrumque apud Ciceronem reperitur, *in coelum ferre* et *in coelum efferre laudibus.* Rivius. — Ex scripto, *ad coelum ferre.* Putsch. — Vide Lucanum IV. 200. Wasse. — Tacitus de Vitellianis II. Hist. 70. §. 5. *Iam tribuni praefectique, sua quisque facta extollentes, falsa, vera, aut maiora vero miscebant.* Idem de militibus I. Hist. 44. *qui cruentatis gladiis, interfecto Galba, sese ostentarunt Othoni: praefixa contis capita gestabantur, certatim ostentantibus cruentas manus, qui occiderant, qui interfuerant, qui vere, qui falso, ut pulcrum et memorabile*

*facinus iactabant. Plures quam 120 libellos praemia exposcentium, ob aliquam notabilem illa die operam, Vitellius postea invenit.* Quibus accedit Archilochus posita ap. Plut. in Galba:

*— — Septem enim*
*Cecidere caesi; fortuito in hos pede*
*Incidimus, at nunc mille nostrum vindicant*
*Caedem sibi illam.* RUPERT.

QUIPPE RES HUMANAE ITA SE HABENT; IN VICTORIA. Brevitatis anceps scripsisset tantum: *quippe in victoria* etc. omissis ceteris. GRUTER.

ADVERSAE RES ETIAM BONOS DETRACTANT. Ita plerique habent codices, *detractant*, per *a* in secunda syllaba: Aldinus vero *decretant* legit, quod verbi non intelligo. Soldus more suo transsilit, in expositione tamen ait: *Apud victos etiam, qui fortes, tamquam ignavi vituperantur.* Badius, *Res adversae*, inquit, *detractant, id est, deprimunt et vituperant etiam bonos.* Ego (si modo recte legitur *detractant*) exponerem: *Res adversae bonos detractant, hoc est, bonis derogant.* Nam inde *detractores*, qui famae alicuius derogant, dicti videntur. Fuisse tamen priscum aliquod verbum per sciolos amótum valde vereor. GLAREAN. — Sic [*detrectant*] fere etiam MSS. nostri, nisi quod seorsim abeat Nazarianus, cui haec quidem lectio adpicta fuerat a nescio quo scriba, sed iterum deinde restituta ea quam habebat initio, *etiam bono detrectant.* in Pal. tert. nusquam extat vox *bonos*, solumque habet, *adversae res etiam decertant.* GRUTER. — B. Pub. *decretant*, et ita Pemb. primo, dein factum *decractant.* λ. *decretant*, vel potius *detretant*, at in margine a manu prima *detactant*, pro interpretatione *debilitant.* caeteri *detrectant.* Legendum *detractant*, quomodo ex antiquis Codicibus probavit Broukhusius Propert. II. 2. licet illud alterum malit Dacerius in suis ad Festum notis. Confer Columbum ad Lactantium de Mort. Pers. IX. 10. Glossae: *περιέλκω, καθαιρῶ δόξης.* et detrectator, *ἀπειθής, καταφρονητής.* detractans, *δοιδορῶν*, immo *λοιδορῶν.* detractaverit, *διαψηλαφήσωσι.* detractio, *διασυρμός.* Pro *detrectant* apud Apuleium de Deo Socr. pag. 54. Aldus *decurritant.* Rom. *decuritant.* Pntaram aliquando *detexunt* vel simile quid, pro, *nudant* ingenia et ostendunt quales viri sint, iuxta Horatiana ista:

*Sed convivatoris uti* ducis ingenium res
Adversae nudare solent, *celare secundae.*

quomodo fere alicubi Livius. Quod observatum Demostheni Ol. II. pag.
198 98. *δείγματα τῆς ἐκείνου γνώμης * κακοδαιμονίας ἐστὶ τοῖς εὖ φρονοῦσιν. ἀλλ' οἶμαι, νῦν μὲν ἘΠΙΣΚΟΤΕΙ τούτοις τὸ κατορθοῦν. αἱ γὰρ ΕΥΠΡΑΞΙΑΙ δειναὶ ΣΥΓΚΡΥΨΑΙ καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη.* Haec certe alibi adumbravit Noster. *Quia* secundae res mire sunt vitiis obtentui; *quibus labefactatis, quam formidatus est antea, tum contemnetur.* Eo spectat Hegesip. III. 1. *Quantus iste vir, cuius armis* vitia Neronis *apud exteras gentes* abscondebantur. Orator autem Isocratem exscripsit, qui in Archid. 199. *Αἱ μὲν γὰρ ΕΥΤΥΧΙΑΙ καὶ τοῖς φαύλοις τῶν ἀνθρώπων τὰς κακίας ΣΥΓΚΡΥΠΤΟΥΣΙΝ· αἱ δὲ ΔΥΣΠΡΑΞΙΑΙ ταχέως ΚΑΤΑΦΑΝΕΙΣ ΠΟΙΟΥΣΙΝ, οἷοίπερ ἕκαστοι τυγχάνουσιν ὄντες.*

Nunc vero legendum puto *bono detrectant* cum Nazario et quibusdam A. Popmae. ut sit sententia: *adversa fortium opinionem et gloriam imminuunt.* Sallustius Thucydidis verba leviter, ut suspicor, inflectit. II. §. 62. *ΑΥΧΗΜΑ μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ ἀμαθίας εὐτυχοῦς καὶ ΔΕΙΛΩι τινι ᾿ΕΓΓΙ-ΝΕΤΑΙ, καταφρόνησις δὲ, ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πιστεύῃ τῶν ἐναντίων προέχειν.* Nescio an huc spectet Apuleius Met. VII. *Varias opiniones, imo contrarias nobis attribuit: ut* malus boni fama glorietur: *innocentissimus quisque noxiorum more plectatur.* L. 3. *inanis gloriari.* et L. 2. Pemb. *licet gloriari.* Confer Tacitum Hist. II. 70. Wasse. — *Etiam bonos detrectant.* Id est, efficiunt ut male audiant boni. Ciaccon. — Hoc est, adversa etiam strenuorum existimationem imminuunt. Sic enim *detrectare* aliquem pro *vituperare*, *verkleinern*, aliquoties usurpat Tacitus. Ceterum quam verum istud verbum Sallustii sit, docet apud eundem Tacit. II. Hist. 44. Vedius Aquila, XIII. legionis legatus, qui post infelicem pugnam Bebriacensem, vallum ingressus, clamore seditiosorum et fugacium circumstrepitur. *Non probris*, (inquit scriptor,) *non manibus abstinent; desertorem proditoremque increpant, nullo proprio crimine eius, sed more vulgi, suum quisque flagitium aliis obiectantes.* Idem d. l. cap. 39. *Celsus et Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, alienae culpae praetendebantur.* Nimirum, ut canit Ausonius in Cupidine crucifixo:

*— — se quisque absolvere gestit,*
*Transferat ut proprias aliena in crimina culpas.*

Et hoc ipsum ne sibi accidat, metuens Cicero XII. Philipp. in isthaec verba indignabundus erumpit: *In hac ego legatione sim, aut ad id consilium admiscear, in quo ne si dissensero quidem a ceteris, sciturus populus Romanus sit. Ita fiet, ut si quid remissum aut concessum sit, meo semper periculo peccet Antonius, cum ei peccandi potestas a me concessa videatur.* Ceterum, festivum tali in re, extitit illud Xenaeneti; quem cum post infelicem pugnam sequeretur mala existimatio, eique cives convitium facerent, quod cum dux esset, ex acie fugisset, *Vobiscum*, inquit, *o cara capita!* sicut refert Plutarchus in Praeceptis de Republica gerenda. Rupert.

## CAP. LVIII.

Quadriduo moratus. Notae minus bonae MSS. *triduo* aut *quatriduo.* Gruter.

Saucios cum cura reficit. Haec res ad alliciendas voluntates militum, promerendumque amorem omnium, efficacissima esse solet. Tacitus de Germanico Ann. I. 71. 3. *Utque cladis memoriam etiam comitate leniret, circumire saucios; facta singulorum extollere; vulnera intuens, alium spe, alium gloria, cunctos alloquio et cura, sibique et praelio firmabat.* Idem de Agrippina scribit d. l. cap. 69. §. 2. Inprimis in Gratianum hinc exarsisse studia militum, praedicat eius praeceptor qui fuerat, Auson. in Panegyr. hunc in modum: „Aegrotantes amicos Traianus visere „solebat: hactenus in eo comitas depraedicanda est. Tu et visere solitus

„et mederi. Praebes ministros, instruis cibos, fomenta dispensas, sum-
„tum adiicis medelarum, consolaris affectos, revalescentibus gratularis:
„in quot vias de una eius humanitate progrederis? Legionibus universis,
„ut in communi Marte evenit, si quid adversi acciderat, vidi te circum-
„ire tentoria, *satin' salvae* quaerere: tractare vulnera sociorum, et ut
„salutiferae apponerentur medelae, atque ut non cessaretur, instare.
„Vidi quosdam fastidientes cibum te commendante sumsisse. Audivi
199 „confirmantia ad salutem verba profari, * occurrere desideriis singulorum.
„Inde cunctis salute nostra carior factus, meruisti, ut haberes amicos
„obnoxios, promtos, devotos, fideles, in aevum omne mansuros, quales
„caritas, non fortuna conciliat." Haec et plura ille de Gratiano suo, optimo Principum vel ipsorum paganorum confessione et testimonio: cuius vestigia, hac quidem in parte, pressit illa bellicae laudis aquila, unicusque ille apud Belgas militaris disciplinae instaurator, Mauritius Nassovius. De ipso enim Vir Cl. Dan. Heinsius in laudatione funebri inter alia sic praedicat: *Aegrotos et saucios in bello nemo diligentius respexit, quos fomentis aliquando, aliquando voce et alloquio levabat.* Rup.

Cum cura. Adducit hunc locum aut alium similem Seneca lib. de Benef. IV. cap. 1. Ciaccon. — L. 2. Venetae, Mart. omittunt *cum*. verum praeter caeteros Codd. retinet Seneca de Benef. I. 2. *Nihil tam necessarium, aut magis*, ut ait Sallustius, cum cura *dicendum, quam quod in manibus est.* Seneca Controv. I. pag. 64. *Illam* cum cura *scrutabor.* Aliter tamen Terentius Phorm. VI. 35. *maxuma sua* cura *haec sola fecit.* Livius XLII. 20. Ea *omnia* cum cura *facta.* XXIII. 11. Ennius apud Cic. Divin. I. 167.

*Curantes* magna cum cura, *concupientes*
*Regni, dantes operam simul auspicio augurioque.*

ibid. *more militiae.* hoc est, *more militari.* et sic locuti Q. Septimius II. 34. X. 36. Ammianus XXVI. 9. *militiam* pro *bello* Orosius V. 4. *Plurimis nobilium qui ei* militiae *aderant, interemtis.* Capitolin. in Maximo 3. *Locis etiam* militiae a *Severo adiutus.* hoc est, *donatus praepositnris locorum militarium.* Hegesip. III. 13. *Plerique Romanae* militiae *viri, constricti angustiis.* Tertullian. Apol. VIII. Stat. II. 66. Tacitus An. II. 52. more militiae *per turmas et vexilla componere.* et An. XI. 18. Nepos Iphic. II. *Quem quidem sic omni disciplina militari erudivit*, ut etc. Codex Trin. *militum.* forte, *militiae.* Wasse.

Meritos in proeliis more militiae donat. Lycurgus Orator in Leocratem: *Duo sunt quae iuventutem instruunt ac formant; delinquentium castigatio et bonorum praemiatio. Ad utrumque enim horum respicientes, illam quidem ob metum fugiunt, hanc ob gloriae studium concupiscunt.* Vide e vett. Polyb. lib. VI. e recentioribus Lips. V. de Mil. dial. 17. Rupert.

Universos in concione laudat. Fuit et hoc inter praeclara Romanorum instituta. Stabat in tribunali, loco edito, iuxta Imperatorem egregii facinoris auctor: a tergo, a latere duces: ante et circa immensa multitudo, noti ignotique, quo unus ille conspicuus voce Imperatoris laudatus, ad virtutem magis magisque incalesceret. Eandem consuetudinem

in nostra castra translatam, modo scintilla iis sit a meliori igne, vinculum ac coagulum honestatis, ipsorumque adeo imperitorum Christianorum fore, tam spondere possum, quam istud scio, sublatis scelerum poenis cuncta

*In peius ruere ac retro sublapsa referri.* Rupert.

Quae levia sint. Veget. lib. III. cap. 12. *Monitis et adhortatione ducis exercitui virtus accrescit et animus, praesertim si futuri certaminis talem acceperint rationem, qua sperent se facile ad victoriam perventuros.* Rup.

Pro victoria satis iam pugnatum. Confidentius haec Metellus, quam verius. Etenim duce exuto milite, terris, pecunia, rebus omnibus aliis, si tamen adhuc spirat; tantum abest, ut pro victoria satis pugnatum dici debeat, ut etiam ille possit vincere. Id quod Plutarchus pluribus demonstrat, ubi T. Quinctii Flaminini factum examinat, persequentis Hannibalem, quamvis decrepitum, quamvis exulem. Egregium locum propter angustias temporis exscribere non licet; firmabo tamen exemplis aliis. Philopoemenes, teste Polybio lib. XI., cum legiones suas vincere et totam causam prospere et splendide sibi succedere cerneret, ad id perficiendum ferebatur, quod adhuc plenae victoriae deerat. Erat * au- 200
tem hoc, ne adversarius dux elaberetur. Sic Labienus apud Caesarem lib. V. de B. G. perterritis hostibus, atque in fugam coniectis, praecipit suis, *omnes unum peterent Induciomarum, neu quis quenquam prius vulneret, quam illum interfectum viderit.* Eadem opinione Florus lib. IV. cap. 2. §. 19. *Et peractum erat bellum sine sanguine, si Pompeium Brundisii opprimere potuisset.* Huc facit etiam egregius locus Ciceronis de Mithridate in Orat. pro L. Murena: *Itaque ipse Pompeius regno possesso* etc. et Taciti de Tacfarinate III. Annal. 74. et IV. Annal. 25. Praeter causas, quas Plut. allegato in loco adducit, haec etiam est, *quoniam dux superstes, facile auxilia sibi reparat, tum propter cladem suam, tum etiam propter eos, a quibus eum passus est.* Propter cladem quidem, quia naturaliter homini inditum est, ut faveat laesis. Vide notam ad cap. 14. huius libri §. 1. et adde luculentum exemplum, quod suppeditat Hegesippus lib. I. de excidio Hierosolymitano cap. 10. Propter eos autem, qui iniuriam intulere, quoniam ob surgentem potentiam ab omnibus formidantur. Vide itidem notam ad cap. 10. Rupert. — In quibusdam, *satis iam pugnatum.* Mox *praedae fore* pro ad praedam spectare, seu praedae gratia subeundos esse, licet manuscripta *pro praeda* habeant. Rivius.

Pro praeda. Idem Rittershusianus *praedae fore.* et hoc maxime est Sallustianum. Coler. — *Praedae fore* Ball. Bodl. Venetae, Mart. L. 2. 3. at a vulgatis recte stant potiores Codd. Pemb. Marckiani, B. Pub. Arond. Reg. L. 1. vid. Liv. IV. 56. Wasse.

Tamen interim etc. Adverbium *tamen* furcam ferre meretur, eiicique historici nostri contubernio. Gruter. — Fuit primitus in A. *tamen etiam*, ni fallor. Wasse.

Exploratum misit. Praeter Onosandrum, quem ad cap. 53. §. 4. citavimus, legendus de exploratoribus Veget. lib. III. de R. M. cap. 6. et 26. Frontin. I. Stratag. cap. 2. idem Onosander cap. 10. e recentioribus autem Alb. Gentilis in Syntagm. de iure armorum, Turneb. XXVII. Adv. cap. 20. Laevinus Torrent. annot. ad Sueton. Caligulam cap. 52.

Casaubon. ad illa verba eiusd. Suet. in Augusto.: *Curiosum et speculatorem ratus.* Rupert.

Hebetem infirmumque. Vide notam ad Iustini lib. II. cap. 11. §. 3. Rupert. — Apud Nostrum *hebes ingenium* opponitur *exercito.* inde Glossae: *hebes* et *hebetus*, δύϛνους. *hebetem* et *rudem* coniungit Cicero II. Divin. et de Orat. 129. etiam *lentum*, *tardum*, et *languidum*, interpretatur ad Attic. IX. 190. Festus: quod est retusi acuminis. Celsus I. 1. *Ignavia corpus* hebetat, *labor firmat.* hebes ergo corpus, languidum et luxu diffluens. Quid vero inter *acutos* et *hebetes* intersit, docet Cicero Tusc. IV. 14. ubi haec habet: *malitia certi cuiusdam vitii nomen est*, vitiositas *omnium, ex qua concitantur perturbationes quae sunt, turbidi animorum concitatique motus.* Vir summus R. Bentleius pro *concitantur*, *oriuntur* legit. Vulgg. *cogitantur*, unde ipse *cooriuntur*, quod cum significet multa simul oriri, numero plurativo τοῦ *perturbationes* haud absurde convenit. sic auctor III. Verrin. *Tum subito tempestates* coortae *sunt maximae.* Sed vox *hebes* a ferri ad oculorum aciem traducitur, quomodo a Graecis ἀμβλύς, κωφός, μῶλυς, παχύς, ἄπορος. Hezech. ἀμβλύτερον, ὀκνηρότερον. et Schol. Thucyd. ἀσθενέστερον. Lucian. Tim. λημᾶς καὶ ἀμβλυώττεις πρὸς τὰ γιγνόμενα. et alibi, ἀμβλυωποὶ κριταί. Plutarchus Alcib. milites socordes et minus promtos vocet ἀμβλυτέρους πρὸς τὴν μάχην. Idem Fabio Max. pap. 187. ἡ δ' ὥσπερ 'ΕΞΗΜΒΛΥ-
201 ΝΕΤΟ καὶ κατατέτριπτο * τοῖς ἀλωφήτοις ἀγῶσιν. Hoc sensu apud Homerum κωφός.

*ΚΩΦΟΝ γὰρ ΒΕΛΟΣ ἀνδρὸς ἀνάλκιδος, οὐτιδανοῖο.*

Egregie prorsus Maro:

— *telumque imbelle* sine ictu
*Coniecit.*

apud Nicandrum in Theriacis μῶλυς:

— ἀπεδύσατο γῆρας
ΜΩΛΥΣ ἐπιστείχων.

item νωθὴς apud Lucianum, apud Aristophanem ἄπορος et παχύς:

*Γνώσῃ δὲ σαυτὸν ὡς ἀμαθὴς εἶ καὶ παχύς.*

Vix inter scriptores Latinos extat unus et alter, qui vocem hanc ad Martis famulos accommodaverit. Petronius pag. 169. *Unus alicuius staturae fuit, Thrax, qui et ipse ad dictata pugnavit. ad summum postea secti sunt, adeo de magna turba ac* hebete *accesserant plane fugae merae.* Tacitus Hist. II. 77. *Acriore hodie disciplina victi, quam victores agunt; hos ira, odium, ultionis cupiditas, ad virtutem accendit; illi per fastidium et contumaciam* hebescunt. et II. 99. *Non vigor corporibus, non ardor animis: lentum et rarum agmen, et fluxa arma, segnes equi: impatiens solis, pulveris, tempestatum, quantumque* hebes ad sustinendum laborem miles, *tanto ad discordias promtior. hebeti* contrarius apud Frontinum I. 8. *exercitus vehemens.* Alexander Macedo, cum *haberet* vehementem *exercitum, semper eum statum belli elegit, ut acie confligeret.* Vide Ammianum XXXI. 10. XX. 11. XXI. 11. XXV. 7. XXVII. 2. XXVIII. 2. Orosium IV. 4. V. 5. Wasse.

Quod praeter regios equites. Manuscripta duo, *praeter equites*

*regios*, ut adiectivum sequatur. Rivius. — Quidam codices habebant *sequebatur*, et ita legisse videtur Badius; sed verba sequentia optime iudicant legendum esse *sequitur*, in praesenti, non *sequebatur* in praeterito imperfecto. Paulo post: *Minore detrimento illos vinci*; minore damno Numidarum intelligendum, ut recte exponit Badius, et inde legendum, *quam suos vincere*; ubi verbum *suos* in quibusdam exemplaribus male omissum est. Glarean. — *Sequebatur* Arond. flagitium *militiae*. Tacitus An. II. 14. de Germanis: *Nulla vulnerum patientia; sine pudore flagitii, sine cura ducum abire, fugere*. Noster Thucydidem sequitur IV. §. 126. *Οὔτε γὰρ τάξιν ἔχοντες, αἰσχυνθεῖεν ἂν λιπεῖν τινὰ χώραν βιαζόμενοι· ἥ τε φυγὴ καὶ ἡ ἔφοδος αὐτῶν, ἴσην ἔχουσα δόξαν τοῦ καλοῦ, ἀνεξέλεγκτον καὶ τὸ ἈΝΔΡΕΙΟΝ ἜΧΕΙ.* *militiae* pro *militare*. ita Sulp. Severus de V. M. cap. 3. Confer Tacitum Hist. II. 12. Wasse.

Eo discedunt. Sed et otiatur dictiuncula *eo*. Gruter.

Ita se mores habent. Speculum terrae multiformis. Ecce, a qua tam procul absunt aliae gentes, tanta licentia apud Hispanos Venus illicita dominatur, ut meretricia opera nullibi sint honoratiora. Olim furari licebat apud Spartanos et Aegyptios: quae et alia huius generis pervulgata lubens praetereo. Rupert.

Ubi videt etc. Mire variat verborum positura MSS. primis; nam Pall. prim. ac sec. *ubi videt regis etiam tum animum ferocem*. Com. *ubi videt tum etiam regis animum ferocem*. tert. *ubi videt etiam regis animum tam ferocem esse*. potuisset commode scribi, *igitur Metellus ubi videt animo regis etiam tum feroci bellum renov.* etc. Gruter.

Quod nisi ex illius libidine geri non posset. In quibusdam *lubidine*, quomodo veteres fere, ut alibi ostendimus; sic et *libet* et *lubet* dicimus. Rivius.

Praeterea inimicum certamen. Legendum, *iniquum certamen*; ita sensu postulante, et consentientibus * quibusdam vetustis; quamvis 202
manuscriptis reclamantibus. Sed cur *iniquum*? quia minore detrimento hostes vinci ait quam suos vincere. Rivius. — Nihil heic innovassem, nisi instituissent MSS. veterumque edd. qui ad unum omnes una cum Rivianis praeferunt *inimicum*, damnato illo altero, quod libros hodie occupat, *iniquum*. et cur ita loqui non posset auctor? Gruter. — Sic Pemb. Ar. Reg. L. 2. Venetae γ. λ. B. Pub. Glossa Cod. Regii ad haec verba:

*Vincitur haud gratis, iugulo qui provocat hostem.*

versus extat apud Lucanum IV. 275. Virg. *Accipiunt* inimicum *imbrem*. etiam alibi: *pugna congressus* iniqua. Wasse.

Minore detrimento illos vinci, quam suos vincere. Talis victoria fuit Antonii de Parthis, ut legimus apud Plut. in vita Antonii; Pyrrhi de Romanis, ut apud eundem in vita Pyrrhi. Rupert.

Neque in acie. Et hoc est a MSS. iisdem et olim cusis; recentiores enim destituuntur praepositione *in*; non male, si iure nostro quidvis detrahi posset aut addi. Pal. tert. loco *in acie* refert *Marte*, quod forte propugnatorem aliquem inveniet. Gruter. — Hac respexit Hege-

sippus I. 9. *suis quam hostibus perniciosior*, *et* maiore victor detrimento, *quoniam regni sui vires vincendo attriverat.* Wasse.

Sed alio more bellum gerendum. In quibusdam, *alio modo*; sed eodem sensu. praeterea *gerundum* est in manuscriptis, non *gerendum*. Rivius.

Agros vastat. Agris vastatis devinci saepe adversarium absque bello, prolixo discursu docet Grut. cap. 16. in Taciti II. Hist. cap. 12. ad verba: *Non Italia adiri, nec loca sedesque patriae videbantur*. Rupert.

Temere munita. Ἀσκέπτως. Glossa: *levi opera*, et *tumultuaria*. *ἐτός* Aristoph. Plut. II. 3.

*Οὐκ ἐτὸς ἄρ ὡς ἔμ' ἦλθεν οὐδὲ πώποτε.*

Cicero *temere* et *nullo consilio* I. de Invent. §. 74. et *fortuito* I. Tusc. 198. *inconsulte* I. Nat. D. 1. 61. coniungit. Columel. VI. 37. *Nec tamen* tenerae *foeminae committetur admissarius*; *nam nisi ea marem cognovit, adsilientem calcibus proturbat.* Non placet illud *tenerae*. Nam quod de illis asserit, tam de teneris quam vetulis verum est, utraeque aeque ferocient; vox tamen proba. Cicero de Amic. §. 59. *Ut equis vetulis* teneros *anteponere solemus.* Quid ergo? codex Arondelianus *temere*, idque recte. nam et quaedam expertae equum, etiam turbant. Idem Codex pro *cognovit*, *conscivit*. quod verum puto. *Nil* conscire *sibi*, *nulla pallescere culpa.* Virg. conscius *aether connubii*. *facinus in se* consciscunt. Liv. et auctor ipse supra. de Metelli actis Eutropius: *multas civitates ipsius in deditionem accepit.* at F. LC. B. V. *m. c. i. cepit.* Auson. in Cupid. crucif. 53. Wasse.

Interfici iubet. Ex scripto nostro et Servio veram lectionem reposuimus: *puberes interfici iubet; alia omnia militum praeda esse.* antea vitiose legebatur: *puberes interficit. iubet alia omnia militum praedam esse.* Putsch.

Quippe cuius spes omnis in fuga sita erat. In nonnullis est,
203 *cui spes omnis.* sed quod ad * sensum attinet, parum refert utrum legas. Rivius. — Ita MSS. meliores, nam editi olim, *cui spes*, ut monuit Rivius, illa tamen *sita erat* resecari poterant pro otiosis. Gruter. — *Cui* Ar. B. Pub. L. 3. λ. Venetae, Mart. Wasse.

Qui sua loca defendere nequiverat. Forte, *qui suis locis se defendere neq.* Infra: *Iugurtham nisi ex insidiis aut suo loco pugnam facere.* Ciaccon. et Ursin.

In alienis. Illud *alienis* ut exponendum, vix equidem scire possum. Soldus, ut notum, transilit. Badius exponit: *In alienis, id est, non a se delectis ad pugnam locis*: quae verba ego sane non intelligo. Tu vide si *alienis* exponendum sit pro *alienatis*. Glarean. — Haec verba varie coniectandi materiam subministrarunt iis, qui in Sallustium annotationes scripsere. Glareanus quidem se ignorare confitetur, quid illud *alienis* significet. Badius rationem coniecturamque iniit quandam haud mihi satis probatam. Quamobrem hanc esse existimo huius loci sententiam: Metellus cum agros vastaret, oppida castellaque temere munita caperet, ea formidine Numidae perterriti frumentum omniaque quae ei usui essent, dederunt: unde maiorem cladem Iugurtha accepit, quam

si parum feliciter cum Metello pugnasset. Nam cum omnem spem in fuga poneret, magnisque itineribus Metellum anteveneraat, eum sequi cogebatur: et dum propria loca defendere non posset, in iis nunc, quae ab eo defecerant et in Metelli potestatem venerant, bellum gerere oportebat. Hunc esse horum verborum sensum, coniecturam inde capio, quod paulo ante dixit, *Iugurtham a Metello superatum, esse in loca saltuosa et natura munita recepisse.* Eum vero Metellum in alienis locis insecutum, his verbis ostendit: *Exercitum plerumque in iisdem locis opperiri iubet, ipse cum delectis Metellum sequitur.* C. Popma. — Hoc est, ut Noster alibi: *in locis pro hoste facientibus, advorsum sibi.* Liv. IX. 19. *Numquam aperta acie, numquam aequis, utique numquam* nostris locis *laboravimus.* XXXVII. 45. tempore tuo *pugnasti.* XXXIX. 30. *In eo tumultuario certamine et* loca sua *et genus pugnae pro hoste fuere.* XLII. 43. suo *maxime* tempore *atque* alieno hostibus *incipere bellum posset.* Noster LVI. *ex insidiis aut* suo loco *pugnam facere. Hostemque unum* loca non sua *nactum.* Seneca Herc. 344. alieno in *loco Haud stabile regnum est.* Seneca N. Q. I. Praefat. *si navem* suus ventus *implevit.* i. e. *secundus.* Q. Septim. II. 48. locis alienis *atque hostilibus.* vid. Caesarem B. G. I. 15. Metaphrastes recte: *ἐν ποιῷ δυσχωρίᾳ.* sic *alia pectora* pro *inimica.* Tacit. I. 43. frustra aestuant Glareanus, Popma, et Crispinus. Wasse.

Exercitum plerumque in iisdem locis opperiri iubet. Hoc est, *maiorem exercitus partem.* Sic supra dixit: *ubi plerumque noctis processit.* et: *plerumque noctis barbari more suo laetari.* et: *Qua tempestate Carthaginienses pleraeque Africae imperitabant.* Nam quod dixit infra: *qui plerumque exercitum ductare seorsum a rege solitus erat.* plerumque ibi *saepe* significat. Livius lib. XXIV. *Hic finis fuit inclyti per Europae plerumque atque Asiam omnem regni.* Ciacc. Vid. Turneb. Adv. Wasse.

Avius itineribus ignoratus. Tacit. Hist. IV. *Eadem in Voculam parabantur, nisi servili habitu per tenebras ignoratus evasisset.* et Hist. III. *Ignoratus apud Cornelium Primum, paternum clientem, delituit.* et ibidem: *ni arreptis scutis, ignorati vincula et libramenta tormentorum abscidissent.* Ciaccon. et Ursin.

Romanos palantes repente adgreditur. Qua occasione multi exercitus deleti sunt, vel * saltem profligati. Sic verbi gratia Lysander, 204
cum per speculatores comperisset, vulgum Atheniensium in terram praedatum exiisse, navesque paene inanes relictas, *tempus rei gerendae non dimisit, eoque impetu totum bellum delevit:* ut refert Corn. Nepos in Alcibiade. Sed et Iphicratis illud callidum, qui cum adversus Lacedaemonios pluribus diebus castra cominus haberet, et utraque pars, certis temporibus, assidue pabulatum lignatumque procederet, *quodam die, militum habitu, servos lixasque dimisit ad munera, milites retinuit, et cum hostes dispersi irent ad similia munera, expugnavit castra eorum, inermesque cum fasciculis, passim ad tumultum recurrentes, facile aut occidit aut cepit:* ut refert Front. lib. II. Stratag. cap. 1. Rupert. — In vetustis quibusdam, *palanteis.* quomodo fere Sallustius. et in manuscripto, *adgreditur*, vetusto illo scribendi more. Rivius:

Ex castris. L. 8. Ball. omittunt. Venetae pro *e. c. Romanis*, et sic L. 2. Reg. *ex castris priusquam s.* glossa eiusdem agnoscit *e. c. l. Ro.* in spatio interlineari. ibid. vox *ortum* solummodo in marg. exhibet Penib. Wasse.

## CAP. LIX.

Cognitis rebus Metelli. Fabriciarum *cognitis Metelli rebus.* Rivius.

Ut sese et exercitum more maiorum gereret. Manuscripta, *ut seque et exercitum.* nec aliter Florentinum. Rivius. — Quid quaeso est *gerere exercitum?* sane valde insolens Latinis auribus ista locutio. Servius ad ista lib. V. Aeneidos: *Huc illuc vinclorum immensa volumina versat.* sic scribit: Versat. *considerat; Sallustius*, Exercitum more maiorum verteret, *hoc est*, consideraret. Ita diserte extat in editione Petri Danielis, sed in vulgatis tantum erat, *exercitum vertere.* quod tanquam novum fragmentum inter incerta retulerat Carrio; scilicet quia in toto Sallustio nec vola, nec vestigium istius locutionis extabat; nobis vero illud *exercitum more maiorum verteret*, ansam dubitandi dedit et hus referendi. Legamus hic itaque, *ut seque et exercitum more maiorum verteret.* et τὸ *exercitum vertere*, quod inter incerta malo mehercule exemplo collocatum est, eliciamus: quod nos facere omisimus; ne fucum sibi factum lector curiosus quereretur. Putsch. — *Regeret γ.* caeteri *gereret.* Wasse. — Scio quid habeatur in Servio. sed aliud loquuntur nostri MSS. nullo dissensu; et vero *gerere* heic notat *regere*, aut mutandum est in eam vocem; ut pluribus disserui in libellis Suspicionum; unde et infra cap. 85. habemus: *me vosque in omnibus rebus iuxta geram.* Grut.

In adverso loco victor tantum virtute fuisset. Legendum, *victor tamen.* sic enim, ut omittam consensum exemplarium veterum, et sensus ipse postulat; facilis autem lapsus fuit propter scripturae similitudinem. τὸ *ut* non reperitur in exemplaribus calamo descriptis, ac citra detrimentum sensus abesse poterit. Rivius. — Aldinus et Gothi codices habent: *Ut in adverso loco victor tantum virtute fuisset, hostium agro potiretur.* Quae verba ego non intelligo. mihi placet, ut post *loco* distinguatur, item ut *tamen*, non *tantum* legatur, et ante *virtute* distinguatur. nec tamen *hostium virtute* construendum, sed *virtute potiretur hostium agro.* Glarean. — Commeliniano alia est distinctio, *in adverso loco tamen victor fuisset; virtute hostium agro* etc. talisque positura verborum, non etiam interpunctio, in aliquot Pall. Gruter.

205 * Diis immortalibus supplicia decernere. Re feliciter gesta, templa aperiebantur, populo certatim ad pulvinaria confluente, diisque, pro eorum in Rempublicam meritis, supplicante, gratiasque agente. Quodammodo respondent ὑμνῳδίᾳ nostratium hymno, Te DEUM laudamus, processionibusque solemnibus. Rupert. — Ita legendum, non, ut quidam habent codices, *supplicationem decernere.* frequenter enim Sallustius *suppliciis* pro *supplicationibus* utitur: id quod in Catilinario ostendimus. G. Popma.

TREPIDA ANTEA ET etc. Copulam immisi suasu MSS. et olim editorum. GRUTER.

POST GLORIAM INVIDIAM SEQUI. Τοῖς μὲν διὰ τοῦ ἡλίου πορευομένοις ἕπεται κατ' ἀνάγκην σκιὰ, τοῖς δὲ διὰ τῆς δόξης βαδίζουσιν ἀκολουθεῖ φθόνος. ut legimus apud Stobaeum. CASTIL. — Pindarus Pyth. I.

Ἀστῶν δ' ἀκοὰ κρύφιον θυμὸν βαρύ-
νει μάλιστ' ἐσθλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις.

INVIDIAM SEQUI. At illa etiam *gloria* est. Cic. I. Catil. *Quod si ea* (invidia) *maxime impenderet, tamen hoc animo semper fui, ut* invidiam virtute partam, gloriam, *non invidiam putarem.* Euripides: *Εἰς τὐπίσημα πηδῶν φιλεῖ.* Confer Isidorum Pelus. II. Ep. XXII. 4. WASSE. — Vid. not. ad Flor. IV. 2. 79. RUPERT.

ITA QUO CLARIOR etc. Sic antiquae edd. et plures MSS. verum Naz. ac Pal. sec. *ita quo clarior erat, eo magis animus anxius erat;* neque secus Com. nisi quod in loco *anxius* repraesentet *intentus.* GRUT. — Cum Naz. faciunt Pemb. Ar. Reg. Marckiani. WASSE.

QUAM PRAEDA. Pro *praedationibus.* Q. Septimius V. 17. *Atque ita cum his quae singuli* praeda *multorum annorum quaesiverant, discedunt.* i. e. *praedando.* Hirtius B. G. VIII. 24. *Quum redigi in suam potestatem desperasset, proximam suae dignitati esse ducebat, adeo fines eius vastare,* civibus, aedificiis, pecore, ut etc. ibi Hotoman. *vicis.* qui eo nomine Davisio haud immerito vapulat. confer eundem cap. XXV. Auctor B. Alexand. *Priusque confligendi sibi potestas fieret, quam cum tanta contumelia nobilissimae carissimaeque possessiones Cordubensium, in conspectu suo,* rapinis, ferro, flammaque *consumerentur.* cap. LX. Guilbertus Abbas Gest. D. per Fr. II. 6. *caetera quae minus* praeda patebant, *incendiis absumentes.* cap. XL. infra: *haud longe inter se.* Hoc loco *longe* valet *procul*, et *inter se*, inter se invicem. Quae voce *utrinque* interpretatus est Septimius II. 41. utrinque *Reges subducta* haud longe acie, *custodibus idoneis exercitus communiere.* Ad hanc formam Nepos XVIII. 8. *Hyberna sumserant, non ad usum belli, sed ad ipsorum luxuriam;* longeque inter se discesserant. et sic *distare inter se*, apud Lucretium et alios. WASSE.

DIVORSI AGEBANT. Nescio deteriusne * ducam an melius, quod est 206
in Bong. codice *agitabunt.* ei certe nullus accedit e nostris. GRUTER. — Nostri *agebant.* WASSE. — MS. *agitabant*, quod probum. Supra itidem ex scripto reponendum, *pecoris et mancipiorum praedas certatim agitare.* ubi vulgant *agere.* Infra: *pro muro dies noctesque agitare.* mox: *pro castris agitare iubet.* PUTSCH.

AQUARUM FONTES. Lege *fonteis.* RIVIUS.

NEQUE PRAELIUM FACERE. Vide not. ad Catil. cap. 56. §. 8. RUPERT.

AB INCEPTO RETINEBAT. Forte voces *ab incepto* glossatorum. Noster supra 54. *Nostros asperitas et insolentia loci* retinebat. et 55. *Hostibus dubiis instare, quos firmos cognoverat, eminus pugnando* retinere. 45. *metus hostilis in bonis artibus civitatem* retinebat. in Ciacconii MSS. et Floro *continebat.* vid. Indicem. Glossae: διακατέχω, ἐπικρατῶ, ἐπέχω.

Tacitus I. 17. *apud vexillum retentos* dixit. et alibi: *retineri ab vexillo*. De usu vocis *fatigare* adeas Indicem et corrige Sulp. Severum Ep. III. *Cum hac ergo voce flagitantem divinis operibus spiritum coelo reddidit.* membranae Aulae Trin. *flagitatum*; lege *fatigatum*. Supra: *Itaque cum iam per aliquot dies vi febrium teneretur, non tamen a Dei opere cessabat: pernox in orationibus et vigiliis*, fatiscentes artus *servire spiritui cogebat*. Supra: *neque proelium facere*. sic Catilin. XXXII. *Neque bellum gerere neque pacem habere*. locum aemulatus est M. Tyrius XX. pag. 204. *Ἀποβεβλημένοι μὲν τοὺς πολέμους, ΕΙΡΗΝΗΝ δὲ ΑΓΕΙΝ μὴ δυνάμενοι.* Wasse.

## CAP. LX.

Et in ea parte etc. Comm. abest *parte*. ut suspicer fuisse prius, *et qua sita erat, arcem regni* etc. Gruter. — De Zama confer Vitruv. VIII. 4. Polyb. Aem. Probum, et novissime Cellarium. Infra: *quod oppidum*. prima vox ex correctione et 2. manu Pemb. forte legendum, *id oppidum*. ut cap. LXI. Wasse.

Arcem regni. Idem de Zama scribit Hirtius, de Bello Africano, et Strabo lib. XVII. Coler. — Quod Archelaus ap. Procop. I. de B. Vandal. dicit: *Sic esse rerum humanarum naturam, ut, capite sublato, cetera brevi tempore corruant*: id cum in omnibus rebus aliis verum deprehenditur, tum etiam a Niceta Choniate I. 6. Mannelis Comneni, ad res bellicas accommodatur: *Quemadmodum enim*, inquit, *in serpentibus videmus, capite contrito, una etiam reliquum corporis emori, sic, expugnata vel arce, vel urbe primaria, cetera non difficulter in victoris potestatem ditionemque perveniunt.* Cuius rei ante XX annos illustre documentum occupata Praga praebuit, et quia semper eadem agitur in mundo fabula, sive, ut verbis Livii utamur lib. 22. cap. 39., *eadem ratio, quae*
207 * *fuit, futura est, donec eaedem res manebunt, immutabilis est.* Placet id genus exempla e priscis historiarum monumentis eruta proponere. Igitur in Atheniensium expeditione illa insigni, quam in Siciliam, specie iuvandi socios, re, occupandae insulae causa susceperant, Lamachus id consilii dedit Atheniensibus, ad ipsas statim Syracusas, principem insulae urbem, esse navigandum, et praelio decernendum, eo quod ista occupata, reliqua facile sint in Atheniensium potestatem perventura. Livius lib. XXXVI. cap. 9. de Antiocho, Syriae Rege, Pheras, Thessalorum urbem primam, oppugnante, haec habet: *Itaque et hi summa ope parabant se ad urbem defendendam, et Rex ab omni parte simul occupare moenia aggressus est, ut qui satis intelligeret, in eventu eius urbis positum esse, quam primum aggressus esset, aut sperni deinde ab universa gente Thessalorum, aut timeri se; omnem undique timorem iniecit.* De eodem Rege apud eundem lib. XXXII. in fin. haec extant: *Cum id, quod caput erat Euboeae, teneret Rex, ne ceterae quidem eius insulae urbes, imperium abnuerant, magnoque principio sibi orsus bellum videbatur, quod tanta insula, et tot opportunae urbes, in suam ditionem venissent.* Adde quae idem Livius habet de Quinctio lib. XXXIV. cap. 26. de Annibale lib. XXI. cap. 5. Iustinus de Agathocle lib. XXII. cap. 5. Polybius

de Aemilio Cos. Dimalam oppugnante lib. III. cap. 18. de Petilio Cereali Tacit. in Agricola cap. 17. Rupert.

Oppidanos hortatur, ut moenia defendant. In manuscriptis ceterisque vetustioribus non est *ut*, ac maiore cum gratia abesse poterit, nullo detrimento sensus. Rivius.

Additis auxilio perfugis. Est in manuscripto quodam, *addit auxilio perfugus.* utramque lectionem admittit sensus. Rivius.

Quod genus ex copiis regis, quod etc. Sic et manuscriptum; sed Badianum, *quia fallere nequibat.* eodem sensu. *Fallere* pro *latere* dixit. quomodo saepe et Livius et Tacitus: id quod in Terentium est a nobis diligenter annotatum. Firmissimos vero perfugas fuisse ait, nimirum quod metuerent, ne, si pax cum Romanis fieret, ipsi per conditiones ad supplicium traderentur; vel quod victo ab Romanis Iugurtha, nullam veniae atque impunitatis spem haberent. Itaque horum forti fidelique opera Iugurtha usus est, spemque in his summam habuit. Rivius.

Quia fallere nequibat, tutissimum erat. Nequibat, desperatione veniae. Vide notam ad cap. 22. Catilinarii §. 1. Sed et huc pertinet illud Taciti III. Hist. cap. 4. *Proxima Cornelii Fusci procuratoris auctoritas. Is inclementer in Vitellium invehi solitus, nihil sibi spei per adversa reliquerat.* hoc est, Vespasiano fidelis erat ex desperatione veniae. Nam cum Vitellium atrocibus maledictis laesisset, nihil supererat spei, quo minus sibi pereundum foret, si Vespasiano devicto superior Vitellius extitisset. Huius etiam rei gnarus Antonius, apud eundem d. l. cap. 24. ut praetorianos sibi fidos faceret, sive, ut ad praelium accenderet, hoc praecipue inculcat: *ipsos, nisi victore Vespasiano, incolumes nullo modo esse posse,* quum, quod prius pro Othone contra Vitellium stetissent, ac dein praelio Bebriacensi victi, clementerque nihilominus ab eo victore tractati, arma resumsissent, iratissimum eundem sibi habeant, nec ulla restet spes veniae iterum victis. Verba sunt: *Vos nisi vincitis, quis alius imperator, quae castra alia excipient? Illic signa armaque vestra sunt, et mors victis.* Rupert.

Firmissumum. Recte iudicat, cum quia tales maxume huic negotio idonei, tum quia suis obnoxii, ideoque solent omnium obstinatissimi in pugna persistere, quippe quibus veniae spes praecisa. ideoque opportunos vocat Noster cap. 5. Frontin. II. 3. *In tertia acie, Romanorum more, armatos auxiliares,* mixtis fugitivis, *Italicae gentis,* * *quorum* pernicitati 208 *plurimum fidebat.* Si de levi armatura aut velitibus haec dicta essent, poteramus utique verbum *pernicitati* retinere. Sed Triarii qui ex fortissimis, pugna maxume gaudent stataria, minime omnium opus habent pernicitate. Scribe ergo *pervicaciae* cum MSS. Coll. Ies. et D. Petri. De iis ita Plutarchus in Sylla pag. 464. καὶ παρὰ φύσιν μένειν τολμῶντας. Loquitur uterque de memorabili inter Syllam et Archelaum pugna ad Thurium. Firmitatis rationem reddit Thucydides: Διὰ τὸ μὴ καταλείπεσθαι σφίσι τόπον ἐλέους, μηδὲ συγγνώμης, κατὰ τὰς πρώτας ἐπιβολάς. Vide plura de perfugis in notis ad Iug. CV. Wasse.

Ac paullo post cognoscit. Manuscripta et ex impressis quaedam, *post paullo.* quomodo Caesar VII. *Ipse* post paullo *silentio egres-*

*sus*, et I. de Bello Civili: post paullo *tamen*, *internunciis ultro citroque missis*, *quae ignorabant de L. Domitii fuga cognoscunt*. pro, *paullo post*. Livius V. ab U. C. *Cum senatus* post paullo *de his rebus in curia Hostilia haberetur*. Priscianus libro XVIII. quo loco docet *paullo ante*, itemque *paullo post*, sic a Latinis dici, ut a Graecis ὀλίγῳ πρότερον, καὶ ὀλίγῳ ὕστερον. ibidem ex Horatio de *post paullo* exemplum subiicit. RIVIUS.

CUM PAUCIS COHORTIBUS SICCAM MISSUM. Duae sunt *Siccae*, altera Syphacis quondam regia, ad duarum Mauritaniarum fineis, de qua hic non loquitur; altera *Sicca Veneria*, cuius Ptolemaeus in Africae minoris descriptione meminit, de qua hic eum loqui puto; nam altera nimium abest. *Zamam* porro Livius ultimo de secundo bello Punico libro quinque dierum itinere esse a Carthagine ait, ad quam Hannibal divertit, posteaquam ex Italia in Africam cum Scipione ultimo depugnaturus venerat. Ptolemaeus (ni fallor) τὴν μείζονα Ζαίμην vocat, quamquam quidam putant, ablata prima litera α, Ἀζάμην ab eodem in eodem loco vocatam. GLAREAN.

DEFECERAT. *Deficio* pro *desisto* et *vincor* Sallust. etc. i. e. *destiterant*. Iuven. IV.

— — *fragor aurem*
*Percutit, eventum viridis qua colligo panni;*
*Nam si* deficeret.

i. e. *si vinceretur*. Prinscian. 804. WASSE.

CASUM. Id est, *occasionem*. qua voce usus Petron. pag. 298. Graeci, καιρόν. Plutarch. in Cat. M. 352. Εἰρήνην δὲ καὶ σπονδὰς, ὄνομα τοῦ πολέμου τῇ μελλήσει κεῖσθαι, ΚΑΙΡΟΝ περιμένοντας. Tacitus An. I. 12. *L. Arruntium non indignum*, et si casus daretur, *ausurum*. et An. XII. 50. Casum *invadendae Armeniae obvenisse ratus*. XIII. 36. *Quamquam incautos barbaros et bene* gerendae rei casum *offerri scripserat*. valet πτῶσις *periculum* apud Paulum D. I. T. 15. et D. II. T. 9. L. XI. Apuleius huc spectat Miles. V. 101. praeclari *tui* facinoris opportunitatem *de luminis consilio mutare*. Confer Q. Septimium VI. 15. Tacitum An. XII. 28. WASSE.

AC NI MARIUS. Citat Nonius; sed ibi legitur, *At ni Marius*. COLER.

AC NI MARIUS SIGNA INFERRE, ATQUE EVADERE OPPIDO PROPERAVISSET. Ad exemplum M. Marcelli, qui eadem a Nolanis metuens, fortunam pugnae cum Annibale experiri statuit, ut extat apud Liv. Dec. III. lib. 3. ubi et hoc consilium probe notandum, Nolanos interim, dum pugnatur, muros portasque adire, veritos fuisse. RUPERT.

209 * OPPIDO. L. 2. *prop. ex oppido*. at contra MSS. et Nonius qui locum citat pag. 294. WASSE.

TANTA NOBILITATE GERUNT. Manuscripta quaedam, *agunt*. quomodo apud Vopiscum Aurelianus, *In hospitiis caste se agant*, inquit. Nos hic nihil pronuntiamus, sed diversam solum lectionem ostendimus; quamquam ut verum fatear, prior lectio mihi magis probatur; nam sic persaepe Cicero: *honeste se gerere*; *turpissime se gerere*; *prudenter*, *per-*

*dite, aut alio modo gerere sese.* Rivius. — De levitate Numidarum Ammianus Marcellinus loquitur, cum *ad omnes dissensionum motus perflabiles gentes Mauricas* appellavit. Tertull. lib. de Anima: *tamen vulgata iam res est gentilium proprietatum: Comici Phrygas timidos illudunt; Sallustius vanos Mauros, et feroces Dalmatas pulsat.* Ita Tertull. De Dalmatis vero id puto in Historia scripserat. De Numidis etiam Festus Avienus intellexit, in Orbis terrae descriptione:

— *His* fluxa fides, *et inhospita semper*
*Corda rigent, trahitur duris vaga vita rapinis.*

Coler. — Accedit gravis Auctor Polybius XIV. 1. *Διά τε τὴν φυσικὴν τῶν Νομάδων ὑψικορίαν, καὶ διὰ τὴν πρός τε τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀθεσίαν.* Wasse.

Numidae agunt. Expressi quod erat in Nazarian, ac Comm. Codicibus antiquitatis certae; nam alii scripti editique, *Numidae gerunt*, locutione vulgari. Gruter. — L. 2. B. Pub. *γ*. Venetae *agunt*. L. 3. *egerunt*. Wasse.

Paullisper ab rege. Illa verba *ab rege* absunt a codice Bongarsii. Putsch. — Bongarsiano codici aberat *ab rege*, etiam Pal. nono; caeteris aderat, neque temere excluserim. Gruter.

## CAP. LXI.

Cum exercitu. Illa praepositio *cum* non est in codicibus manuscriptis, nec impressis vetustioribus; ac rectius abest; irrepsit autem ex glossa. Rivius.

Clamor ingens exoritur. Manuscripta, *oritur*; consentientibus et aliis vetustioribus: sensus utrumvis admittit. Rivius.

Infensi intentique. Supra: *intentoque atque infesto exercitu in Numidiam procedit.* Ciaccon.

Aut lapidibus pugnare; evad. alii, alii succ. Sic Carrio, etiam Naz. nisi quod iteret vocem *alii*, ponatque ante *evadere*. caeteris omnibus tantum adest, *pugnare; alii succedere* etc. neque amplius invenias in edd. primis, nisi quod eae *pugnare; alii succedere, ac murum, et modo suffodere.* Gruter. — *Evadere alii* omittunt Ar. Reg. Pemb. L. 2. Venetae, Bodl. *λ. γ. alii invadere, ac m. m. s.* sic L. 3. Wass.

Cupere praelium manibus facere. Tanquam eminus pugnare non sit praelium manibus facere; et mirum ni sic quoque corrupturi fuerunt, si *praelium e manibus facere* scriptum reperissent. Rectum est, *praelium in manibus facere. In manu,* * *e manu*, hoc est, *cominus, eminus.* Ennius Hectoris Lytris: *Quem meus machaera cominus atque hasta hostivit e manu.* Itaque *in manibus* hic contra est quam *e manibus.* 210
Palmer. — *Cupere praelium in manibus, contra ea* etc. Secutus sum Pal. tert. in quo talis omnino scriptura. vulgati dudum, *cupere praelium manibus facere;* sed praeter chirographos codices et vett. edd. nam hae: *in manibus fieri.* illi: *aggredi cupere; praelium in manibus facere:* quod ipsum vix contempsissem, nisi reperissem in Commelin. *aggredi, praelium cupere in manibus facere.* Gruter. — Manibus facere, fieri, a

glossemate; nam *in manibus* opponitur quod praecessi: *eminus pugnare*. Virg.

In manibus *Mars ipse*, *viri*.

i. e. pugna cominus est. A. Popma. — Quasi eminus pugnare non sit *praelium manibus facere*. Commodum igitur Palmerius emendat, *praelium in manibus facere*. *In manu*, *e manu*, est, *cominus*, *eminus*. Ennius:

*Quem mea machaera cominus atque hasta hostivit e manibus*.

Non possum hoc commentum Palmerii non dilaudare, dum illud *in manibus* in Cod. Rittershusii perscriptum reperio totidem elementis. Coler. — Carrio dedit *in m. facere*. et sic *γ*. Bodl. caeteri fere omissa praepositione, *p. man. facere*. Venetae L. 2. Arond. *p. m. fieri*. *λ. et manibus facere*. Utrumque, nescio tamen an addicentibus MSS., sustulit Gruterus. Caesar B. G. II. 19. *Ad flumen decucurrerunt*, *ut pene uno tempore et ad sylvas et in flumine et iam* in manibus nostris *hostes viderentur*. Metaphrastes: ἐν αὐταῖς ταῖς χερσὶ τῶν Ῥωμαίων. Silius XII. 196.

— *stat campus et arma*.
*Et* Mars in manibus.

pro, *in proximo*. Virg. Georg. II. 45.

— *ades*, *et primi lege litoris oram*,
In manibus terrae.

Thucydidis est: γενομένης δ' ἐν χερσὶ τῆς μάχης. Idem tamen IV. 33. ἐς χεῖρας ἐλθεῖν. quomodo etiam Plutarchus. Hegesippus I. 10. *Pugna* in manibus, *nec comperendinata*. at II. 8. *harum contentionum seditio* in manus vertitur. ibi Codex B. Pub. rectius *vertit*. nisi forte legendum *venit*. quod non temere negaverim. Q. Septimius alicubi *in manus*. sed V. 15. *Queis etiam nunc* bellum in manibus. hoc est, prope adest, imminet. Guibertus Abbas in Gest. D. per Fr. VII. 2. *scala porrigitur: qua nostri milites quidam conscensa citissime*, *coepere* proelia iam habere prae manibus. *Proelium manu facere* apud Tacitum An. XII. 30. *moenibus se tutari* opponitur. Denique idem valet ac Vegetii *manu ad manum pugnare*. lib. I. cap. 20. ubi legendum ex Codice B. Pub. *instruendos omni arte pugnandi*, *quocunque armorum antiquorum genere*. Hoc sensu Quinctilianus Declam. III. pag. 33. *Cum totum bellum* ad pedem *venisset*. ad Virgilium alludens dixit et Ammianus XVI. 2. collato pede *res agi*. Wasse.

Praeterea picem sulphure et taeda mistam ardenti mittere. Est in aliis fere *pice*, auferendi casu. sed volumen Fabricianum ad hunc modum habet, *praeterea picem*, *et sulphure taedam mixtam ardenti mittere*. quae una demum vera lectio est, si quid ego iudico. et sic in ceteris quoque fuerat. Rivius. — Aldinus et Gothi codices habent *taeda*. Atqui, ut ingenue, quod sentio, fatear, *picem mixtam taeda* vix abs quoquam intelligi puto. Veteres alii codices habebant: *Praeterea pice et sulphure taedam mixtam*. *et mixtam*, id est *illitam*, recte exponit Badius, qui ad hunc modum legisse videtur. Soldus rursus transsilit, ut solet. Lector sequatur quod placuerit. Glarean. — Non facile locus alius est, in quo scripti codices magis varient; ut alii notarunt iam ante. Quidam: *pice et sulphure taedam ardenti mittere*; quos optimos

fuisse oportet. Nam illud *mistam* recte abest. alii: *picem sulphure et taeda mistam omnia haec ardentia mittere.* hi pessime. nam ab ingenio librariorum est ea scriptura. Melius nonnulli: *Picem et sulphur et taedam mixtam ardentia mittere:* quod enim in iis *ardentia* scribitur, non potuit melius. Totum locum scribo: *praeterea pice, et sulphure taedam, ardentia mittere.* Ceteri scripserant, tanquam taeda diversa a pice * et 211
sulphure esset. At taeda erat pice et sulphure; sermo, ut ille:

*Auro solis erat supra fastigia currus.*

*Auro currus*, auro adornatus. Item hic:

*Aere cavo clypeus.*

*Ardentia*, prorsum Sallustiane: quod qui pervidere non potuerant, diserte corruperunt: *omnia haec ardentia mittere.* Palmer. — *Praeterea picem cum sulphure, taedam mixtam, omnia ardentia mittere.* Variant in huius loci lectione libri calamo exarati. quidam: *pice et sulphure taedam ardenti mittere;* alii: *picem sulphure et taeda mistam ardenti mittere;* alii: *picem et sulphur et taedam mixtam ardentia mittere.* Sed his lectionibus reiectis, ita sine dubio, ut nos restituimus, legendum. Librarii mendose *pice* scripserant. C. Popma. — *pice et sulphure taedam mixtam ardentia mittere.* Ita expressi, secutus ingenii mei iudicium, cui velificabatur aura aliqua membranaceorum codicum. Quidni enim mihi liceat, in loco corrupto, quod editoribus aliis in sano et integro? habebat Naz. *praeterea picem, sulphure et taedam mixtam ardentia mittere.* Pal. tert. *p. picem sulphure et taedam mixtam ardenti m.* neque aliter 4. 6. 8. at nonus, *pr. picem sulphure et taeda permixtam ardenti mittere.* editio antiquissima: *sudes, pila, p. picem sulphure et taeda mixtam ardenti mittere.* cui accedit Pal. sec. quint. sept. Comm. meus principio habebat, *p. picem sulphurem, et taedam mixtam ardentia m.* sed reformatum deinde, *p. pice et sulphure taedam mixtam ardentem m.* Carrionis ed. *p. picem sulphure et taeda mixtam ardenti mittere.* Gruter. — E nostris Pemb. *picem sulphure et taeda mixtam ardentia.* et supra manu recentiore, *sed haec ard.* et sic B. Pub. λ. pro Var. Lect. λ. habet, *ardenter.* Marckii γ. *p. pice et sulphure taedam mixtam ardentem mutere.* Mart. *p. picem sulphure et taedam mistam ardentia.* Reg. L. 2. Bodl. *picem sulphure et taeda mixtam ardenti.* Gruterum firmat Ovid. Metam. III. 374.

*Non aliter quam cum* summis circumlita taedis
*Admotam rapiunt* vivacia sulphura *flammam.*

Caesar III. B. G. *completas onerarias naves* taeda et pice *et stupa.* et quemadmodum taedae, sic etiam falaricae pice et sulphure illitae. Silius:

— *cui plurima cuspis,*
*Vix muris toleranda lues; sed caetera pingui*
Uncta pice: *atque atro* circumlita sulphure *fumat.*

Herodianus VIII. §. 11. δᾳ̈δας πίσσῃ καὶ ῥητίνῃ δεδευμένας. *Mixtam* hoc loco valet *compositam*, *constantem.* praepositione eleganter suppressa. Arnob. VII. 252. *ut etc.* mixtum *sit humanum genus*, naturis, voluntatibus, moribus. Gellius II. 27. *flavus color* viridi *et* albo mixtus. Varro R. R. I. 9. praepos. retinet. *Terra cum est* admixta ex *his generibus.* Instit. II. Tit. I. §. 25. Qui ex alieno vino et melle *mulsum miscuerit.*

Infra XLIV. *clamor* permixtus hortatione, laetitia, gemitu. *Massiliam locum* Graeca comitate et *provinciali parsimonia* mistum *ac bene* compositum. Mallem denique abesset *mixtum*. ut: Auro *solis erat supra fastigia currus*. Aere cavo *clypeus*. caeterum *mixtum* an *mistam* scribendum vid. Voss. Anal. III. 22. *mistum* cum dat. Anon. adv. Marcion. lib. IV. et Zeno Veronensis V. Serm. II. de Nativ. Christi, Cael. Aurelianus I. 4. Dictys, alii. Herodian. VIII. 11. *κιρνῶντες θείῳ τε καὶ ἀσφάλτῳ πίτταν ἑλόντες* etc. Wasse.

Sed ne illos quidem, qui procul manserant, timor animi satis muniverat. Vere Catilina supra cap. 58. *Semper in proelio iis maximum est periculum, qui maxime timent; audacia pro muro habetur.* Repetit infra cap. 87. *Interim novi milites sine metu pugnae adesse: videre fugientes capi, aut occidi; fortissimum quemque tutissimum.* et cap. 107. *Quanto sibi in periculo minus pepercissent, tanto tutiores fore.* His se iungit Livius aliquot locis, v. g. lib. VIII. cap. 24. *Ferme fugiendo in media fata ruitur.* et lib. XXII. cap. 5. *Quo timoris minus, eo minus ferme periculi esse.* et lib. XLIII. cap. 10. *Fugientes plures, quam pugnantes interimuntur.* Est et apud Curt. lib. IV. cap. 14. *Effugit mortem, quisquis contemnit, timidissimum quemque ea consequitur.* Brevius Seneca ep. 104. sed non minus efficaciter: *Magis periculis patemus aversi.* Agmen claudant poëtae, e quibus Ennius lib. VII. Annal.

*Fortibus est fortuna viris data.*

Virgilius:

*Audaces fortuna iuvat timidosque repellit.*

quod ex Phileta Coo profluxit, indicante Claudiano, et usurpatum est postea ab aliis, velut Ovidio II. Fast. et Seneca in Medea; ibi:

212 * *Fortuna fortes metuit, ignavos premit.*

Tamen nec hoc perpetuum esse, docebit te Freinsh. not. ad Curt. lib. III. cap. 11. §. 10. ubi aliquot exemplis demonstrat, plerumque in cruentis praeliis optimos virorum desiderari, nec frustra proverbio dici, *Timidi matrem non flere.* Rupert.

Manserant. B. Pub. *insinuerat*, vel, *in sinu erat.* Pemb. in textu *minuerat*, itidem corrupte. pro var. Lect. in marg. *muniverat.* recte. nam ideo munire dicitur timor animi, quod eos extra teli iactum deduxerat et post principia esse iusserat. *omissa* intra lineas servat R. Wasse.

Fama impari. *Distinguitur* certe memoria *honesti exitus, ab ignavia, per silentium pereuntium.* ut loquitur Tacitus XVI. Annal. 25. adeoque plurimum refert, novissimum spiritum per ignaviam effundamus, an per virtutem; ut idem monet III. Hist. cap. 66. Rupert.

Ignavi erant. Si interrogaveris aures tuas, probarent magis *ignavi esse.* Gruter.

## CAP. LXII.

Magna manu etc. *Magna* abest Commeliniano. Gruter. — Uti et Bodl. Wasse.

REMISSIS, QUI IN PRAESIDIO ERANT, ET OMNIA MAGIS, QUAM PROELIUM EXPECTANTIBUS. Id quod plurimis exercitibus, et prisco et nostro aevo, usu venit. Nec tamen ad eiusmodi pericula cautiores facti sunt homines, *ut mihi* (inquit Polyb. lib. V. in historia Selgensium) *videatur homo; cum omnium animalium versutissimum habeatur, omnium esse decipi facillimum.* Causa autem huius rei est, ut ibidem prudenter adiicit, *quod priorum casus, a quibus in aliquo est offensum, ut in numerato habeamus et ad manum, operam non ponimus, sed frumenta quidem et pecuniae copiam, itemque murorum telorumque fabricas, adversus incerta et inopinata casuum, vexatione magna sumtuque nobis comparamus; rem vero omnium facillimam, omniumque, ubi aliquid adversi increpitat, utilissimam, scilicet seriam historiarum lectionem, omnes susque deque habemus.* RUPERT.

MAGNA PARS VULNERATI AUT OCCISI SUNT. *Sunt* non est in ullo manuscripto, ac rectius subauditur. RIVIUS.

NON AMPLIUS QUADRAGINTA, MEMORES NOMINIS ROMANI. Simile illud Taciti III. Hist. 17. *Haud plures quam centum equites restitere. Iuvit locus* etc. RUPERT.

PAULLO QUAM ALII EDITIOREM. Dictiones duae mediae, *quam alii,* brevitati minime conveniunt. GRUTER. — B. Pub. L. 2. Venetae, Reg. *cd. quam alii.* WASSE.

DEPELLI QUIVERUNT. In nonnullis, *quivere.* RIVIUS.

MISSA REMITTERE. Eleganter ut in lusu pilae, *mittere* et *excipere.* Seneca Benef. II. 17. *Quam cadere non est dubium, aut* mittentis *vitio aut* accipientis. * sic Gruteriani omnes et ed. Gronovii. legendum autem 213
*excipientis*, quemadmodum citat Vincentius Beluacensis. sic etiam *excipere tela* apud Cic. Orat. de Provinc. Cons. Denique ipse Seneca Benef. II. 32. *Pilam scite ac diligenter* excipere. *sed non dicitur bonus lusor, nisi qui apte atque expedite remisit, quam* exceperat. Cicero forte corrigendus in Pison. §. 9. *claudus pilam retinere quod* acceperat. Hinc Noster Fr. III. 2. remittere iniuriam. WASSE.

MINUS FRUSTRATI. Ita etiam MSS. nostri, non ut publicati annis superioribus, *frustrari*, cui lectioni repugnat etiam editio prima, quamvis eam tamen non omnino damnaverim. GRUTER. — L. 3. Venetae, Oxonienses, B. Pub. Carrio, *frustrati.* caeteri aliter. Lactantius ad Stat. p. 104. *frustrabantur.* caeterum Hegesip. II. 15. *frustrari. circumfusi latrones, a lateribus, a tergo postremos caedere, incedentem iaculis exercitum infestare, in confertos missa telorum vis, haud facile* frustrari. IV. 2. *multitudo sibi oneri sit et* pauci in pluribus minus frustrentur. vid. Liv. XXI. 8. WASSE.

CLAMOREM ET TUMULTUM etc. Naz. a manu prima *accipit*, quod placet; nescio an etiam illud, ubi praefert *clamorem et tumultum;* videtur enim excluso *clamorem et* legendum, *tumultum hostilem a tergo accepit.* hinc invenit in suo Bongarsius, *clamorem veluti tumultum hostilem a tergo accepit.* GRUTER. — *vel a tergo,* omisso *tum. host.* R. Ball. Ven. L. 3. Caeteri cum vulgg. Ball. nostri, *accepit*, sed Nazarium quam eos sequi placet. WASSE.

FUGAM AD SE VORSUM FIERI. Sic infra: *ubi animadvertere exercitum ad se vorsum pergere.* CIACCON.

In exercitu victore. L. *et exercitum victoriae.* pro var. lect. in *exercitu victoriae.* Hunc, opinor, locum intelligit Donatus in Eunuch. IV. 7. 1. verum memoria lapsus sit, *ne qua contumelia.* Wasse.

Cum alii super vallum praecipitarentur. Infra: *praeterea alios super vallum in munimentis locare, vigilias ipse circumire.* Legendum tamen existimo: *Cum alii se per vallum praecipitarent.* Caesar lib. III. de Bello Civili: *Plerique, ne in angustias inciderent, decem pedum munitionis sese in fossas praecipitabant.* Sed vide Livium. Tacitus: *seque è vallo praecipitantibus.* Ciaccon. — Potest tamen defendi vulgata lectio ex loco inferiori, in quo est: *Praeterea alios super vallum munimentis locare, vigilias ipsi circumire.* Ursin. — Sic nostri. Auctor infra: *torrentis modi* praecipitati. unde Q. Septimius II. 43. *effusique ruere ad portas; eoque atro et properantium multitudine impedito ingressu, quum* super alium alius *ruinae modo* praecipitarentur. Ita ille vulgatam firmat. Verum pro *atro* mallem *arto.* Simile mendum Hegesippum insidet lib. I. 9. *Exercitum eius delevit, conclusum vallis profundo, et multo camelorum agmine* attritum. lego *artatum;* alter e Codd. *contritum.* Idem IV. 1. *Caedebantur* angustiis arctati. Haud multum enim ab eo Imperatore aberit infortunium cuius in angustum oppido coguntur copiae. *arta* Glossae στενωπά. Silius IX. 320.

— *nec morte peracta,*
Arctatis *cecidisse licet.*

214* Tacitus Agric. XXXVII. *Sicubi* artiora *erant.* Sallust. IV. 6. *Quia multitudinem* artis locis *pugna prohibuere.* Alio sensu hac voce usus Hegesip. III. 1. V. 15. Nescio denique an et Statium adducam:

— *trifidaeque in Phocidos arcto.*

quomodo emendat Cl. Gronovius, Apollodoro, Lactantio et MSS. fretus. Antea erat *arce.* quomodo diserte exhibent Codd. Arondel. D. Ioan. B. Pub. Ut ut vera sit haec coniectura, argumentum, quo eam adstruit, infirmissimum est. quis, inquit, umquam legit Laium occisum in arce? Verum *arx* montium verticem designat, idque apud ipsum Statium Theb. I. 114.

— *qua plurimus* arce *Cithaeron*
*Occurrit Coelo.*

Qua in re Maronem sequitur Georg. I. 240.

*Mundus ut ad Scythiam Rhipaeasque arduus* arces
*Consurgit.*

Idem facit Silius III. 496. Sed et ipse Statius Theb. I. 628.

— *Summaque biverticis* umbra
*Parnassi residens.*

Ioannensis *arce;* sed alterum agnoscunt caeteri et Lactantius. Wasse.

Alii in angustiis ipsi sibi properantes officerent. Haec ipsa reperies apud eundem Tacit. d. l. cap. 16. *Pulsi cum sauciis integri, suomet ipsi metu et angustiis viarum conflictabantur.* Ut vero talia vitentur in praelio, tirones exercendi sunt, ut in acie ordinem et intervalla custodiant: de qua re Veget. I. cap. 26. disserens, *Nihil magis,* inquit, *prodesse constat in pugna, quam ut assiduo exercitio milites, in acie dispositos ordines, indesinenter observent, nec ultra magis, quam expedit, aut conglo-*

*beant agmen, aut laxent. Nam etiam constipati perdunt spatia pugnandi, et sibi invicem impedimento sunt, et rariores interducentes aditum perrumpendi hostibus praestant.* RUPERT.

IN LOCA MUNITA SESE RECEPIT. In quibusdam *recipit*, tempore praesenti. RIVIUS. — Non videtur *sese* in Commelin. extatque *recipit* in MSS. omnibus, non *recepit*, quomodo tamen impressio prima. GRUTER. — Venetiis cum 1470. 1478. habent *recipit*, uti et Bodl. Ball. Digb. Arond. L. 1. 2. 3. unde in textum admisimus. Nostri omnes agnoscunt *sese*. WASSE.

## CAP. LXIII.

IGITUR POSTERO DIE PRIUSQUAM AD OPPUGNANDUM EGREDERETUR. Ita manuscripta quoque. sed in quibusdam est *regrederetur*. id quod sensus quidem non repudiat; nam et superiore die fuerat oppidum aggressus, tametsi infecto negotio reversus in castra esset. RIVIUS.

EQUITATUM OMNEM IN EA PARTE, QUA REGIS ADVENTUS ERAT etc. Conieci olim: *equitatum omnem ea parte qua regiis adventus* etc. excluso illo *erat*. neque adhuc valde poenitet; quamvis non negem, sensum suum subesse illi *regis*. GRUTER.

QUI IN PROXIMO LOCATI FUERANT. Idem maneret sensus, recisis vocibus aliquot: *in proxumo locati paullisper* etc. GRUTER. — Lege ex MS. *qui in primo*. ita dictum, ut saepe apud historicos *in primis*. Supra in Catilina: *in primis pugnantes cadunt*. illic est *in primis*, quod hic *in primo*. Nam quod quidam commentatur, *imprimo* adverbialiter hic poni, praeter rem est. PUTSCH. — *Proximo* Venetae, Pemb. Reg. L. 2. λ. Laud. Bodl. B. Pub. Carrio, γ. male fecerunt, * qui ex Putschiano Codice 215
attulere *in primo*, quomodo Livius X. 41. Vulgatam tuetur Plinius Epist. X. 39. *Quae aut Romae, aut in* proximo *fiunt*. etiam Terent. Heautont. *Quamquam haec inter nos nuper notitia admodum est, Inde adeo quod agrum* in proximo *hic mercatus es*. Sulpicius Nostri imitator Vita Martini XXII. *Hoc tempore, cum dies iudicii* in proximo *est*. ibi Cod. Trin. *ostendit tamen affectum*. et supra: *testabantur aliqui ex fratribus audisse daemonem*. omisso *se*, eleganter. Apuleius Miles. IV. 68. *Colloquentes quod* in proximo *nobis esset habenda mansio*. D. Hieronymus in vita Hilar. *Quo scilicet Antagonistam haberet* in proximo. Passio Iacobi apud Ruinart. cap. VIII. *Gladius vobis et sanguis* in proximo est. Guibertus Abbas Gest. D. per Fr. *morituros omnes* in proximo *scies*. at ibi *in pr.* pro *cito*, *actutum*, barbare. Atque ita forte legendum apud Hegesippum I. 30. pro *de p.* licet ita loquantur Comici, Apuleius, Capella VI. pag. 227. Ad hanc formam *in medio* apud Terent. apud Livium *in propinquo*. apud Nostrum *in propatulo*. apud Iustinum quidem *in primo* XII. 7. sic MS. B. Pub. WASSE.

NI PEDITES CUM EQUITIBUS PERMIXTI. Stratagema usurpatum Gustavo Adolpho in pugna Lipsiaca A. 1631. 7. Sept. de quo Ioa. Cluver. *Rex circum torquendo leniter aciem, auram paulo secundiorem suis reddidit, suoque ab latere, quod intermixtus equiti pedes sclopetarius, nova arte con-*

*fortabat, valide summovit irruentes Caesarianos.* Sed reducta tantum haec ars est a bellicosissimo iuxta atque historiarum veterum callidissimo Rege, non nova, ut vel exemplum Iugurthae nos docet. Usurpasse et maiores nostros, et hac arte victoriam Caesari peperisse, ostendit ad Flori lib. IV. cap. 2. §. 48. lit. e. Freinshemius. ad quem locum et notam nostram philologicam vide. Fuit et apud Romanos olim, teste Livio lib. XXVI. cap. 4. ibi: *Ex omnibus legionibus electi sunt iuvenes, maxime vigore ac levitate corporum veloces. eis parmae breviores, quam equestres, et septena iacula, quaternos longa pedes data, praefixa ferro, quale hastis velitaribus inest. Eos, singulos in equos suos accipientes equites, assuefecerunt et vehi post sese, et desilire perniciter, ubi signum datum esset* etc. *ubi ad coniectum teli ventum est, signo dato velites desiliunt: pedestris inde acies ex equitatu repente in hostium equites incurrit.* Rupert.

Sequi, deinde cedere. Manuscriptum, *dein cedere.* Rivius. — Alibi etiam hunc morem descripsisse videtur Sallustius: haec enim verba ex Historiarum fortasse libris citantur a Servio in II. Aen. *More equestris praelii sumtis tergis ac redditis.* Castil.

Sed adversis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem. Bertiniensis: *sed adversis equis currere.* ego ex eo coniicio, *corruere:* et ne me neges audacem, verissimum puto. neque enim *concurrere* sententiam assequitur; quod semper est equestris praelii; sed *corruere* (verbum activum) cum illo *implicare ac perturbare aciem*, praeterquam quod pulcre convenit, mistos etiam et implicatos in mutuam perniciem pedites, equites tantum non ob oculos ponit. Curtius in III. *Cultus regis inter omnia luxuria notabatur, purpureae tunicae medium album intextum erat: pallam auro distinctam, aurei accipitres, vel ut rostris inter se corruerent, adornabant, et zona aurea muliebriter cinctus acinacem suspenderat, cui ex gemma erat vagina.* Antea in omnibus libris erat, *rostris inter se concurrerent.* sed scripti *corruerent* habent. *Ruere* active passim Virgil. *Ruit omnia late.* Et fragmentum Sallustii: *Ictu eorum, qui in flumine ruebant, necabantur.* Palmer. — B. Pub. *adversi sequi.* dein factum *sequis*, uti et in γ. priorem lectionem retinent Pemb. et λ. at
216 Venetae, L. 2. *adversi con.* omisso *equis.* Bertiniensis * *adversis equis currere*, unde Palmerius extudit *corruere.* L. 3. *adversi* equis. inepte omnes. Permixtionem peditum ad Numantiam didicerat; nam ita fere Romani in re magna et atroci. Frontinus de pugna Pharsalica: *Caesar in dextro cornu posuit equitem, cui velocissimos miscuit peditum, et ad morem equestris pugnae exercitatos; sed deinde cohortes in subsidiis retinuit ad res subitas.* at *deinde cohortes* pro *caeteras* quis ferat? Codex Petrensis recte *sex deinde.* quem firmat Plutarchus in Caesare pag. 656. *Καῖσαρ δὲ πεφραγμένον ἵππῳ τοσαύτῃ τῶν πολεμίων τὸ εὐώνυμον, καὶ φοβηθεὶς τὴν λαμπρότητα τοῦ ὁπλισμοῦ, μετεπέμψατο ΣΠΕΙΡΑΣ ΈΞ ἀπὸ τῶν ἐπιταγμάτων, καὶ κατέστησεν ὄπισθεν τοῦ δεξιοῦ, κελεύσας ἡσυχίαν ἄγειν.* Caesar ipse B. Civil. III. 89. *timens ne a multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur, celeriter ex tertia acie singulas cohortes detraxit, atque ex his quartam instituit, equitatuique opposuit, et quid fieri vellet,*

*ostendit.* Infra 93. *Quod ubi Caesar animadvertit*, IV. *aciei*, *quam instituerat* sex cohortium numero, *signum dedit.* Lucanus VII. 506.

*Ut primum toto diduxit cornua campo*
*Pompeianus eques, bellique per ultima fudit:*
*Sparsa per extremos levis armatura maniplos*
*Insequitur, saevasque manus immittit in hostem.*

et 521.

*Tum Caesar, metuens ne frons sibi prima labaret,*
*Incursu tenet obliquas post signa cohortes:*
*Inque latus belli, qua se vagus hostis agebat,*
*Immittit subitum non motis cornibus agmen.*

De more equestris proelii vide Vegetium I. 27. Nostrum III. 14. Tacitum An. VI. 35. Appianum B. Pun. pag. 103. Ammianum de Sarmatis, Arrianum Exped. Alex. III. pag. 193. Hegesippum III. 24. Livium XXXI. 35. *Crediderе regii, genus pugnae quo assueverant fore*, *ut* equites invicem insequentes refugientesque, *nunc telis uterentur*, *nunc terga darent.* Virgilius Aen. V.

*Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus,*
Adversis spatiis; *alternosque orbibus orbes*
*Impediunt, pugnaeque cient simulacra sub armis.*
Et nunc terga fugae nudant; nunc spicula vertunt
*Infensi: facta pariter nunc pace feruntur.*

MS. Coll. Ies. *ficta.* sed vulgata melius convenit verbo *infensi.* paulo supra *repente* in marg. tantum et ex 2. manu Pemb. WASSE.

ADVORSIS EQUIS CORRUERE. Ita Palmerius, quem operae est videre in Spicilegiis. COLER.

HOSTIS PAENE etc. Dictio *hostis* deest Pal. tertio. GRUTER. — et Bodl. B. Pub. omittit *exped. p. s.* et L. 3. WASSE.

## CAP. LXIV.

IN SESE SPEM HABERE. Contra Liv. VII. 8. *Vulgus aliud armatorum, velut delegata primoribus pugna, eventum suum in virtute aliena posuit.* Nostrum sequitur IX. 23. *signum repetendae pugnae proposuit, et efficacius ratus ad accendendos fortium virorum animos, nullam alibi* quam in semetipso cuiquam relictam spem. Excerpta ex Polybio pag. 885. *Πολλοῖς γὰρ ἤδη τοῦτο συμβέβηκεν, οἵτινες παραταξάμενοι μὲν οὐκ ἀξιόχρεως σφᾶς αὐτοὺς εἶναι τοῖς ὑπεναντίοις ἀγωνίζεσθαι* etc. *δι᾽ αὐτῶν τῶν οὐραγούντων ἤλπισαν οἱ μὲν προτερήσειν, οἱ δ᾽ ἀσφαλῶς ἀπολυθήσεσθαι τῶν πολεμίων.* et Hist. XI. pag. 890. *Τὸ δ᾽ ἐπὶ τοῖς συμμάχοις ἔχοντας τὰς ἐλπίδας ὑπὲρ τῶν ὅλων κινδυνεύειν, ἐπισφαλὲς ἐδόκει καὶ λίαν εἶναι παράβολον.* Xenophon Hist. Graec. II. 473. *Ἀλλ᾽, ὦ ἄνδρες, οὕτω χρὴ ποιεῖν, ὅπως ἕκαστός τις ἑαυτῷ ξυνείσεται τῆς νίκης αἰτιώτατος ὤν.* Aristides Panath. 225. *οὐ γὰρ αὐτή γε ἐν ἄλλοις εἶχε τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας.* Infra: *sed illi qui.* vox *illi* abest Reg. recte. *ac diffidentiam*, *γ.* omittit *ac*, et maiore cum gratia. WASSE.

AGERE, OPPUGNARE AUT PARARE. Infra: *contra haec oppidani fe-*

*stinare*, *parare*. forte legendum, *propugnare*. Gellius XV. cap. 1. *Cum*
217 *L. Sulla * oppugnaret Piraeeum, et contra Archelaus, Mithridatis praefectus, ex oppido propugnaret.* Ciaccon. — Ciacconius malit *propugnare*, quod mihi nimium placet. Quomodo enim oppidani, qui obsessi, oppugnent, nescio; sane ipsi magis propugnant, opinor. Agellius lib. XV. cap. 1. *Cum L. Sulla oppugnaret Piraeeum, et contra Archelaus, Mithridatis praefectus, ex oppido propugnaret.* Itaque et *propugnacula* pinnae murorum sunt dictae, *quia ex his pugnatur*, ut scribit Isidorus lib. XV. ColER. — Obsessi nunquam simpliciter dicuntur *oppugnare*, sed *propugnare*: quemadmodum vicissim obsidentes nunquam *propugnare*, sed *oppugnare*. Itaque hic reponendum *propugnare*, docuimus IV. Obss. Gronov. — Haec etiam scriptura [*oppugnare*] Codd. nostrorum, neque in dubium vocanda vox *oppugnare*, de qua nos alibi in Suspicionibus. Gruter. — Marckiani *oppugnare*. Pemb. Arond. Reg. L. 1. 2. 3. Martin. Venetae *obpugnare*. etiam *repugnare* dicuntur obsessi; unde Vitruvius X. 22. usus est voce *repugnatoriis* pro illorum machinis et opposite ad *oppugnatoriis*. *repugnatio*, ἀντιμάχησις. Wasse.

Avidius alteros sauciare, quam semet tegere. Fabricianum quidem, *quam semetipsos tegere*; sed in aliis nonnullis, *semetipsi*. id rectius esse puto, consentiente manuscripto quodam. Rivius.

Clamor permistus hortatione. Vid. Freinsh. ad Curt. lib. VI. cap. 1. §. 10. Rupert.

Niti corporibus. Locus hic de oppugnatione Zamae adumbratus est ex Thucydide multis partibus: praecipue autem illa Thucydidis huc faciunt lib. VII. *Ἄλλοι δὲ καὶ πρὸς ἀντίπαλόν τι τῆς ναυμαχίας ἀπιδόντες, διὰ τὸ ἀκρίτως ξυνεχὲς τῆς ὁμίλλης καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς ξυναπνεύοντες, ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον. Ἀεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον ἢ διέφευγον ἢ ἀπόλλυντο.* Hunc locum ex suis doctissimis adversariis mihi communicavit Scipio Gentilis ICtus, Gentilis inquam, ob ingenium illud et excellentem doctrinam, animi candorem meique constantem et perpetuum amorem animo meo omnium mortalium carissimus. Coler.

Huc illuc. B. Pub. Pemb. L. 3. *et ea huc*. Reg. *et ea huc illuc*. vera lectio, *corporibus huc illuc*. ita Tacitus I. 56. *exterruit Caecina huc illuc ferens arma*. Hist. I. 40. *Agebatur* huc illuc *Galba vario turbae fluctuantis impulsu*. III. 73. Huc illuc *clamoribus hostium circumagi*. IV. 46. *Ubi vero* huc illuc *distrahi coepere*. Idem tamen Hist. III. 22. huc *vel* illuc. Livius VII. 34. *Samnites dum* huc illuc *signa vertunt*. Virg. Georg. II. 296.

*Tum fortes late ramos et brachia tendens*
Huc illuc, *media ipsa ingentem sustinet umbram.*

et Aen. IV.

*Talia dicentem iamdudum aversa tuetur,*
Huc illuc *volvens oculos.*

alibi:

*— et pondus, et ipsa*
Huc illuc *vinclorum immensa volumina versat.*

et:

*Quinque orbes explent cursu, totidemque retexunt*
Huc illuc.

Statius Theb. II. 603.

— *non segnior ardet*
Huc illuc *clypeum obiectans.*

* Ita Codd. nostri pro *segnius*, recte. Ovidius Met. XII. 329. 218

— *quam dum complexibus ambit*
*Et quatit* huc illuc.

Graeci fere copulam observant. Plutarch. in Galba: ΔΕΥΡΟ ΚΑΚΕΙ διαφερόμενος. et: τῇ καὶ τῇ. τῇ δὲ κἀκεῖσε. Atque ita fere Cicero. Wasse. — *et ea huc illuc.* Binas voces *et ea* adsui iubentibus MSS. Gruter. — At non in textum recepit. *ea* erasum est ex *γ*. Pemb. habet, *vitabundi tela agitare.* in marg. et a secunda manu, *aut iacientes.* abesse debent, uti et *suorum*, quod ibidem in marg. a 3. manu visitur. alii *sicubi*; at Grut. Reg. *γ*. *λ*. Venetae, Pemb. *sicuti.* Wasse.

Consulto lenius agere. Legerem *lentius agere.* Ciacc. et Ursin.

Diffidentiam rei simulare. Notandum et hoc stratagema. Usurpavit supra cap. 38. Iugurtha; ibi: *Iugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, subdolus eius augere amentiam: missitare supplicantes legatos: ipse, quasi vitabundus, per saltuosa loca et tramites exercitum ductare.* Rupert.

Studio suorum adstrictis. Hoc est, *occupatis.* Infra: *quae Iugurthae fesso, aut maioribus* adstricto, *superaverant.* Ciaccon.

Iam scalis egressi milites. Sic supra: *prope ad summum montis* egressus est. Tacit. Hist. IV. *Multos in moenia egressos pugionibus fodere.* Ciaccon. et Ursin. — Videor quidem intelligere, cur Carrioni placuerit *scalis egressi*, contra vett. edd. contra MSS., sed tamen quid si legamus *repente magna vi murum scalis adgressi milites prope* etc.? vel etiam: *repente magna vi murum adgreditur; et iam scalis milites prope summa* etc. Gruter. — B. Pub. *egressi*, *λ*. *γ*. Pemb. *aggressi* Ar. L. 2. 3. Wasse.

Alia praeterea. Abest *alia* *γ*. Mart. omittit *tela*, male. Frontin. II. 3. *Velites et levem armaturam* ingerere tela *iussit.* Wasse.

Deinde ubi unae atque alterae scalae comminutae sunt. *Τὸ sunt* non habent codices in membrana descripti, neque ceteri vetustiores. Et cum statim sequatur, *qui supersteterant afflicti sunt*; an non inelegans nimis fuerit huiusce verbi repetitio? Rivius.

Qui supersteterant etc. Praefert Pal. sec. *qui supersteterant adflictis, caeteri.* neque aliter Pal. prim. sed statim ab eadem manu mutatum iuxta lectionem vulgatam; quid dicam, nisi non videri fatuam scripturam alteram membranarum. Gruter. — Vide Perizon. Animadv. Hist. cap. X. Valla III. 13. *deinde ubi.* et, *comminutae sunt.* etiam, *affl. sunt.* voc. *scala* utuntur ICti. *vel* scalam *sciens accommodaverit ad ascendendum.* Caius. Wasse.

Caeteri quoquo modo potuere. Ex scripto reponendum, *quo quisque modo potuere.* Sic amat loqui Sallustius: *Sibi quisque regnum petentibus.* Putsch. — Haud aliter [*quoquo modo*] Pall. nobiliores. nam

de plebe, *ceteri quo modo pot.* vel, *ceteri quoquo ratio potuere*, vel *quoque modo potuere.* est etiam in quo visas, *ceteri quoque quomodo potuere.*
219 scias non * assecutos genium locutionis alterius. ceterum nihil perret sententiae, quamvis iugularetur *potuere.* Gruter.

Deinde utrimque etc. Sic notae vetustioris MSS. nonnulli alii *denique*, quod receptum ab aevi medii editoribus; neque temere improbem, cum supra praecesserit *dein.* Gruter.

## CAP. LXV.

Frustra inceptum. *fr. inc. bellum* B. Pab. sed male. Wasse.

Nisi ex insid. aut suo loco pugnam fac. Nihil mutandum contra consensum MSS. optima ceteroquin sententia. Gruter.

Aut de suo loco pugnam facere. MS. Rittershusii, *in suo loco.* Rivii, *de suo loco.* Ego legendum crediderim: *Nisi ex insidiis aut loco. Locus* apud Sallustium plerumque significat locum opportunum et munitum. ut apud Comicum: *Ipsus sibi cavit loco.* Supra: *Nam Metello virtus militum erat, locus advorsus: Iugurthae alia omnia praeter milites opportuna.* Sed vulgata lectio videtur verissima, et *suo loco pugnam facere* est, apto loco pugnare. Ita *sua mors, sui Dei, sui venti* dicuntur. Coler. — Quamquam eleganter addi praepositio videtur, ea tamen in manuscriptis ceterisque vetustioribus non est. Rivius. — *suo loco*, hoc est, *sibi commodo.* quo sensu Virg. Georg. IV.

*Ut cum prima novo ducunt examina reges*
Vere suo.

et alibi:

— *fessosque* sopor suus *alligat artus.*

ei opponitur *alienus.* cap. LVIII. ubi vide quae diximus. Idem etiam Aeneid. V. 832.

— *ferunt* sua flamina *classem.*

Wasse.

Et in iis urbibus quae ab rege defecerant. In aliis quibusdam: *quae ad se defecerant.* Priorem lectionem citat libr. VIII. Priscianus, pro, *a rege desciverant*, ut ipse interpretatur; proinde relinquendam puto, quamquam, utrocumque modo legas, est idem utrobique sensus. Rivius. — Legendum *ad se*, i. e. ad Metellum; eas nempe quas infra dicit a Iugurtha defecisse, unde natus error. Nec assentior illis qui *ab se* hic interpretantur *sponte, ultro*; quod est poeticum et Plautinum. A. Popma. — *ab rege* L. 2. et Venet. 1470. Wasse. — *Quae ab se defecerant.* Ita belle Nazar. et Pal. secund. neque nimis recedit Commelin. in quo, *a se. deficit ab se*, qui ultro se dedit magis quam vi subactus aut metu. ita aliquoties utitur Plautus meus; neque aliter iterum Noster cap. LXVI. *Civitates* abs se defecerant *formidine* etc. Vulgatae edd. valde fluctuant; ut etiam calamo scripti. adolescentioribus enim adest aut, *quae ad se defecerant*, aut, *quae ab Iugurtha defecerant.* at olim impressi, *quae ab rege defecerant.* Gruter.

In provinciam quae proxuma est Numidiae. Suffecisset, *in provinciam Numidiae proxumam.* Gruter.

Per amicos. Vereor ne, velut torpedo, per lineam, per arundinem, veneno suo invadit * piscatorem; ita et me venenet vicinitate sua 220 serpentinus ille populus, doctus facie laeta ac comica meras agere tragoedias:

*Apage illum a me! nam ille quidem Vulcani irati est filius:*
*Qua qua tangit, omne amburit.*

Apage a me talem pestem, apage: utque loquar cum Boeotis Sophoclis in Antigone vs. 383. *Ne mihi amicus, neque socius sit, qui haec facit.* Imo nec ille; qui consulere fingit in meam rem mihi, consulit adversario meo. *Nam et hic, Principes olim usos decipulorum loco amicis, vel unus abunde* vociferatur Tacitus, cuius ista sunt de saeculi sui infelici fertilitate, lib. I. Hist. cap. 2. *Corrupti in dominos servi, in patronos liberti; et quibus deerat inimicus, per amicos oppressi.* Suppeditatque uberrimam horum segetem alibi, v. g. I. Annal. ubi Granium Marcellum, praetorem Bithyniae, Quaestor ipsius, Caepio Crispinus maiestatis postulat; et lib. II. Libonem Drusum Firmius Catus, ex intima ipsius amicitia, in fraudem et perniciem impellit; ut alia loca plura praeteream; contentus solum modo citare verba eius ex lib. II. Annal. cap. 66. *Sed defuncto Pando, quem sibi infensum Rhescuporis arguebat, Pompeium Flaccum, veterem stipendiis et arcta cum rege amicitia, eoque accommodatiorem ad fallendum, ad id maxime Moesiae praefecit.* O bonum Imperatorem! o meliorem amicum! scilicet! Sed quidni ista feramus in Tiberio, cum occurrant hic in Metello? Consulendus Gruter. in Tacit. cap. 32. Rupert.

Et inde vadibus datis, clam Massivae de nece iudicium fug. Sic collocantur verba in Com. et Pal. sec. neque aliter reliqui, nisi quod ii, *clam de Massivae nece*, quod non ita perplacet. Gruter. — Reg. 1 emb. omittunt *clam*, λ. *v. datis clam d. M. n.* et γ. B. Pub. Gruteriani, *M. de nece.* quae positura Arnobio perfamiliaris. infra ad, *maxuma copia fallendi*, Glossa Regii: Unde Boëtius, *nulla pestis nocentior quam familiaris inimicus.* Wass.

Uti ad se conloquendi gratia occultus veniat. In quibusdam, *occulte.* id ex glossa irrepsisse suspicor; plus est enim elegantiae in lectione priore, quamvis utrumque Latine dicatur. Rivius.

Tum metuenti, ne, si pax fieret. Nota: Quos flagitium vel conscius animus exagitat, qui convicti iudiciis pro factis supplicium timent, plerumque sceleribus ac perfidia pascuntur. Cicero pro Sextio: *Etenim in tanto civium numero magna multitudo est eorum, qui propter metum poenae, peccatorum suorum conscii, novos motus, conversiones Reipublicae quaerunt.* Rupert. — Abest *ne* Bodl. λ. B. Pub. γ. a 2. manu, et in spatio interlineari. al. *traheretur*, inquit Pareus. S. Severus H. Sac. II. 24. *Rex (Antiochus) petit pacem; quia* infido ingenio *male usus, perfidiam consecuta ultio.* Drusius legendum autumat, *qua* infido. Vorstius *qua quia.* Nihil mutaverim. illis fraudi fuit indoles Sallustii praefracta, et sententiae ante expectatum cadentes. primo enim *usus* non re-

221 fertur ad *pax*, sed ad *ingenio*. Noster Iug. I. *perniciosa lubidine * paulisper* usus. 119. *ad hoc metuere, ne fluxa fide usus, popularium animos averteret*. deinde eleganter supprimitur *sed*. et sic item Noster Cat. 19. *Quod ni maturasset signum dare, eo die, post conditam Romam, pessimum facinus patratum foret*. quia *nondum frequentes convenerant, ea res frustra sperata*. et 68. *Licuit vobis in s. t. aetatem agere:* quia *illa foeda* etc. *haec sequi decrevistis*. confer Iug. 115. VI. 54. quod si per codices liceret, sic etiam legerem cap. 106. adeo ut, *quia infido ingenio male usus*, valeat, *sed quia insitae sibi perfidiae male idem permiserit*. Wasse.

## CAP. LXVI.

Opportunum fuit. Dictio ultima non comparet in Commelin. neque ea opus erat. Gruter. — Abest Bodl. Wasse.

Anxium atque miserantem fortunas suas accedit. Stratagema politicum, *observare temporum momenta et opportunitates*. Horatius:

*— — nisi tempore dextro,*
*Nostra per attentas non ibunt Caesaris aures.*

Neque vero negligenda nefaria ars proditoris, qui ut dominum suum circumveniret, pacem suasit. Contra si fidus extitisset, pacem et conditiones abnuisset, *discrimen ac dedecus ostentans, et fidem in libidine victoris:* ut loquitur Tacit. III. H. 66. Rupert.

Et genti Numidarum optime meritas. Est in manuscriptis quibusdam, *optume merenti*. Rivius. — *merenti* MSS. Pall. potiores, editio princeps; non *meritae*. Gruter. — Nescio quae sit Gruteri editio princeps. certe Venetiis impressa 1470. retinet. *meritaeque* Mart. Pemb. Arond. Reg. B. Pub. L. 3. λ. Bodl. Ball. *meritae*. γ. quidem *merente*, erasis postea literis *es*. Wasse.

Multos mortales captos. Lege *mortaleis*. Rivius.

Sine ulla pactione. Flor. lib. II. cap. 18. §. 12. lit. n. vocat veram et *sine exceptione victoriam*. Nostri: *sich auf Gnad und Ungnad ergeben*. Rupert.

Fidem traderk. Ita prima quoque impressio, at enim MSS. meliores litera amplius *traderet*, deteriores *traderent*, solum Pal. sextus, septimus et oct. stare pró lectione vulgatá. Gruter. — Marckiani *traderent*. voces *sine ulla pactione* superfluunt. nam *fidei se permittere* idem sonat ac *victoris arbitrio se permittere*. testis Polybius pag. 1116. Wasse.

Eorum consilium habet. Tacit. III. *Quod si mecum ante viri strenui aediles consilium habuissent*. Ciaccon. — *Eorum et aliorum,*
222 *quos idoneos * ducebat, consilium habet*. MSS. *eorum atque aliorum*, quomodo et impressa vetustiora. Rivius.

Argenti pondo ducenta millia. Efficient, nostra moneta, ducenta millia Philippûm. Rupert.

Perfugas. Orosius V. 15. *a quo (Metello) ad deditionem coactus,*

CCC *obsides dedit* etc. *tria millia perfugarum reddidit.* et sic duo Codd. MSS. Supra: *consilium habet.* mallem hic et alibi, cum pro coetu venit, *concilium.* at Carrio, Grut., MSS. illud alterum servant. WASSE.

DUM (CUM) IPSE AD IMPERANDUM TISIDIUM VOCARETUR. Si hic locus bene habet, certe *imperandum* pro *imperatorem* dixit, ut *imperia* et *servitia* pro *imperatores* et *servi*; quamquam id nusquam alibi legisse me scio. Ceterum *Tisidium* oppidum puto, quod Ptolemaeus vocat *Thisicam*, inter *Thabracam* civitatem et *Bagrada* flumen, medium inter Uticam et Carthaginem in provincia Romanorum: ad quam urbem verisimile est Metellum Iugurtham vocasse, ut in suum nidum. GLAREAN. — Cicero epist. 25. lib. IX. *Nunc ades ad imperandum, sive ad parendum potius.* Sic enim antiqui loquebantur. Seneca lib. de Benef. VI. cap. 16. *imperatorem* posuisse videtur pro eo *cui imperatur*: et Alfenus in L. medicus D. de operis lib. II. *Medicus libertus, quod putaret, si liberti sui medicinam non facerent, multo plures imperantes sibi habiturum.* Duarenus primo Dispunct. cap. 54. et Alciatus: sed Duarenus gerundia tantum active et passive significare ait, non etiam alia tempora; neque unquam *imperare* significare *parere*, etsi *imperandum* id significet: contra Alciatum. CIACCON. — Codex in pergamenis descriptus, *cum ipse ad imperandum*, pro, *ut ei imperaretur*; nam passive ponitur. Id cum adscriptum habet in margine exemplar Fabricianum, tum Servius adnotavit in Eclogam VIII. Maronis. Sic poeta:

*Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

Pro *dum incantatur.* Sed et alibi Sallustius: *Pauca supra repetam*, inquit, *quo ad cognoscendum omnia illustria magis.* pro, *ut cognoscantur.* Est in margine exemplaris Basiliensis adnotatum *ad Imperatorem.* sed e dictis liquet, vulgatam lectionem bene habere; qui adiecit, non videtur hunc intellexisse locum. RIV. — MSS. notae selectae habent fere *dum*; neque aliter olim cusi; ut fere suspicer legendum, *Igitur Iugurtha, ubi, armis virisque et pecunia spoliatus, ipse ad Imperatorem Tisidium vocaretur.* nam quicquid garriant Grammatici, nunquam mihi persuadebunt, *imperare* poni passive. nimirum initio fuit *ad Imp.*, inde factum ab rudibus librariis, non *imperatorem*, sed *imperandum.* GRUTER. — *ut imperaretur.* et sane gerundia tam ab agentis, quam a patientis significatione proferuntur, ut saepe testatur Servius: et scriptorum auctoritate comprobatur. Inquit ergo Sallustius: Cum Iugurtha, ut imperaretur, vocatus esset a Metello Tisidium etc. recte autem dicimus, *Iugurtha imperaretur*; etsi id minus frequens. Horatius Epist. V. libri prioris:

*Haec ego procurare et idoneus imperor, et non*
*Invitus.*

Servius interpretans illud Virgilii Eclog. I.

*Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

ita inquit: *Cantando a passivo ait, cum supra ab activo dixerit. ut Cantando tu illum? tale est illud in Sallustio:* Cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur. *id est, ut ei imperaretur.* Haec ille. L. 2. *ad imperan-*

*dum praesidium.* Pemb. *dum* etc. *imp. exilium voc.* glossa λ. i. e. *ut imperaretur, non ut imperaret.* et, *secundum Priscianum ista gerundiva imperandi, do, dum, possunt esse et activae significat. et passivae.* idem codex *dum.* et sic γ. B. Pnb. Bodl. Martin. Reg. L. 2. Seneca de Ben.
223 III. 23. *C. Vettius, praetor Marsorum,* * *ducebatur ad* Romanum imperium. *Servus eius gladium militi ipsi, a quo trahebatur, eduxit, et primum dominum occidit.* pro, *ad iussum Romanum.* hanc lectionem habent libri Lipsiani. caeteri *ad Imperatorem.* confer Salmasium ad eundem VI. 16. Sulpicius Severus Dial. I. cap. 13. *fera paullulum (cerneres imperatam a Deo) modesta discessit.* at venerandae vetustatis Codex habet: *feram imperatam ab eo cum modestia.* ibi *imperatus* pro eo, cui imperatum est. Hanc formam adhibet etiam lib. I. Hist. Wasse. — *Ad imperandum.* Passive, id est, ut ei imperaretur, ut imperium acciperet, pareret. Ita explicat Servius ad Eclogam VIII. Virgilii, quem sequuntur Andr. Alciatus, Scipio Gentilis in Apol. Apuleii, Freinshemius Indice Iustiniano, in verbo *Erudiendi.* Sed dissentit Duarenus, cui et assentire mavult Rob. Titius Assert. I. cap. 1. Imo nec locus ipse controversia caret, quando in veteribus Sallustii codd. legimus, *ad imperatorem.* Sed utcunque de Sallustii loco sit, sunt alia satis aperta. Columella lib. V. cap. 7. *Quam paucissimos reliqueris, tam optimi in alendo fiunt propter copiam lactis.* Quintil. lib. XI. cap. 2. *Sed memoria excolendo, sicut alia omnia, augetur.* Iustin. lib. XVII. cap. 3. §. 11. *Athenas erudiendi gratia missus.* Apuleius in Apologia: *Themison medicus, a quo mulier ad inspiciendum perducta est.* Rupert.

Et mala conscientia. Praepositionem omittit Tacitus An. I. 39. *Pavidos* et conscientia *vecordes intrat metus.* Wasse. — Supplicium hoc sceleratorum vel gravissimum, ut *facinorum recordatione nunquam sint timore vacui;* sicut lib. XV. Annal. de Nerone Tacitus loquitur. Talis metus in Alcibiade. Voss. II. Inst. Orat. 240. Adde Eryc. Putean. in lib. I. Histor. Insubr. pag. 74. Huc pertinet egregia similitudo B. Chrysostomi Homil. I. in cap. 1. epist. ad Romanos: *Quemadmodum qui nocte illuni ambulant, tremunt, etiamsi nihil sit, quod terreat: sic et qui peccant, non possunt confidente animo esse, etiamsi nemo sit, qui redarguat.* Rupert.

Interdum ipse secum reputaret. Manuscripta, *secum ipse.* quomodo et impressa quaedam. Rivius.

Quam gravis casus in servitium ex regno foret. Gravissimum esse, dimittere dominia, vel Caesar intellexit, quum diceret, *difficilius se, Principem civitatis, a primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi.* Cui geminum illud Scipionis Africani ad legatos Antiochi regis apud Liv. lib. XXXVII. cap. 45. *Regum maiestatem difficilius ab summo fastigio ad medium detrahi, quam a mediis ad ima praecipitari.* Senec. I. de Clem. cap. 8. *Haec summa magnitudinis servitus est, non posse fieri minorem; sed cum diis tibi communis ista necessitas est. Nam illos quoque coelum alligatos tenet: nec magis illis descendere datum est, quam tibi tutum.* ubi Lips. sententia est: *Dii non descendunt per naturam: non tu, ob securitatem.* Cupiant interim (Prin-

cipes) ex illo fastigio suo, si tuto liceat, descendere. Solonis vox:
*Καλὸν μὲν εἶναι τὴν τυραννίδα χωρίον, ἀλλ' ἀπόβασιν οὐκ ἔχειν. Bellam
quidem arcem esse principatum, sed descensum non habere.* Haec Lipsius.
De Sulla sic res habet. Potitus rerum, post debellatam Marianam factio-
nem, dictaturam, alioqui semestrem, ad annos CXX (quid hoc, nisi per-
petuam?) SCto sibi decretam suscepit. Et tamen, post innumerabiles
cives peremtos atque proscriptos, post exhaustam caedibus urbem, in
publicum progressus, populo et patribus nihil tale expectantibus, media
concione virgas et secures fregit: lictores et corporis custodes ab se di-
misit: adeoque dictaturam ultro deposuit; id eo consilio se facere pro-
fessus, ut privatus, omnium, quae in Republica egisset, rationem redde-
ret. Satis constat, eum in ordinem redactum,* domumque se recipien- 224
tem, adolescentis convitio exceptum: nemine interea reperto, qui illius
intemperiem castigaret. Tulit Sulla patienter aetatis impotentiam. Cete-
rum ubi domum ventum est, ad suos conversus, intempestivam illam in-
sectationem in causa fore dixit, ut quicunque post se summam illam di-
gnitatem obtineret, nunquam nisi cum morte deponeret; quod haud mul-
tis inde post annis in Caesare evenit. Athenienses apud Thucyd. lib. I.
pag. 51. cur summum Graeciae imperium retineant, triplicem causam ex-
ponunt: *utilitatem* primo, deiu *honorem*, denique *metum*, ne remisso im-
perio sese periculis exponerent: *cum*, ut ait Phalaris in quadam epistola,
*periculosius sit, deponere principatum, quam occupare.* Iisdem rationibus
usus Maecenas apud Dion. lib. LII. pag. 544. a. b. Augusto suadet, ne
se Imperio abdicet. Dionysii quoque Siculi vox celebratur a Livio reci-
tata lib. XXIV. cap. 22. *Pedibus tractum, non insidentem equo, relin-
quere regnum oportere.* Sane praeter Diocletianum et Herculeium, et
paucissimos alios, qui ultronei principatum deposuerint, vix ullos nume-
rabis. Haec Bern. in Suet. Caes. cap. 77. Periander apud Laërtium,
rogatus aliquando, *cur in tyrannide persisteret, Quia*, inquit, *et sponte
et invitum cedere, aeque periculosum.* Apud Liv. tamen XXXIV. 33. 2.
Aristaenus Nabidi proponit exempla tyrannorum, qui *deposito imperio re-
stitutaque libertate suis, non tutam modo, sed etiam honoratam inter cives
senectutem egissent.* Bern. in Suet. Aug. cap. 28. ubi addit, hos inter-
dum praetextus quaeri; ipsissimam imperii retenti causam esse cupidi-
nem dominandi, cunctis affectibus flagrantiorem. Tacit. XV. 53. Meurs.
lib. I. Histor. Dan. de Erico Sueciae Rege, qui, eiectus a suis, in Po-
meraniam, ditionem avitam, concessit, id ipsum observans, recenset:
*Tradunt, Danis ipsum honorifice deducentibus Rugenwaldiam Pomeraniae
concessisse: ac, quod vitae reliquum erat, in tranquillitate summa, nulla
unquam cuiquam lite de regnorum iure mota, exegisse. Et est certe vero-
simile, animi generosi principem, abdicato semel regno noluisse huc redire;
ut contentus parva quadam eius insula, quanquam bona et foecunda* (Fal-
striam intelligit Meursius, quam eiecto a Suecis Erico Dani obtulerunt)
*prius universi dominus, lege aliena viveret, ubi sua consuevisset: ideoque
terram patriam, quae, quamtumvis inamoena sterilisque, fere gratior esse
solet, ad privatam illic vitam sine curis exigendam, praetulisse.* Haec
Meurs. Secutus hoc exemplum A. S. 1463. in eodem Regno Carolus

Canuti. Nam postquam ab exilio revocatus fuit, dum Suecorum fluxam iterum in se fidem experitur, sponte sua Regno cedit: vel hoc uno in postremo vitae actu celebrandus, qui ambitionis potens, etiam contemnere sese Regnum posse, omnibus testatum faceret. Idem Meurs. d. l. pag. 40. Rupert. — Poëta Trag.

In servitutem cadere *de* regno *grave est.*

Ciaccon. — Aeschylus Prometh. vincto pag. 925.

*Πταίσας δὲ τῷδε πρὸς κακῷ, μαθήσεται*
*Ὅσον τὸ τ' ἌΡΧΕΙΝ καὶ τὸ ΔΟΥΛΕΥΕΙΝ δίχα.*

Huc pertinet scomma in Demaratum, qui cum regno depulsus magistratum gereret, misit ad eum Leutychides qui interrogaret: *ὁποῖόν τι εἴη τὸ ἌΡΧΕΙΝ μετὰ τὸ ΒΑΣΙΛΕΥΕΙΝ.* rem pluribus exponit Herodotus. Thucydides VII. 75. *Ἀπὸ ΟΙΑΣ ΛΑΜΠΡΟΤΗΤΟΣ καὶ αὐχήματος τοῦ πρώτου ΕΣ ΟΙΑΝ ΤΕΛΕΥΤΗΝ καὶ ταπεινότητα ἀφῖκτο.* Xenophon Exped. VII. pag. 421. *Ἐμοὶ τοίνυν μεῖζον βλάβος καὶ αἴσχιον δοκεῖ εἶναι, τὸ ταῦτα νῦν μὴ κατασχεῖν, ἢ τότε μὴ λαβεῖν, ὅσῳ περ χαλεπώτερον ἐκ πλουσίου πένητα γενέσθαι, ἢ ἀρχὴν μὴ πλουτῆσαι, καὶ ὅσῳ ΑΤΙΜΗΡΟΤΕΡΟΝ ἐκ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΙΔΙΩΤΗΝ φανῆναι, ἢ ἀρχὴν μὴ βασιλεῦσαι.* Animosa in hanc rem Theodorae Augustae apud Procopium oratio: *καλὸν ἐντάφιον ἡ βασιλεία ἐστί.* Livius XXXV. 4. *Erat etiam maior orationi materia, quo* ex altiore fastigio rex *quam tyrannus* detractus erat, *quoque plures ademtae res.* Auctor apud Ciceronem Tusc. III. 19.

*Pol mihi fortuna magi' nunc defit quam genus,*
*Namque regnum suppetebat mi: ut scias* quanto e loco,
*Quantis opibus, quibu' de rebu'* lapsa fortuna accidat.

Hinc Seneca Thyest. 925.

— — *Magis*, unde cadas,
*Quam* quo, *refert.*

Tydeus apud Statium II.

Si tibi plana fides, et dicti cura maneret
Foederis, ad fratrem completo iustius anno
Legatos hinc ire fuit, teque ordine certo
Fortunam exuere, et laetum descendere regno.
Ut vagus ille diu, passusque haud digna per urbes
Ignotas, pactae tandem succederet aulae.
Sed quia dulcis amor regni, blandumque potestas;
Posceris. astriferum velox iam circulus orbem
Torsit; et amissae redierunt montibus umbrae,
Ex quo frater inops, ignota per oppida tristes
Exul agit casus; et te iam tempus aperto
Sub Iove ferre dies, terrenaque frigora membris
Ducere, et externos summissum ambire penates.
Pone modum laetis, satis auro dives et ostro
Conspicuus, tenuem germani pauperis annum
Risisti, moneo regnorum gaudia temet
Dedoceas, patiensque fugae, mereare reverti.

* Ad voces *montibus umbrae* „manifesta corruptio" inquit Bernartius „qui 225
„enim umbrae in montibus? nugae; valles habent, montes iaciunt um„bras. bene itaque et proprie Lipsii liber: *vallibus umbrae.*" Ita ille haud expergite. tu lector suaviter ride, et intellige umbras quas praebent arborum folia, quae vere reparantur. Virg.

— *O quis me gelidis in montibus Haemi*
*Sistat, et ingenti ramorum protegat* umbra.

Seneca Hippol. 967.

*Nunc arboribus* redeunt umbrae.

et Oedip. 154. Statius ipse interpres sui optimus Theb. III. 174.

*Tunc ferro* retegunt sylvas, *collisque propinqui*
*Annosum truncant apicem.*

et Achil.

*Nusquam* umbrae veteres, *minor Othrys, et ardua sidunt*
*Taygeta*, exuti *viderunt aëra* montes.

De tali sylva Theb. IV.

— *intonsae frondis stat* pervia nullis
Solibus.

et:

— *Exclusae pallet mala lucis imago.*

Sic etiam *barba* eidem pro *umbra genarum*, Theb. IV. 536.

*Dum roseis venit* umbra genis.

Confer Lucan. III. 401. 443. Propert. III. 11. Ovid. Met. X. 10. Hinc *rami* pro *umbra* apud poëtas passim. Sed haec aliaque bene multa illi remittamus: quippe quibus *nullum cum* doctis *certamen, et aethere cassis.* Sallustium sequitur Hegesippus V. 49. *Cernere erat, quam miserabilis illa mutatio foret ex illo terribili et superbo fastigio in hanc humilem et plebeiam deiectionem.* Wasse.

De integro resumit bellum. In manuscriptis ceterisque vetustioribus, *de integro bellum sumit.* Sed mihi prior lectio bene habere videtur, et est familiaris veteribus abundantia illa praepositionis *re;* licet idem sit utrobique sensus, pro, *instaurat renovatque bellum.* Rivius.

## CAP. LXVII.

C. Mario. Plutarchus in Vita Marii paulo post id factum fuisse scribit, postquam videlicet Marius a Metello dimissus erat ad petendum consulatum. Cast.

Per hostes Diis supplicanti. Occulit divinationis genus. Fuit enim non unum. Prima haruspicum divinatio erat ex vivae adhuc victimae observatione, dum producebatur, dum ad aram sistebatur, dum attrectabatur, dum vinum ei infundebatur: quam quidem divinationem vocare possumus θυτικὴν seu θυματικὴν, id est *victimariam*, indice Delrione. Secunda vero fuit extispicina, qua motum et singula mactatae victimae membra rimabantur, maxime vero iecur: unde et Graecis dicta ἡπατοσκοπία. *Iecinorum enim fibrae, et corda inversa, supposita, mutilata, ablata fuerunt ab illo malo daemone, qui, ea sacra uti fierent, suis respon-*

*sis miseros imbubinarat.* ut scribit Iulius Scal. Exercitat. 349. adversus Cardanum. Notandum hic et istud, exta, quae potentibus insperatum honorem pollicebantur, privatis et humillioribus haereditatem, filiofamiliae dominationem, *regalia* appellata, ut extat apud Festum de V. S. in *Regalia.* Denique tertia fuit πυρομαντεία καὶ πυροσκοπία, quam pluribus exponit saepius citatus Delrio Disquisit. Magicar. lib. IV. Quaest. 7. Sect. 1. Sed et quaedam minime vulgaria de extispicum eiusque artis propriis ac τεχνικοῖς vocabulis affert Casaub. Not. in Capitol. Pertinacem pag. 84. V. 25. ad illa verba: *Caput extorum non deprehendit.* Rupert.

226 * Magna atque mirabilia portendi haruspex dixerat. Haruspices, arioli, mathematici, augures et vates, quantum noceant praesenti Rerumpublicarum statui, iam patebit ex nota ad Catilin. cap. 47. §. 3, cui addas velim Chr. Forstn. Hypomnemata Polit. 49. Rupert. — Nempe vel *in extis*, vel *a Diis Imm.* Hirtius B. Afric. LXXXII. *Ne dubitaret signum dare, victoriam sibi propriam* a Diis Imm. portendi. Livius I. 36. *Cape haec et perage, quod aves tuae fieri posse* portendunt. V. 15. *Quidnam eo Dii* portenderent prodigio, *missi sciscitatum oratores ad Delphicum oraculum.* Plautus:

*Omnibus* in extis *aiebat* portendi *mihi malum.*

Ubi magna atque mirabilia portendebantur, ibi *laeta* sunt et *congruentia exta;* Graecis καλὰ καὶ σωτήρια. ubi alia omnia, *tristia*, *minantia*, σφάγια οὐ καλά. Sane Marius noster, utpote rudis et semipaganus adeo deditus erat relligionibus, ut ex alieno iecore plus sapuisse quam suo facile existimem. Adfuisse ei dicitur μυσταγωγὸς τοῦ βίου. ita Ammianus XXI. 14. *Sed familiares genios cum iisdem versatos: quorum adminiculis freti praecipuis Pythagoras enituisse dicitur et Socrates, Numaque Pompilius, et superior Scipio: et ut quidam existimant*, Marius *et Octavianus.* Frontin. I. 11. *Marius sagam quandam* ex Scythia *habuit*, *a qua se dimicationum eventus praedicere simulabat.* sic ed. Vesaliensis. At quid illi cum *Scythia?* scribe cum tribus meis, *ex Syria.* Plutarchus in eius vita: Καὶ γάρ τινα Σύραν γυναῖκα Μάρθαν ὄνομα μαντεύεσθαι λεγομένην, ἐν φορείῳ κατακειμένην σεμνῶς περιήγετο. Deinde *Martha* nomen Syriacum, quod Hieronymo interprete valet *dominatrix.* Syria terra, sancta apud Ethnicos; testis Mnesarchus: χοῖραι Κασίας Ἀπὸ ΓΑΣ ἉΓΙΑΣ, ἄλλαι Συρίας. Syrae veratrices; et Socratis mortem a Syro mago praedictam narrat Aristoteles apud Laërtium. Quod de Mario Plutarchus, idem fere de Alexandro Arrianus IV. pag. 269. Ἀριστόβουλος δὲ ὧδε ἀνέγραψε· ΣΥΡΑΝ γυναῖκα ἐφομαρτεῖν Ἀλεξάνδρῳ, κάτοχον ἐκ τοῦ θείου γιγνομένην. Wasse.

Aruspex. Vide supra cap. 47. Wasse.

Ad quem capiendum, praeter vetustatem familiae, omnia abunde erant. Fabricianum, *ad quem capiundum.* et, *alia omnia abunde erant.* Rivius. — Fuit enim Marius obscurae familiae, et homo novus. Ait sane auctor de Viris Illust. humili loco natum esse, idemque Plutarchus confirmat, qui eius parentes facit operarios. De eodem insignes sunt versus Iuvenalis lib. III. Sat. 8.

*Arpinas alius Volscorum in monte solebat*
*Poscere mercedes, alieno lassus aratro,*
*Nodosam post haec frangebat vertice vitem,*
*Si lentus pigra muniret castra dolabra.*
*Hic tamen et Cimbros, et summa pericula rerum*
*Excipit, et solus trepidantem protegit Urbem.*

Valerius Maximus lib. IV. *Civis alioqui magnificus, sed novitatis suae conscientia vetustati non sane propitius.* Falsus igitur et manifesti erroris reus Velleius, qui scribit Marium equestri loco natum. Plinius lib. XXXIII. *Ille arator Arpinas et manipularis imperator.* Coler. — Aelianus *Ποικ. Ἱστορ.* lib. XII. cap. 6. *Ὅτε γελᾶν ἔξεστιν ἐπὶ τοῖς μεγάλως φρονοῦσι διὰ τοὺς πατέρας· εἴγε ἐν Ῥωμαίοις μὲν Μαρίου τὸν πατέρα οὐκ ἴσμεν, αὐτὸν δὲ θαυμάζομεν διὰ τὰ ἔργα· Κάτωνος δὲ τοῦ πρεσβύτου καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα ἀναζητεῖν χρή.* quod repetit lib. XIV. cap. 35. Val. Maximus lib. VI. cap. 9. in Memorabilibus: *Ex illo Mario tam humili Arpini, tam ignobili Romae, tamque fastidiendo candidato, ille Marius evasit, qui Africam subegit, Iugurtham regem ante currum egit, qui Teutonum Cimbrorumque exercitus delevit.* et quae sequuntur. Putsch.

* Alia omnia. Abest *alia* L. 2. Ball. agnoscunt caeteri. Wasse. 222

Domi modicus. Respuo, quod a quibusdam legitur, *domi pudicus.* nam et sententia recipit *modicus;* et vero ita recitat Nonius in verbo *Modicus.* A. Manut.

Tantummodo gloriae avidus. Seneca lib. XIV. ep. ult. *Quid in C. Marium, semel Consulem (unum enim Consulatum accepit, celeros rapuit) cum Teutonicos Cimbrosque conciderct, cum Iugurtham per Africae deserta sequeretur, tot pericula putas appetisse virtutis instinctu? Marius exercitum; Marium ducebat ambitio.* Coler. — Quae cupiditas inconsulta praecipitem eum postea dedit, ut sequitur infra. Porro simili elogio Cn. Pompeium insignit Velleius Paterculus, fuisse paene *omnium vitiorum expertem, nisi numeraretur inter maxima, in civitate libera dominaque gentium indignari, cum omnes cives iure haberet pares, quenquam aequalem dignitate conspicere.* Rupert.

Sed is natus et per omnem pueritiam Arpini alitus. Aldinus codex habet *his* aspiratum, quod non probamus. Is enim Marius ut erat natus nec Romae, sed Arpini per omnem pueritiam alitus, fecit quae deinde sequuntur reliqua. Commentatores meo quidem iudicatu hoc recte exposuerunt. Glarean. — *Alpini altus* etiam Naz. Pal. tert. quart. Com. absque *per*, quod in ceteris MSS., ut etiam *alitus.* Gruter. — *Arpini alitus.* Sic legit Diomedes lib. I. et Priscianus. nec est, quod quisquam de mutatione amplius dubitet. A. Manut. — Manuscriptum Fabricii *altus.* quomodo et in aliis plerisque. Hoc Cicero quoque utitur, velut pro Plancio: *Locus ille mutus, ubi quisque* altus *aut doctus est.* et in Bruto: *Urbs in qua nata et* alta *est eloquentia.* Sic et alias. Sed et Diomedes I. *altus* hoc loco legit, atque item Priscianus, qui tamen ipse in quibusdam codicibus etiam *alitus* inveniri testatur: quo sane modo nos quoque in duobus manuscriptis reperimus. Rivius. — Nostri omittunt *per* leguntque *altus.* Firmat Sulpicius de Vita M. I. 2. *Igitur Marius*

*Sabariae Pannoniarum oriundus fuit, sed intra Italiam Ticini* altus est. MS. Aul. Trin. *Pan. oppido,* et, *Constantio.* etiam, *divinam p. servitutem,* non adeo male. Philelphus Ep. VII. *ita loqueris, ut es et natus et* altus *et educatus.* Verba *Arpini altus* quibusdam minus necessaria videntur; at summorum virorum ortus et incunabula nimis anxie memorare solent auctores gravissimi. Polybius pag. 1388. *Philopoemen* etc. *τραφεὶς δὲ καὶ παιδευθεὶς ὑπὸ Κλεάνδρου.* Vide Nepotem II. 1. VII. 2. et Plutarchum passim. De Mario ita Velleius II. 11. *Bellum Iug. gestum est per* Q. Metellum, *nulli secundum saeculi sui. huius legatus fuit* C. Marius, *quem praediximus,* natus equestri loco, *hirtus atque horridus.* at infra II. 128. *Qui C. Marium ignotae originis.* Vossius *agresti loco* ex ingenio reponit. nescio an *quaestuario loco* pro *officina ferraria.* de qua voce adeas L. Athletas §. 1. et Hieronymum Ep. I. ad Heliodorum. A. Victor Caes. 33. *Igitur eo occiso, Marius ferri quondam opifex.* infra: *Hinc denique ilocalariter dictum, nequaquam mirum videri, si rem Romanam Marius reficere contenderet, quam* Marius eiusdem artis *auctor, stirpisque et nominis, solidavisset.* Plutarchus pag. 407. *γενόμενος δὲ γονέων παντάπασιν ἀδόξων, ΑΥΤΟΥΡΓΩΝ δὲ καὶ πενήτων, πατρὸς μὲν ὁμωνύμου, μητρὸς δὲ Φουλκινίας.* Aratorem Arpinatem faciunt Plinius Nat. Hist. XXXIII. et Scholiasta ineditus ad illa Iuvenalis:

> *Arpinas alius Volscorum in monte solebat*
> *Poscere mercedes,* alieno lassus aratro,
> *Nodosam posthaec frangebat vertice vitem,*
> *Si lentus pigra muniret castra dolabra.*

Iulius Celsus fuisse ait *rusticanae ac ne Romanae quidem originis.* in villa Cirrhaeatone altum tradit Plutarchus. Wasse. — Ex hoc loco conie-
228 ctare * licet iam Prisciani aetate mendosos codices Sallustii exstitisse. Sed idem saepe facit in Virg. Servius. Putsch.

Aetas militiae. Vox *aetas* abundat, ut existimo. in Catil. V. *Iam pridem iuventus simul ac belli patiens erat.* ergo ipse Marius ubi primum militiae patiens fuit. Ciaccon. — Abest *aetas* Pemb. bene. sed et illud abundare putaverat Ciacconius. Caeteri retinent. Noster Catil. *Iam pridem iuventus, simul ac* belli patiens erat. Vulgatae favet Curtius III. 6. 19. aetas *tantis* matura rebus. Thucyd. *τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ.* Wasse.

Ita inter bonas artes. Legendum, *inter arteis bonas,* ut est in vetustis. nam hac terminatione Sallustius amat uti, et adiectivum hic sequi debet. Sic mox, *per omneis tribus.* ubi hodie fere, *per omnes;* verum perperam. Rivius.

Tribunatum militarem. Sic membranae Cypriani Popmae; nec obstat quod infra *magistratum* vocat. nam populi suffragiis designabatur Romae in Comitiis; et ob id Suetonius vocat *honorem.* ad Verrin. II. Pedianus: *Trib. militarium duo sunt genera: primum eorum qui* Rufuli *dicuntur, hi in exercitu creari debent; alii sunt* Comitiati, *qui Romae Comitiis designabantur.* Plura Livius, et Polyb. VI. A. Popma. — Sic MSS. ad unum omnes, nec non vetuste editi, nam recentiores *militum;* sunt etiam qui totam vocem deleverunt, sed sine libri alicuius suffragio,

et confusione historiae; rudior enim quis haec intelligeret de Tribunatu Plebis. Gruter. — Bodl. Ball. γ. λ. B. Pub. Pemb. Ar. Reg. L. 1. 2. 3. Mart. Venetae *militarem* habent. Infra: *facile notus*. Palmer. *factis notus*, vel, *forte notus*. notus scilicet ob gloriam in bellis partam. Idem fere de Manlii filio tradit Livius VII. 5. Idem 13. *Neque erat in exercitu* vir factis nobilior. Wasse.

Plerisque faciem eius ignorantibus facile notus per omnes tribus declaratur. Non cohaerent. Scribo: *plerisque f. e. ig. factis notus per o. t. d.* cum in petitione facies eius a plerisque ignoraretur, ipsis factis nobilis declaratus est per tribus. Palmer.

In potestatibus. Adludit Cassiodor. Var. I. 4. *Hic est enim probatae conscientiae fructus, ut quamvis summa potuerit adipisci, iudicetur tamen ab hominibus plus mereri.* et ita fere alicubi Arnobius. Claudianus item in Laude Serenae:

> *— Gemino mox idem culmine duxit*
> *Agmina, commissosque labor sic gessit honores,*
> *Ut semper merito Princeps cum magna dedisset,*
> *Deberet maiora tamen.* Wasse.

Ut ampliore quam gerebat dignus haberetur. Id ipsum avum suum fecisse, quum Arpini magistratum gereret, indicat Cic. III. de LL. cui idcirco Scaurus Consul Romanus dixerit: *Utinam, M. Cicero, isto animo atque virtute in summa Republica nobiscum versari quam in municipali maluisses!* Rupert.

Is ad id locorum. Vid. Rivius in Terent. Phorm. V. 8. 36. pag. 89. b. et Dousa I. Plautin. Expl. 20. pag. 146. Broukh.

Talis vir. Ita Noster supra: *colite et observate* talem hunc virum. Plautus Captiv. *Ubi tu*, talis vir, *falsum autumas.* Cicero ad Attic. *cum* talis vir *tricatur.* Apuleius Miles. III. pag. 59. *Nec morum talem patereris vel noctis unius.* forte *talis*, hoc est, *in asini faciem conversus.* supra: *Ubi me primum* talis aspexit. IX. pag. 198. Haec talis, *manu* * *pistori clementer iniecta.* Il. λ. 229

> *Σήμερον ἢ δοιοῖσιν ἐπεύξεαι Ἱππασίδῃσι*
> *ΤΟΙΩ Δ' ἈΝΔΡΕ κατακτείνας.*

vid. Od. *Π.* 307. Thucyd. II. 60. *Καί τοι ἐμοὶ ΤΟΙΟΥΤΩι ἈΝΔΡΙ ὀργίζεσθε.* de Socrate Phaedo: *ὥστε ἐγκαλυψάμενος ἀποκλαίω ἐμαυτόν· οὐ γὰρ δὴ ἐκείνου, ἀλλὰ τὴν ἐμαυτοῦ τύχην, ΟΙΟΥ ἈΝΔΡΟΣ ἑταίρου ἐστερημένος εἴην.* Theocritus alicubi:

> *Ἀλλ' αὐτὸς, ΤΟΙΟΥΤΟΣ ἘΩΝ, βοτὰ χίλια βόσκω.*

Xenophon Hist. Gr. VI. pag. 600. *ὁ δ' οὖν ἀνὴρ ΤΗΛΙΚΟΥΤΟΣ ὬΝ.* Oppianus de Venat. II. 555.

> *— ἐφορμηθεὶς ἐλέφαντι*
> *Πολλάκις ἐν κονίῃσι νέκυν ΤΟΙΟΥΤΟΝ ἔθηκεν.*

Statius Theb. III. 229.

> — Talis *mihi, nate per Argos,*
> Talis abi. Wasse.

Consulatum adpetere. In Commel. Pall. 2. 4. 8. 9. non est

vox prima *consulatum*. 5. praeterea abest *adpetere*. nam sextus: *consulatus honorem adpetere non audebat*. Gruter. — '*cons. ap. non aud.* non agnoscit Arond. vox *consulatum* abest Pemb. B. Pub. in Marckii γ. voces *a. c.* ad *etiam tum* prorsus erasae; loco earum in margine, nescio an a manu prima, apparent, *appetere non audebat*. λ. supra lineam exhibet *consulatum*. Ball. *petere*. Infra: *per manus*, vel *per vim*, vel potius, ut lampada, tradebat alius alii, πατέρων φυλάττοντες παραδοχάς. quo sensu accipit D. Hieronymus Epist. XIII. 4. *Si contingeret docere quae didici, et quasi* per manus *mysteria tradere Scripturarum*. Idem clarius huc spectat Epist. XXVI. *Latent in multitudine laureae; et triumphi interdum triumphantium sordibus polluuntur, quod ante* per manus Patricias tradebatur, *et sola nobilitas possidebat, quo Consul Marius* etc. *ob ignobilitatem familiae putabatur indignus, nunc sola militia possidet*. Ita Livius, ut alibi, sic IX. 17. *disciplina militaris iam inde ab initiis urbis* tradita per manus, *in artis perpetuis praeceptis ordinatae modum venerat*. Infra: *contemtor animus*. sic apud Plautum in Poenul. *derisor lenunculus*. Huc, opinor, referenda sunt illa Servii ad Aen. VII. 660. *Tali genere laudis* Sallustius *plenus est; nam et ipse multos collaudat, ac deprimit adiecta vituperatione*. Confer etiam Senecam Suasor. VI. pag. 46. Pro *superabant* Pemb. *superarent*. Wasse.

Neque tam egregius factis erat. Quamvis in Fabriciano ceterisque vetustioribus sit, *neque tam egregiis factis*; tamen vulgatam lectionem magis probandam esse duco, ut quae antiquitatem magis redoleat, cuius est amantissimus Sallustius; pro, *sic factis excellens ac praestans*. Cicero dum praepositione et casu eius iunxit hoc nomen. *Laelius*, inquit, *in laude bellica egregius*. et: *Vir in procuratione civitatis egregius*. Rivius. — Scriptus Augustanus, *egregius factus erat*. unde fortassis legend. *neque tam egregius factis erat*. Putsch. — Non ausus refragari antiquioribus membranis, in quibus haec lectio, ideoque repudiavi illud tantopere Rivio placitum *egregius factis*, quod etiam in Pal. 5. nam inferiores magis adhuc degenerarunt praeferuntque *egregius factus*. Gruter. — Marckii λ. B. Pub. *egregius factis*. γ. *egregius factus* primo, dein mutatum in *factis*. Venetae *egregius factus*. et sic Mart. L. 2. Arond. Reg. L. 1. 3. nihil movent. Wasse.

Quin is indignus et quasi pollutus. Non solum nobiles putant, sibi honores, ob maiorum virtutem, deberi; sed aliorum idem iudicium esse volunt. Seneca ipse lib. IV. de Benefic. cap. 30. *Aliquando*, inquit, *daturum me etiam indignis quaedam non negaverim, in honorem aliorum: sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos nobilitas industriis, sed novis praetulit. Non sine ratione, sacra et magnarum virtutum*
230 *memoria: et esse plures bonos iuvat, si gratia bonorum * non cum ipsis cadat. Ciceronem filium quae res consulem fecit, nisi pater?* Plura eiusce generis exempla mox subiungit. Et convenit Asconii illud in Orat. pro Scauro: *Quae generis claritas etiam inertes homines ad summos honores provexit*. Et Theodoricus Rex apud Cassiodor. lib. II. Epist. 2. *Non relinqui inglorios patimur, qui generis claritate praedicantur*. Et apud eundem Athalaricus Rex lib. IX. epist. 23. *Quid P. C. de vobis iudice-*

*mus, expendite: cum ad summarum culmina dignitatum germinis vestri viros, quos nunquam vidimus, eligamus, non fastidio negligentiae, sed honorabili praesumtione naturae.* Adde notam ad Catilin. cap. 23. §. 5. Rupert.

## CAP. LXVIII.

Igitur ubi Marius harusp. etc. In Com. ac Pall. pr. sec. visitur voce amplius, *igitur ubi Marius* cum *har.* etc. sed neque erat initio in pr. *intendere videt*, margini adlitum est a manu, nescias sec. an prima. Pal. vero 4. refert, *igitur Marius ubi aruspicis dicta eodem quo cupido animi intendere videt.* aliquid latet mali. Gruter. — Bodl. *tendere.* male. B. Pub. *cupido animo.* caeteri vulgatam servant. Wasse. — Ita facile credimus, quae libenter audimus. Lampridius in Heliogabalo: *Ut sese habent vota hominum ad credulitatem festinantium, quum, quod optant, verum desiderant.* ubi pro *desiderant*, quod ineptum est eo loco, legendum est *existimant*, vel ut P. Faber corrigit, *credunt*, sive, ut Ios. Scaliger, *asseverant;* sed Sciopp. Comm. de Arte Critica H. 5. K. 2. facilem errorem putat ex litera, et vocula traiecta; ideoque legit: *Cum putant verum esse, quod desiderant.* Haec placet prae ceterorum violenta. Rupert.

Quo cupido animi hortabatur, intendere videt. Sic manuscripta, consentientibus aliis vetustis; in recentioribus est ordo nonnihil mutatus. Rivius.

Ab Metello consulatum petendi etc. Illud *Consulatum* omissum est temere in Aldino codice, quasi Marius ob alias caussas missionem petierit, ac Consulatum dissimularit; cum aperte postea Metellus ad hunc ipsum Marium dicat, *satis mature illum cum filio suo Consulatum petiturum.* Glarean.

Inerat contemtor animus et superbia, commune nobilitatis malum. Vell. Paterc. lib. II. cap. 11. de eod. Metello et Mario: *C. Marius per publicanos aliosque in Africa negociantes, criminatus Metelli lentitudinem, trahentis iam in tertium annum bellum,* et naturalem nobilitatis superbiam. ad quae postrema Gruterus: *Hanc fere maculam nobilitatis ingenitam diximus, et ad Livium libris prioribus.* Herodian. lib. V. Τὸ εὐγενὲς εἰς ὑποψίαν ἐκπίπτει, καταφρονήσει τῶν ὑπηκόων, ὡς πολὺ ἐλαττόνων. *Nobilitas in superbiam exit, contemnendo sibi subiectos, tanquam multo inferiores.* Hinc etiam Socrates de se apud Platonem in Theaeteto: Ὡς ἐγώ εἰμι υἱὸς μαίας μάλα γενναίας τε καὶ βλοσυρᾶς Φαιναρέτης. *Sum filius obstetricis valde generosae ferocique praeditae animo Phaenaretes.* Ita vocem βλοσυρά recte transtulit Casaubonus lib. V. Animadv. in Athen. cap. 19. quanquam proprie βλοσυρότης est *torvitas:* unde et Athenaeus reprehendit Platonem, quod Socratem inducat matrem appellantem βλοσυράν. sed immerito; quia eo respexit Plato, quod bene nati magnifice de se sentiant, ceteros vero ferocius despiciant. Nempe hoc iis quasi innatum est, ut ait Aristides: Ἡ μεγαλοφροσύνη ἔμφυτον κτῆμα τοῖς κρείσσοσι. Rupert.

Itaque primum etc. MSS. tres praestantiores, Com. Naz. ac Pal.
231 sec. iterant illud *primum*; * *mirari primum eius* etc. equidem semel positum sufficit, et meo quidem iudicio malim a loco priori transferri in alterum, quemadmodum aptatur Pal. 5. Gruter. — uti etiam e nostris codici S. Martini, Regio, Pemb. sed retinent *itaque primum;* solus L. 2. omittit. pro *mirari* B. Pub. *mutari.* Wasse.

Ne tam prava inciperet. Sic infra in Orat. Philippi: *Denique prava incepta consultoribus noxae esse.* Ciaccon.

Neu super fortunam animum gereret. Quod in Metello Marius, in Vitellio filio suo Sextilia, antiqui moris ac probitatis, ap. Tacit. II. Histor. 64. Etenim ad primas literas, quas ipsi Vitellius miserat, in Gallia etiamnum agens, de imperio sibi a militibus delato, consalutatoque, ut tunc erat moris, ab exercitu sese Germanico, dixisse fertur, *Non Germanicum a sese, sed Vitellium genitum.* Est enim horum verborum sensus: *Non in spem Imperatorii fastigii hunc sibi filium genitum, et educatum, sed ut intra natalium suorum modum privatus viveret, adeoque patris ac maiorum suorum fortuna contentus ageret.* Rupert.

Ne festinaret abire. Vox postrema tolli poterat, nec quicquam periret sententiae. Gruter.

Satis mature illum cum filio consulatum petiturum. Dictum hoc Metelli ad Marium refert Dio Cocc. in Exc. Peiresc. pag. 631. Id vero insignis erat contumelia, a qua prorsus abstinendum viro civili. *Habet enim quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes ac viri boni difficillime possunt:* ait M. Tullius lib. III. in Verrem. Sed et Seneca alicubi *contumelias quibusdam acerbiores videri, quam iniurias* scribit; quamvis idem in lib. *In Sap. non cadere iniuriam* neget *prudentiae in eo quicquam esse, vel fiduciae, qui contumelia afficiatur, sive moveatur;* ibidemque capp. 10. 11. 12. 13. 14. multis disputet, *Sapientem contumelia non tangi, sed eam susque deque habere.* At contra M. Brutus in quadam ad Ciceronem epistola, *servire ac contumelias pati*, diserte testatur, *peius malis omnibus.* Quae quidem mens fuit et illi duci copiarum Caroli VII. Regis Franciae, ex quo quum hic quaesivisset, *An, et quanam re aut ratione, a fidelitate, tot experimentis sibi probata, abduci posset: Me quidem*, inquit ille, *Rex Serenissime, ut fidem tibi datam violem, nulla unquam utilitas aut dignitas, imo ne centum quidem regna adegerint. Quod tamen si vel semel contumeliose aliquid in me dixeris aut feceris, forsan ultro et ingratiis sum facturus.* Quam quidem historiam, ac dictum Carolo illi Borbonio, qui a Rege Francisco I. ad Carolum V. Imperatorem defecit, ad factum suum excusandum, in sermone crebro usurpatum legimus. Verum hos tales in alteram partem peccasse, liquet, usque adeo quidem, ut nonnulli eorum, dum contumeliis nimis moveantur, in calamitatum casses inextricabiles sese et alios induxerint, et dum fumum fugiunt, in ignem inciderint, ut habet proverbium. Rupert.

Is eo tempore in. Τὸ *in* manuscripta non habent, neque impressa vetustiora. Rivius. — Duo MSS. *nam is.* C. Popma.

232 * Annos natus circiter viginti. Plutarch. in Mario hunc Metelli filium tunc admodum puerum fuisse tradit, his verbis: ἦν δ᾽ ὁ παῖς

τότε τοῦ Μετέλλου παντάπασι μειράκιον. quare videtur legendum XV. Solebant enim adolescentes militiae usum discendi gratia cum magistratibus contubernales in provincias proficisci. Cicero pro Plancio: *Hic adolescentulus cum A. Torquato profectus in Africam, sic ab sanctissimo viro dilectus est, ut et contubernii necessitudo et adolescentuli modestissimi pudor postulavit.* Et filios aliquando suos contubernales Imperatores habebant. Frontinus in Strategematis: *P. Rutilius Cos. cum secundum leges in contubernio suo filium posset habere, in legione militem fecit.* Verum cum Sallustius dicat *militabat*, et militaris aetas fuerit annorum XVII, nonnihil dubito. Ciaccon. et Ursin. — Nostri omnes XX. Aetas consularis legibus Romanis erat annorum 43. ut docet Cicero Phil. V. Wasse.

Quae res Marium pro honore, quem adfectabat, contra. Codices in membrana descripti: *Quae res Marium cum pro honore quem affectabat, tum contra Metellum* etc. pro, *Quae res Marium cum ad acrius contendendum pro adipiscendo consulatu quem appetebat, tum vero ira in Metellum incenderat atque inflammarat.* Ita vero legendum prorsus esse, aliis etiam coniecturis quibusdam ducor. Nos hic nihil pronuntiamus, contenti diversam lectionem ostendisse. quamquam cum manuscriptis facit exemplar Florentinum. Rivius. — *Cum pro honore* etc. Haud asseverare ausim locum integrum. Est in Comm. *quae res ubi Marium tum pro honore* etc. at Pal. tert. *quae res Marium tum pro honore, quem adfectabat, contra Metellum* etc. nec aliter octavus. nam sextus: *quae res Marium pro honore quem adfectabat, tum contra Metellum.* Gruter. — Ball. *tum pro licentia redeundi quam ab eo impetrare nequibat contra M.* et ita Venet. 1470. Wasse.

Cupidine atque ira, pessimis consultoribus. Utramque e Thucydide. De priore lib. VI. Ἐπιθυμίᾳ μὲν ἐλάχιστα κατορθοῦνται, προνοίᾳ δὲ πλεῖστα. *Nam cupiditate pauca recte confiunt, circumspectione plurima.* De posteriori lib. III. Ἐναντιωτάτη τῇ εὐβουλίᾳ ὀργή. *Adversissima rectae menti ira.* Rupert. — Vide Catilin. cap. 71. Liv. VII. 40. *Quin omissis* ira *et spe*, fallacibus auctoribus, *nos ipsos nostraque omnia cognitae permittimus fidei.* Q. Septimius I. 8. *Inter quae tam sollicita, magna cura plurimi ex omni ordine lecti ad contrahenda ex finitimis regionibus auxilia, ab Alexandro aliisque* pessimis consultoribus. mallem, *cum magna cura.* uti etiam cap. 38. quod Sallustianum magis. vide cap. 69. 71. et alibi. Locutio ex Antiphonte hausta videtur. sic enim ille Orat. XV. pag. 123. Ἀλλὰ πρότερον γ' εὖ βουλεύσασθε, καὶ μὴ μετ' ὀργῆς καὶ διαβολῆς, ὡς τούτων οὐκ ἂν γένοιντο ἕτεροι πονηρότεροι σύμβουλοι. Illum Metelli filium in exilium actum a Caio Mario narrat Plutarchus pag. 430. Infra pro *laxiore imperio* L. 2., sed ex interprete, *latiore.* atque ita Venetiis cusi annis 1470. 1478. Chirographi omnes heic, quod mirum, sapiunt. Q. Septimius III. 1. *At Troiani cum auxiliaribus* laxiore militia, *neque circa exercitum solliciti, socordius agitare.* ita enim legendum, ut fuse probat Latinissimus Perizonius. L. Valla V. 40. omittit *ullo*; sed auctoris δεινότητα enervat. Pro *grassari* Thucydides fere χωρέω utitur. Vide I. 69. Wasse.

Neque facto ullo, neque dicto abstinere. Vide notam ad h. l. cap. 34. §. 2. Rupert.

Negotiatores. I. e. publicanos equestris ordinis, ut patet ex Vel-
233 leii lib. II. de Mario. * qui perperam *commeatum* vocat quod Noster *missionem*. Wasse. — Converte hanc fraudem, Princeps, in virtutem, et utere negotiatoribus in utilitatem publicam. Sive explorare vis, sive famam tuam spargere, sive ingressum et aditum apud longinquos et ignotos facere, negotiatoribus familiarem te praebe. Plutarchus in Solone tradidit, dignitatem olim mercaturae fuisse, ut quae commoda ex regionibus barbaris afferret, amicitias cum dynastis conciliaret, et ad multarum rerum peritiam conferret. Quid, quod Lusitanis Regibus per illos limen ad Orientis regna et primus gradus? Rupert.

Criminose simul et magnifice de bello loqui. Manuscripta, *ac magnifice.* quod ut nihil aliud, certe sonantius est. Rivius.

Dimidia pars exercitus sibi permitteretur. Quidam codices legunt *si sibi*; Goth. *sibi si*; alii coniunctionem omittunt, ut intellectu facilem. sed res haud magni momenti. Glarean. — Non improbo vulgatam lectionem, licet magis placeat manuscriptus liber, qui habet: *Dimidia pars exercitus si sibi permitteretur.* nam particula *si* potest videri a librario omissa, propter sequentem primam syllabam vocis *sibi*. Ursin. — Gothi Cod. *sibi si* Glar. et sic Ar. L. 2. et nostri fere *si sibi.* Wasse.

Ab imperatore consulto trahi. Sic etiam MSS. nostri omnes, absque voce *bellum*, inserta ab impressoribus. Gruter.

Superbiae regiae. De formula Tacitus An. XVI. 23. II. 70. Livius III. 19. XXXVIII. 42. XXXIX. 2. Hegesipp. II. 10. Caesar B. Civil. III. 82. *Spes victoriae augetur adeo, ut quicquid intercederet temporis, id morari reditum in Italiam videretur; et si quando quid Pompeius tardius aut consideratius faceret, unius esse negotium diei; sed illum delectari imperio, et consulares praetoriosque servorum habere numero.* Hoc usus colore Hanno apud Silium XI. 588.

*Aeratas iussi texamus mille carinas,*
*Atque omnis Libyae quaeratur bellua terris,*
Ut longa imperia, *atque* armatus proroget annos
*Annibal*, et regnum trahat *usque in tempora fati.*

Idem fere de Pompeio ante pugnam dixisse nobiles, auctor Appian. B. Civil. II. 769. *Ἐνοχλούμενος δὲ ὑπό τε τοῦ στρατοῦ παντὸς, ἐπηρμένου τοῖς περὶ τὸ Δυῤῥάχιον ἀμέτρως, καὶ τῶν ἐπ' ἀξιώσεως, αὐτὸν ἐπιτωθαζόντων ἐς φιλαρχίαν, ὡς ἑκόντα βραδύνοντα, ἵνα ἀνδρῶν ὁμοτίμων τοσῶνδε ἄρχοι, καὶ ἐπὶ τῷ δὲ αὐτὸν ΒΑΣΙΛΕΑ καὶ ἈΓΑΜΕΜΝΟΝΑ καλούντων, ὅτι κἀκεῖνος βασιλέων διὰ τὸν πόλεμον ἦρχεν.* et *ΒΑΣΙΛΕΑ ΒΑΣΙΛΕΩΝ* dictum ait Plutarchus. Idem de Lucullo milites apud Dionem XXXV. de se ultro profitebatur Hannibal Appian. pag. 337. De imperiosis et impotentibus voces *regie*, *regaliter* usurpant Reipublicae cultores. Ovidius Met. II. 367.

— *precibusque minas* regaliter *addit.*

Polybius pag. 1390. *Τοσούτῳ τὴν ἐξουσίαν ἐλάμβανε μείζω καὶ ΜΟΝΑΡΧΙΚΩΤΕΡΑΝ.* WASSE.

EO FIRMIORA VIDEBANTUR. Postrema dictio nihil habet quod agat. GRUTER.

QUIA DIUTURNITATE BELLI. Manuscripta *quod diuturnitate.* sed eodem sensu. RIVIUS.

FAMILIARIS CORRUPERANT. Retinui lectionem vetuste editorum, nec non MSS. omnium. Carrio invexit *corruperat*, quem non vitupero, sed dico abire a libris chirographis. GRUTER. — *Corruperunt* nostri, γ. λ. infra lineas servant tamen illud alterum. atque ita Ball. et Bodl. quod longe elegantius. WASSE.

* ANIMO CUPIENTI NIHIL SATIS FESTINATUR. Ut egenos res novae, 234
ita divites negotiatores pax delectat. Qua de re iam aliquoties supra diximus. Notandum vero hoc, cupidinem festinationem parere. Sic et Claudianus de Raptu Proserpinae 137.

*— — tum nulla ruenti*
*Mobilitas, tardos queritur nunc ire iugales* etc.

Et Livius lib. 29. cap. 35. *Desiderio indigentium auxilii tardius cuncta movebantur.* RUPERT. — Elegantissimus in hanc rem sensus apud Senecam de Brevit. vitae XVI. Confer item Claudian. de Nupt. Hon. XIV. Rapt. 138. Horat. Ep. I. 1. caeterum haec verba citat Lucatius ad Statium pag. 87. WASSE.

## CAP. LXIX.

MANASTABILIS. Libri quatuor notae pretiosioris *Mastanabilis*. alterum restat in sequioribus. GRUTER. — Vide quae supra notavimus. WASSE.

M. TESTAMENTO. Reg. a manu prima, *cum testamento. haeredem secundum*, hoc est, *haeredi substituit.* Caius II. Instit. Tit. 4. L. 4. D. *de Sc. Siliano.* vide etiam L. VIII. C. de Instit. Boëtii Comment. in Topica Cic. Ipse Cicero Verrin. III. *Appellat Lucium Annium qui erat* institutus secundum filium. Florus IV. *Brutum* in secundis haeredibus. Appianus: *Ἐν τοῖς δευτέροις κληρονόμοις ἐγέγραπτο παῖς· ἔθος γὰρ Ῥωμαίοις παραγράφειν τοῖς κληρονόμοις, εἰ μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρότεροι.* Et hoc est apud ICss. *secundo loco scribere haeredem.* apud quos illae etiam tabulae dicuntur *secundae.* vide L. 19. §. *posthumos* D. de Aliment. et *ima cera.* Sueton. in Caes. LXXXIII. *Reliquos* in ima cera. Horatius:

*— tabulas a te removere memento,*
*Sic tamen ut limis rapias quid* prima secundo
Cera *velit versu, solus multisne cohaeres,*
*Veloci percurre oculo.*

*In tertiis.* sic Agathias Anthol. II. pag. 218.

*Ἐν τριτάτῃ μοίρῃ κάλλιπε κληρονόμον.*

*ima cera* pro ea tabulae parte, quae vocatur Iustiniano *inferior pars testamenti*, Caio *pagina extrema*; inde *primicerius haeres*, qui in prima cera. WASSE.

Morbis confectus. Quidam edidit, *moribus confectus.* sed vulgatam lectionem antiquorum codicum auctoritate confirmatam magis probo. nam et paulo post: *Hominem ob morbos animo parum valido, secunda oratione extollit.* C. Popma. — Lucilius lib. XXVI. *Tum doloribus confectum corpus animo obsistere.* Coler. — Atqui Salvianus lib. I. de Gubernat. pag. 14. ait: *Infirmitas carnis vigorem mentis exacuit.* Quae eadem latius diffundit Epist. 5. Sed vide, quomodo respondeat ibi Rittershusius. Rupert.

Ob ea mente paullum imminuta. Sic libri quatuor notae pretiosioris, reliqui *paullulum*, ut habetur in editis. mihi videntur illa, nimirum *et ob ea mente paullum imminuta*, valde heic superflua, cum sequatur infra: *hominem ob morbos animo parum valido;* quid enim attinebat bis idem dici? Gruter. — In manuscriptis duobus ceterisque vetustioribus est *imminuta*, pro, *desipiens ipse ac parum mente consistens.* Haec est vera lectio, quam et sensus ipse postulat. nam et postea de eodem, *Hominem*, inquit, *ob morbos animo parum valido.* id nimirum est, *parum mentis compotem*, vel, ut ante dixit, *mente paullulum imminuta.* Rivius.

Mente paullulum immutata. Est similis ferme apud Velleium error quamvis in vocibus dissimilibus. nam ubi vulgo: *Hic est Opimius, a quo Cos. celeberrimum Opimiani vici nomen.* Hic ego *Opimiani vini* nomen legendum arbitror. ut perperam videlicet et in indice ipso et in margine ibidem illud sit adnotatum, *vicus Opimianus*, ubi *vinum Opimianum* adnotandum erat. Id quod ea quae mox apud Velleium sequuntur, plane indicant: *Quod iam nullum esse spatio annorum colligi potest. Quod*, nempe *vinum Opimianum.* nam *vicum* huc referri non posse vides. Meminit autem *vini Opimiani* Plinius libro XIV. capite 4. atque item
235 14. capite eiusdem * libri. Sed et Cicero in Bruto, seu de Claris Oratoribus, huiusce vini meminit. Neque adeo dissimilis est apud Horatium error in epistola I. Nam ubi hodie, *versor civilibus undis*, ibi exemplar manuscriptum quod penes nos est, *mersor civilibus undis*, multo rectius videlicet atque aptius. Verum ad institutum revertamur. Rivius. — Mentis inops exsulque sui. Wasse. — Forte, *Et ob ea* [pro vulg. *ob eam caussam*] *mente paululum imminuta.* Supra: *Et ob ea fideliter acta diis immortalibus supplicia decernere*, ubi etiam *fideliter acta* auribus meis sordet. Putsch.

Petenti, more etc. Transposui interpunctionem; nam in aliis editionibus, *petenti more regum, ut sellam* etc. perperam. nec enim secutus est morem regum in eo, quod petierit sellam iuxta Metellum; non, sed voluit etiam sibi tribui, quod scierat datum Masinissae, Micipsae, Iugurthae, aliisque sui et peregrini sanguinis regibus. Gruter. — Similia hodie contingunt in titulis. Moscoviae Dux nomen suum Imperatoris titulo praeponit. Pontifici Romano tam infensus est, ut eum non nisi Doctoris titulo dignetur. Resp. Moscov. pag. 23. ubi et adiicit, neque Polonum a Mosco, neque hunc ab illo literas accipere, novo titulo auctas. Rupert.

Uti sellam iuxta poneret. Vide Plutarchum in Catone. Coler. — Tempore Imperatorum maximus honor habebatur, sellae curuli

Imperatoriae circumponi. Tacit. II. Hist. 59. de Vitellio: *Valentem et Caecinam pro concione laudatos curuli suae circumposuit; tanquam ita secundi haberentur a Caesare. Et quum hoc loco apud Octavianum fuisset Maecenas, hinc cum Albinovanus in Elegia de obitu ipsius dexteram Caesaris usurpat.* Verba poëtae, quomodo ex veteri membrana ea reposuit Ioseph. Scaliger, sunt:

*Regis eras, Etrusce, genus; tu Caesaris almi*
*Dextera.*

hoc est, Tu Etrusce, genus regium, eras primus secundum Imperatorem. Sed et ad eundem honorem alludit Statius in Silvis:

*— vidi omni te pridem in flore iuventae,*
*Te magnae propius propiusque accedere dextrae.*

RUPERT.

Mart. et, opinor, Pemb. B. Pub. *sellam suam.* male. Hegesippus II. 1. *Cum usurpatione temeraria iam dudum intra Iudaeum inconsulto Caesare regem exercuisset. Quid enim* sella aurea *allatumque diadema, nisi regni forent insignia?* ibi verba, *ne dum divitiarum* etc. *ut impugnarent*, in Gualtheri codice nostrisque non comparent. Prorsus inducenda sunt, ut quae ex Oratione Antipatri I. 44. irrepserint in sedes non suas. Vide Iosephum XX. 5. Ruffini versio: *Nam et tiara recta ei permisit uti, et in* aureo lecto, *quo solis Parthorum regibus dormire concessit.* Talis sellae meminit Demosthenes adv. Timocr. 478. Confer etiam Marcilium ad Suetonii Domit. XI. et auctores de honore Bisellii. WASSE.

CUSTODIAE CAUSSA. Solebat P. R. confoederatis regibus turmam equitum praesidii caussa adiungere. COLER. — Satis quidem fidenter ille, qui notat ad hunc locum: *Solebat populus Romanus confoederatis regibus turmam equitum praesidii caussa adiungere:* sed unde hoc ille eruerit, qui nullum bonum auctorem legerit, qui omnia sua, minima maxima, ex huius aevi criticis consuere sueverit, scire admodum aveam; ego enim id nego ac pernego. GRUTER. — Pro *custodiae* Pemb. *certo die.* WASSE. — Eligebantur ad excubias non nisi honoratissimi. De Macedonibus nobilibus circa Regem vid. Curt. lib. VIII. cap. 6. §. 3. de equestris ordinis iuvenibus circa Galbam Suet. in eius Vita cap. 10. In postremis verbis * legit Freinshemius, *quod contumeliosum in nos foret, si* 236
*equites Romani, satellites Numidae traderentur. In nos,* hoc est, in populum Romanum; sicut Tacit. XIII. Annal. 41. *nec id nobis virium erat.* hoc est, Romanis. RUPERT.

QUOD CONTUMELIOSUM IN EOS FORET, SI EQUITES ROMANI, SATELLITES NUMIDAE TRADERENTUR. Posset brevius: *quod contumeliosum foret equitibus Romanis, satellites Numidae tradi.* GRUTER. — Vide ut *eos* dixerit, tamquam notos, nempe de quibus iam; itaque cum omittere potuisset, nihilominus repetiit, propter sensum indignitatis explicandum. GLAREAN. — L. 2. 3. Venetae, Ball. γ. λ. omittunt *in eos.* WASSE.

UT CONTUMELIARUM etc. Voces *in Imp.* abesse poterant; satis subintelliguntur, neque eodem etiam modo perscribuntur in MSS. nam Com. ut et Pal. 5. sept. oct. non. *contumeliarum imperatori.* Pal. 3. *contumeliarum imperatore.* quart. *contumeliarum ab imperatore.* sext. *contumelia-*

*rum in imperatore.* Nazar. adscriptum alias legi *imperatorum.* Grut. — Reg. a 2. m. *contumeliarum imperatori*, et Arond. L. 3. Venetae *c. imperatoris.* et Ball. Wasse.

Si ipse consul ad id bellum etc. Iniurie omisit, hoc est, contra omnes MSS. et edd. Carrionis editio caeteraeque voculam *id;* maluissem neglexissent voces duas adsitas *missus foret*, quae honestius subintelligerentur. Gruter. — Nostri retinent *missus foret.* et L. 2. pro *bellum*, *proelium.* Wasse.

Itaque et illum et equites etc. Nihil variant MSS. nisi quod excluserit Commel. noster illud *milites*, quae vox item abest Pal. septimo; secundus immittit copulam *et milites.* 9. etiam aufert aliis dictionibus, habuitque initio, *itaque et illum equites Rom. multos miles et negotiatores*, sed punctis subducta ceu supervacua *multos miles.* ego putarem nihil defuturum ad sensum, si eiectis caeteris retineremus, *itaque et illum et milites et negotiatores alios ipse, plerosque pacis spes* etc. Gruter.

Et equites Romanos milites et negotiatores. Sic habent omnes fere libri in pergameno descripti. Non celabo tamen lectorem, antiqui cuiusdam libri scripturam: *Et equites Romanos multos et negociatores.* C. Popma.

Plerosque spes pacis impellit, uti Romam etc. Libri veteres paullo minus quam omnes; in his Bertiniensis et Thosanus, *spe pacis.* proximum sit reponere: *alios ipse se, plerosque spe pacis impellit.* omnes impulit Iugurtha: alios favore sui, hoc est, ipse se; alios studio et cura rerum suarum, h. e. spe pacis. Palmer. — Bertin. et Thosanus, *spe*
237 *pacis.* * unde Palmer. *alios ipse se, plerosque spe pacis.* hoc est, *alios favore sui, sua gratia.* Nostri *spes.* Wasse.

Per legem Mamiliam etc. Sic et codex manuscriptus, et ille Parisiis a Badio excusus. Verum exemplar Gymnici habet in margine *Manliam*, quomodo et Venetum, Argentoratense, et alia pleraque. Sed et illud ibidem Gymnicus, hac lege cautum fuisse, uti re male gesta ab nobilitate, mandarentur novis hominibus magistratus. Atqui hanc ipsam legem Franc. Philelphus latam a Mamilio tribuno pl.; Pomponius vero Laetus a Manilio dicit: nisi sint mendosi codices. In re quidem ambo consentiunt, nempe latam fuisse: ut, quoniam res a nobilibus male gestae forent, etiam ii iam ad magistratus admitterentur, quorum maiores in rep. magistratum non gessissent: cuiusmodi homines *novi* appellentur. Haec uterque totidem fere verbis. Caeterum in nomine dissentiunt. nam *Mamilius* a Philelpho qui legem tulerit, *Manilius* a Pomponio dicitur. Ego plerisque coniecturis adducor, uti suspicer hunc eundem fermo esse, de quo et superius est a Sallustio mentio facta. Quo loco satis multa diximus. Nisi quis trib. pl. L. Manlium Mantinum intelligere malit. de quo sic infra Sallustius: *Itaque* (inquit) *perculsa nobilitate, post multas tempestates novo homini consulatus mandatur, et postea populus a tribuno plebis L. Manlio Mantino rogatus, quem vellet cum Iugurtha bellum gerere, frequens Marium iussit.* Rivius. — Vid. supra cap. 40. Wasse. — Ita libri incorruptiores; nam alii vel *Mamilliam* vel *Mamillam.* Gruter. — Cic. in Bruto lege *Mamilia* (ita ibi legendum, non *Manilia*)

sublatos nominat C. Galbam Sacerdotem et quatuor consulares L. Bestiam, C. Catonem, Sp. Albinum, L. Opimium. Rupert.

## CAP. LXX.

Quae ab se defecerant. Lego *abs se.* nam quod Priscianus lib. VIII. citet, *quae ab rege defecerunt*, falsum. *Abs se* autem deficere est, ultro et sponte deficere. Et Sallustius profecto intelligit urbes, quae sponte sua se in fidem Metello dederant. Sic infra repetit: *Civitates quae abs se defecerant.* Plaut. Rudente: *Litterata est, abs se cantat.* Coler.

Igitur Vaccenses. Naz. *Vagenses.* Com. *Vacenses*, non repetita litera tertia, quam tamen ambo repraesentant, uti nunc vulgatur, capite sequenti. Gruter. — Plutarchus et Ptolom. *Vagenses* et *Vaga.* Wasse.

Princip. c. i. s. coniurant. Forsan *coniurare.* * nam est in Bong. 238
*coniuravere.* in Pal. 7. *coniuraverant.* Gruter.

Vulgus, uti plerumque solet, ingenio mobili. Vide not. ad Catil. cap. 37. §. 1. Rupert.

Seditiosum atque discordiosum erat. Ferre possum deleri *erat*, utique cum non conspiciatur in Bong. Grut. — Nec Bodl. Wasse. — *Discordiosum* rarum apud auctores vocabulum, sed bona analogia dictum, ut quidam putant. Ego suspectum habeo, nisi sit a vetere aliquo. Glarean. — Quidni a vetere? Plautus *ingenio* discordabili. *discordialis* apud Plin. in Nat. Hist. *discordis* apud Pomponium in Satyra. et *discorditas* apud Pacuvium Hermiona. sed et Sidonius lib. IX. Ep. 3. *Statuta regnorum denuo per conditiones* discordiosas *ancipitia redduntur.* et VI. 2. Ep. *Unde et suspicor vobis unam pronuntiandam domum* discordiosam. Cyprianus de Unit. Eccles. pag. 113. *ostendit magis esse se cum duobus aut tribus unanimiter orantibus, quam cum dissidentibus plurimis; plusque impetrari posse paucorum concordi prece, quam* discordiosa *oratione multorum.* Idem in Epist. pag. 87. discordiosus *stylus.* Infra, *quieti advorsum.* Hegesippus III. 26. *multitudinem* paci adversam. ibi C. C. C. *itinere omni.* recte. γ. λ. omittunt *atque discord.* Wasse.

Deinde compositis. Manuscriptum *dein.* Rivius. — *quieti* Reg. 2. Wasse.

Constituunt. Absolute. Sic Catilin. XLIV. constituerat *ut de actionibus Ciceronis quereretur.* Iuven. III. 12.

*Hic ubi nocturnae Numa* constituebat *amicae,*
*Nunc sacri fontis nemus et delubra locantur*
*Iudaeis: quorum cophinus foenumque supellex.*

ad quem locum Schol. ineditus: *Iudaei sabbatha colunt, in quibus nihil licet facere, unde in parasceue cibos suos decoquunt, reponunt in cophinis foeno involuto.* Sed ut revertar, insulse prorsus d'Orleans pro *constituebat* legit *constertebat.* Idem VI. 486.

*Nam si* constituit, *solitoque decentius optat*
*Ornari, et properat, iamque expectatur in hortis,*

*Aut apud Isiacae potius sacraria lenae,*
Disponet crimen.

Nostrates: *If she makes an Assignation.* Propert. IV. 8. 33. Cic. pro Cael. constitutum factum *esse cum servis.* I. de Orat. §. 139. Terent. Hecyr. Constitui cum *quodam hospite Me esse illum conventuram.* i. e. *promisi.* Eunuch. *Dati annuli, locus, tempus* constitutum *est.* vide Turneb. X. 27. et Lipsium in Quaest. Epist. Cic. pro Caecin. *Placuit Caecinae de amicorum sententia* constituere, *quo die in rem praesentem veniretur.* Verrin. Constitui cum hominibus *quo die Messanae mihi praesto essent.* Sic *constituere alicui* ἐλλειπτικῶς pro *c. horam*, *diem*, *tempus.* ea forma qua dicimus, *honores alicui constituere.* Nepos XVIII. 9. *sic paratus,* qua constituerat, *proficiscitur.* pro *decernere* absol. idem XVIII. 12. Cicero et accus. et dat. addit Verrin. II. 15. ad Attic. XII. 2. Wasse.

Quod is festus celebratusque per omnem Africam. Huiusmodi dies coniurationibus aptas esse, diximus ad Iustin. lib. XXI. cap. 4. §. 2. Rupert.

T. Turpilium Syllanum. In vetustis, *Sullanum:* antiquo illo scribendi more. Rivius. — Ita [*Silanum*] et Pall. nostri, nisi quod Naz. videatur prius habuisse *Sulanum*, aut *Sillanum*, quomodo item alii aliquot. Gruter.

Eos omnes. Legendum, *eos omneis.* Rivius.

239 Inter epulas obtruncant. Quo facinore * etiam in Germanos grassati sunt Agrippinenses. Tacit. lib. IV. Hist. cap. 74. Rupert.

Postea milites palantis, inermes, quippe in tali die. Manuscripta duo, *inermos.* nam mutari nonnunquam in hoc nomine inflexionem, haud fere quisquam ignorat. Utitur autem hac declinatione Tacitus saepe, velut I. *Qui semisomnos, inermos, aut palanteis ceciderant.* pro *inermes.* et: *Quem ignarum inermumque quamvis firmatus animo centurio aegre confecit.* Rivius. — *inermes* nostri. Wasse.

Quippe in tali die, et sine. In vetustis, *ac sine imperio.* tametsi hoc quidem sane quam leve et nullius fere momenti, nisi quod melius sonat. Rivius. — Non male Bong. *quippe tali die*, neglecta praepositione. Pal. quoque quint. *die sine imperio,* omissa copula. Gruter. — Nostri servant *in.* Wasse.

Idem plebs facit. Manuscriptum *plebes.* Rivius. — MSS. meliores *item.* Gruter.

Pars edocti a nobilitate. Ibidem, *ab nobilitate.* Rivius.

Studio talium rerum incitati. Dictio ultima abesse poterat captatori brevitatis. Gruter.

## CAP. LXXI.

Romani milites perculsi improviso. *Tò perculsi* non est in ullo MS. nec in impressis vetustioribus; sed nec sensus magnopere requirit. Rivius. — Aestuant emendatores — *velut minuta magno Deprehensa navis in mari vesaniente vento.* emaculandum autem: *Rom. milites improviso metu incerti ignarique quid potissimum facerent, trepidare ad arcem*

*oppidi, ubi signa et scuta erant: praesidium hostium, portae ante clausae, fugam vetant.* ita Bertinianus et Sigebergensis, nisi quod in hoc *prohibebant* legebatur: *percu'si* autem abesse a S. C. ne Rivius tacuit quidem. *Trepidare ad arcem* optime. Livius: *Moxque dum in sua quisque ministeria discursu trepidat ad prima signa.* Horatius:

*Quam quae per pronum trepidat cum murmure clivum.*

Hoc ergo exemplo vetusta et venusta sunt, *trepidare domum, trepidare in naves,* aliaque talia. Palmer. — Palmerius ex Bertiniano et Sigebergensi locum sic corrigit: *Romani milites improviso metu incerti ignarique quid potissimum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi signa et scuta erant, praesidium hostium, portae clausae, fugam vetant.* Concinne satis. Sed Rittershusianus quoque *trepidare ad arcem* habet. Coler.

Trepidare arcem oppidi. Hic locus varie legitur, et, ni fallor, etiam corrupte. ex Aldini codicis lectione nullus sensus est. Gothi codex ita habebât: *Trepidare arcem oppidi, ubi signa et scuta erant* (hic quidam adscripserat, *petere*) *praesidium hostium, portae antea clausae fugam prohibebant.* Ego in alio quodam codice hanc reperi lectionem: *trepidare: ad arcem oppidi, ubi signa et scuta erunt, praesidium hostium, et portae ante clausae fugam prohibebant.* hoc sensu: *Milites Romani trepidabant, quia hostium praesidium prohibebat fugam ad arcem, sed portae clausae omnem fugam prohibebant:* ut zeugma a fine cum syllepsi numerorum. Glarean. — Adsensus sum potissimae parti membranarum, nec non edd. vetustis; nam aliae *trepidare ad arcem,* aliae, *trepidare apud arcem,* novissima vero, *ignarique quid potissimum facerent, trepidare arcem oppidi* etc. omnes inepte, ut pluribus demonstravi in Suspicionum libellis. Gruter. — Adde Graevium ad Lactant. de M. Persec. cap. 10. pag. 90. Gronovium patrem ad Liv. XXVII. 1. Codex Pemb. sic distinguit: *trepidare. Arcem oppidi ubi signa et scuta erant praesidium hostium. Portae ante clausae fugam prohibebant.* Marckii γ. et Carrio, Reg. L. 3. Mart. Bodl. omittunt * *ad*, Bertin. et Sigeberg. agnoscunt. Vide Pal- 240
merium, et Servium pag. 399. Virg. *trepidantia bello Corda.* Georg. IV. 69. et Aen. IX. 114. confer denique Cl. Salmasium. Wasse.

Et portae ante clausae. Illa *et* copula non est in manuscriptis, ac rectius abest. Rivius.

Puerique pro tectis. Quid pueri ante tecta iaculari in Romanos potuerint nescio. Lego duobus tantum verbis *Protectis aedificiorum.* Glossarium: *Protectum, ἐκθετές.* Sed et *Proiecta* eadem dicuntur. Glossarium idem: *Proiecta tecta, Ἀνεπεταγμένα, ἀνάστασιν ἔχουσα, ἐπὶ οἰκίας.* Alibi *Proiectio ἐξώστης. Proiectus ἐξώστης.* Perperam alio loco: *Persecta tecta.* Emendo: *Proiecta tecta,* ut supra. Eadem *Meniana* vocabant, de quibus et apud Iureconsultos. Coler. — Non sunt cogenda in unam dictionem illa *pro tectis.* ignorat rationem aedificiorum omnem usumque praepositionis *pro*, qui id mutat. Gruter.

Resisti posse. Posset excludi ultima vox, salva sententia. Grut.

Strenui et imbecilles. MSS. Pirck. *Strenui et imbelles.* Recte.

Nam contraria sunt *strenuus* et *imbellis*. Glossae: *Imbellis* ἀπόλεμος, ἀσθενής. Coler.

Inulti obtruncari. Num *inulti* trisyllabon potius, quam *multi* disyllabon legendum? quod saepe puncti omissione in tertia vocali Latinorum accidit, quemadmodum superius alicubi admonuimus. Glar. — Nisi me coniectura fallit, legendum est *inulti:* pro impune et qui ulcisci hostes non possent. Sic idem est in Catilina usus: *Cavete ne inulti animam amittatis.* Iam *inulti* esse legendum, ea quae statim praecessere, indicant: *neque caveri anceps malum, neque a fortissimis infirmissimo generi resisti posse.* Id nimirum erat, *inultum obtruncari.* Iam non multos obtruncatos, sed omnes plane, ipsemet Sallustius ostendit, cum Turpilium ait unum ex omnibus Italicis profugisse *intactum.* Ex similitudine scripturae defluxit error. Rivius. — Ita melius omnino Nazar. noster quam alii, *multi obtruncari* aut *obtruncati.* Gruter. — L. 3. *imbecilles obtruncari. Obtruncati sunt* L. 2. inepte; et Venetae *inulti* Reg. Mart. Wass.

In ea tanta asperitate, tamque saevissimis Numidis. Ita legendum ex vetustis libris, qui hac in parte sinceri incorruptique sunt, vulgatis omnibus mendosis, in quibus particula *tamque* omissa est. confirmat hanc correctionem meam eodem in libro Sallustius: *tanto tamque utili labori meo nomen inertiae imponant.* et in Catilinario: *In tanta itaque tamque corrupta civitate.* C. Popma.

Id misericordiane hospitis, an pactione, an casu ita evenerit, parum comperimus. Rescribi queat brevius: *misericordiane hospitis, an pactione, an casu, parum comperimus.* Gruter.

Nisi quod illi in tanto malo turpis vita etc. Codex in pergamenis descriptus habet, *nisi quia illi in tanto malo* etc. *improbus intestabilisque videtur.* τὸ *nisi* hic eodem modo accipitur, quo apud Terentium in Andria: *Nescio,* inquit, *nisi deos mihi iratos fuisse satis scio, qui illi auscultaverim.* Sed et Cicero aliquoties in hunc ipsum modum; velut in Epistolis: *De re nihil possum iudicare: nisi illud mihi persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse.* pro, *nisi quod mihi persuadeo.* vel, *nisi quatenus* etc. Idem pro Sex. Roscio: *Quid erat quod Capitoni primum nuntiarit, nescio:* nisi hoc *video, Capitonem in his bonis esse socium.* Sunt
241 qui *nisi* pro *sed* positum, seu pro * *verumtamen*, in his atque similibus locis putent; in quibus est Linacer. id quod ne mihi quidem displicet, ac in exemplis supra positis probe quadrat. Rivius.

Inprobus intestabilisque videtur. Ita cum Nostro sentiunt omnium fere sectarum philosophi, inprimis vero Stoici.

*— Nec enim omnia quaedam*
*Pro vita facienda putant.*

*Et honestum ei vile esse, cui corpus nimis carum est,* clamat Seneca epist. 14. ubi et adiecit: *agendum quidem corporis diligentissime curam, ita tamen, ut, quum exiget ratio, quum dignitas, quum fides, mittendum in ignem sit.* Sed et in eandem sententiam alibi passim multa disserit, et Epictetus in Dissertationibus, ab Arriano digestis. Rupert. — Turpilium praefectum fabrum eundemque hospitem suum condemnasse Metel-

lum ait Plutarchus instinctu C. Marii, qui eum in iudicio acriter oppugnaverat. Idem etiam innocentem praedicat: *μετ' ὀλίγον δὲ τῆς αἰτίας ψευδοῦς φανείσης*. in Mario pag. 409. Wasse.

Intestabilis. Tacitus Annal. XV. *Incusat ultro intestabilem et consceleratum.* Ciaccon. — Badius *instabilis* legisse videtur, non recte, mea quidem sententia. Soldus *intestabilem* exponit *valde sceleratum.* Acron in tertiam Horatii Satyram lib. II. Sermonum, ubi de Servii Oppidii testamento fit mentio, ita ait: *Intestabiles appellabantur, quorum testimonium non valebat.* Porphyrio autem, *Antiqui eos*, inquit, *quos in testimonium dimitti nolebant, intestabileis vocabant.* Badius eo in loco Horatii exponit, *Intestabilis, id est, testamenti expers.* quod propius vero puto. hoc autem Sallustii in loco Perroti expositio accipi potest, qui *intestabilis* pro *detestabilis* positum putat, ad hoc Gellium citans auctorem, qui eadem significatione usurpaverit. Glarean. — *Intestabilis* utique hic idem significat, quod in illo ex XII Tabulis: *Improbus* intestabilisque *esto.* Gellius eodem modo utitur libro septimo, capite decimo octavo: *Qui ad Hannibalem non redissent, usque adeo* intestabiles *invisosque fuisse, ut taedium vitae ceperint, necemque sibi consciverint.* Proprie vero *intestabilis* is est, qui nec testimonium dicere, nec aut testamentum facere, aut e testamento consequi aliquid potest. Inde metaphorice pro tetro detestabilique et execrando ponitur. Plin. XXX. de magica loquens: *Proinde ita persuasum sit, eam* intestabilem, *irritam, inanem esse.* Horatius: *Intestabilis et sacer esto.* Rivius. — Glossae: *μὴ προσδεκτέος εἰς μαρτυρίαν.* Wasse.

Metellus, ubi postquam de rebus Vaccae actis comperit. Aldinus codex habet: *Metellus ubi postquam;* sed alterum abundat, hoc saltem loco. Glarean. — In MSS. ceterisque vetustioribus non est *ubi*, sed tantum *postquam.* Quod si priorem lectionem recipis, abundat forsan altera harum particularum, ut in illo *post deinde* apud Terentium in Andria, *una simul* in Heautontimorumeno, *misere nimis* in Adelphis, in Phormione *fere plerumque.* Quid si ex glossa irrepsit τὸ *postquam*, quod aliquis forsan supra scripserit, explicare volens quid significaret *ubi;* nam istis glossis mendosiores sunt antiqui codices facti. Rivius. — Ald. Cod. *ubi postquam.* Wasse.

E conspectu abiit. Codex Fabricianus *abit*, tempore praesenti. Rivius.

Dein, ubi ira et aegritudo permista sunt etc. Hinc Aristoteles III. Nicomach. 11. *iram cotem fortitudinis* autumat. Eius verba sunt: *Porro iram quoque fortitudini adscribunt. Fortes enim videntur esse etiam ii, qui ira concitati, tanquam belluae, in eos irruunt, qui vulneraverunt, quoniam fortes sunt etiam iracundi. Maximum enim ad pericula adeunda calcar ira admovet. Ex quo et Homerus:*

— — *vires addidit ira* etc.

* *Fortes igitur honesti causa res omnes gerunt, eosque ira adiuvat: bestiae* 242 *autem dolore affectae.* Haec et pluribus ille, quae minime probat Seneca in libb. de Ira, ubi inter alia: *Ira,* inquit Aristoteles, *necessaria est, nec quisquam sine illa expugnari potest, nisi illa impleat animum et spiritum*

*accendat. Utendum autem illa est, non ut duce, sed ut milite. Quod est falsum. Nam si exaudit rationem et sequitur, quo ducitur, iam non est ira: cuius proprium est contumacia. Si vero repugnat, et non, ubi iussa est, quiescit, sed libidine ferociaque provehitur, tum inutilis animi minister est, quam miles, qui signum receptui datum negligit.* Haec et alia multa in eandem sententiam ille lib. I. de Ira cap. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. et 16. Sed et seqq. duobus libb. adversus Aristotelem et Peripateticos, qui optimum esse aiunt, temperare iram, non penitus tollere, tanquam Stoicus disputat. Peripateticis tamen hac in parte adhaeret Plato quoque, qui ubique iram laudat, ut fortitudinis administram. Atque hinc etiam lib. II. de Republica custodem suum, quem tueri patriam vult, corpore robustum esse, animo iracundum cupit. Sed et lib. V. de LL. *Oportet*, inquit, *iracundum quemvis virum esse, et maxime etiam mitem. Aliorum enim peccata gravia, et curatu difficilia, aut prorsus insanabilia, non aliter licet vitare, aut tollere, quam pugnando resistendoque vincere, et sine remissione punire. Hoc enim, sine generosa quadam ira, nullus animus fecerit.* Et quae ibid. seq. In qua parte sunt etiam vett. Ecclesiae DD. et inter alios Lactantius, cuius cap. 18. est lib. de Ira Dei, sine ira peccatum non corrigi, ubi et Stoicos refutat. Iam B. Ambrosii lib. I. de Off. illa sunt: *Irascimini, ubi est culpa, cui irasci debeatis. Non potest non fieri, ut non rerum indignitate moveatur: alioqui non virtus, sed lentitudo et remissio iudicatur.* Denique praeter alias scite Bernardus in quadam epistola: *Non irasci, ubi irascendum est, et nolle emendare peccatum, peccatum est. Plus vero irasci, quam irascendum est, peccatum peccato addere est.* RUPERT. — Dictio novissima *sunt*, est ab oscitantia librarii. GRUTER. — Nostri habent. WASSE.

PARITER. Sic infra. *Sulla pariter cum ortu solis castra metabatur.* Etiam: *uti simul cum occasu solis egrederentur.* Infra: *pariter cum capta Thala legati venerant.* CIACCON. — Sic Noster alibi. i. e. *eodem tempore, simul, una cum.* Dares cap. 2. *Legatos mittunt ut tota Graecia conveniat, cum classibus et exercitibus ornati* pariter *ad Atheniensium portum, unde* pariter *ad Troiam proficiscantur.* At quis ferat vel in ferreae aetatis scriptore insulsissimam repetitionem? Lege ergo cum codice Sidneiensi: *exercitibus ornati paratique — unde pariter ad Troiam pr.* Sic Noster supra. Cic. de Orat. *Ut ille qui haec non vidit, et vixisse cum Repub.* pariter *et cum illa simul extinctus esse videatur.* WASSE.

CIRCUMVENTUM. Expressit illa Polybiana, ἐν τινὶ πεδίῳ πανταχόθεν ὄρεσι περιεχομένῳ. pag. 108. lib. I. vide etiam Plutarch. Lucul. pag. 507. Virg.

*Cocytusque sinu labens* circumvenit *atro.*

sic enim Pieriani et e nostris Pemb. Ies. sed Ioannensis aliique pessime *circumfluit*, quod ab interprete natum amplectitur C. Ruaeus. At tu, vatum interpres Heinsi, alia mones, etiam mortuus nec totus occidis:

Αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ᾗσιν ὁ πάντων
Ἁρπακτὴρ Ἀΐδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

Noster: *cuncta* moenia *exercitu* circumvenit. Hegesip. III. 26. *arenoso undique litore* circumvenitur. MSS. pro *si quis* habent *si qui*, eleganter.

Curtius II. 6. *Ambitus Babyloniae* CCCLXXX * *stadiis* circumvenitur. 243
VI. 1. *Operum magnitudinem* circumveniunt *cavernae ingentes.* Tacitus in re simili maluit *circumiecta.* vid. V. Verrin. §. 55. 11. 2. atque ita Quinctilianus Declam. XIII. pag. 183. *Ex omni parte* circumiectus *divitis ager, vix tenuem ad gressus meos semitam dabat.* Qui eius loco reponet *circumventus*, id faciet auctoritate membranarum Ioannensium. alterum tamen retinet Mamertinus Paneg. XIII. Hoc significatu *circumsepti* apud Ammianum XXVIII. 6. Wasse.

Abnuentes omnia. *Abnuentis* noster Nazar. Gruter. — Xenophon Paed. II. Ὡς μηδὲν ἈΝΑΙΝΟΙΝΤΟ ἔργον, ἀλλὰ πάντα νομίζοιεν πρέπειν αὐτοῖς πράσσειν, ὅσα ἂν ἄρχων προστάττῃ. Cum itaque significare voluerit auctor milites ad summam contumaciam evasisse, dixit eos *omnia abnuere*, ut infra Fr. III. *pollicitus omnia.* quomodo locutus est Livius. Vox *abnuere* in rebus hostilibus frequens. Q. Septimius III. 13. Abnuentibus *iam* barbaris, *ac sine ulla difficultate versis.* Non assentior Ampl. et doctissimo Perizonio, qui *abeuntibus* legit. nam auctor procul dubio locum hunc Sallustii respexit. Absolute usus est etiam V. 3. *Cuncti simul gemitum edunt* etc. abnuere *tot adversis rebus Priamum.* Confer IV. 15. Idque facit Livius XXVII. 49. *Ille pugnantes hortando pariterque obeundo pericula sustinuit: ille fessos* abnuentesque *taedio et labore, nunc precando, nunc castigando accendit.* Idem alibi casum addit III. 38. et Tacitus XIV. 37. et XXI. Ennius:

*Certare* abnueo, *metuo legionibu' labem.*

contra:

Adnuvit *sese mecum decernere ferro.*

Vid. Claudian. II. Ruffin. 72. Hoc modo utuntur *negare, respuere* et similibus. Statius Theb. II. 669.

— — *Ast tamen* illi
Membra negant, *lassusque ferat praecordia sanguis.*

*sanguis* autem pro *viribus*, ut supra vs. 561. idque vere et philosophice, itemque apud Plautum Bacchid. I. 3. 45. Stephanus, Lambinus, Operarius, non capiunt. Statius iterum, sed absolute Theb. VI. 553.

— — *nec inutile bellis*
*Subsidium si dextra* neget.

ibi B. Pub. *turre supina*, at caeteri, uti et Virg., *suprema*, recte. Eleganter apud eundem Sylv. III. 1. *saxa* negantia *ferro.* hoc est, non cedentia, quae aperire et diducere nequit ferri rigor. Wasse.

Vaccam non amplius mille passuum abesse. Mirum vero, si non amplius mille passuum aberant Romani, Vaccenses non rescivisse. Ego numerum ante millia desiderari valde vereor, ut, duo vel tria. Badius adiicit, *mille* esse ablativi casus, quod mihi non videtur: substantivum tamen esse necesse est, siquidem lectio bene habet. Sed idem Badius paulo post *cives* per *concives* exponit, quasi quisquam veterum *concivis* dixerit: cum Cicero, Sallustius ac veteres omnes perpetuo *cives* protulerint, numquam *concives*, Vallae temporibus natum. Illud etiam quod ibidem auctor ait, *equites in primo latere*, plane non intelligo.

Badius autem exponit, *in primo latere, quia ex transverso agebatur agmen.* Glarean.

Arrectis. Ita plane MSS. et perplacet, haud ita tamen, ut ideo aliis locis, ubi eadem exemplaria praeferunt *erectis*, alterum istud statim substitui debeat. Gruter. — *Erectis* Bell. Wasse.

244 * Equites in primo latere. Nugantur alii; unus Glareanus, more maiorum, sine fuco et fallaciis, negat se intelligere. Et melius ille, quam qui ubique intelligende faciunt, ut nihil intelligant. Lego *equites inprimo late; pedites quam artissime ire* etc. *Ire* in plerisque V. C. Erant Metello equites auxiliares Numidae, hos sparsos iubet praecurrere, ut Vaccenses inducantur; Romanos pedites conferto agmine sequi: eadem de caussa haec sententia aliter quam verbis a me restitutis non conficitur. et illud *artissime* postulat cui referatur ac componatur in priore membro. Sed fefellit bonos viros adverbium *inprimo*, paulo minus quam proculcatum. Palmer. — Locus obscurissimus; sed ei faculam adlucit Palmerius, corrigens, *equites inprimo late. Inprimo* adverbialiter positum, a Virgilio *iamprimo*, si credimus Philargyrio antiquissimo eius interpreti. Coler. — Reperi in uno MSS. *equites in primo latere ponit.* Sed nihil mutandum puto. C. Popma. — *Latere* glossam resipit et additamentum librarii; nisi forte syllaba una tantum ab ipso est, fuitque *late*, uti visum Palmerio. Gruter. — Non est additamentum, ut suspicatur Gruterus, sed corruptum ex *late*, ut Palmerio et Colero visum, qui tamen perperam faciunt adverb. *imprimo.* Vide Gronov. ad Liv. lib. X. cap. 14. pag. 846. Wasse.

Pedites quam arctissime pergere. MSS. *quam arctissime ire.* quomodo est in ceteris item vetustioribus. Incuria quadam typographi hoc mendum irrepsit, propterea in proximo versu *pergere* sequitur. Rivius. — Aliquot manuscripti et typis excusi codices: *Pedites quam arctissime pergere.* Nos *ire* scripsimus, veterum librorum fidem secuti. infra: *Aulum Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris, ubi stipendium et commeatum locaverat*, ire iubet. item in eodem libro: *ille statim L. Syllam et Aulum Manlium legatos ire iubet.* et iterum: *Eos ad Marium ac dein, si placeat, Romam legatos ire iubet.* Errori occasionem dedit, quod versu proximo *pergere* sequitur. C. Popma.

## CAP. LXXII.

Vaccenses ubi animadvertere ad se versum. Manuscripta duo, *ad se vorsum*, quod, ut antiquario, magis convenit. nec secus exemplar Basiliense. Rivius. — MSS. incorruptiores, *animum advertere*, a meum quidem primore. Gruter. — Approbat ad Livium lib. XXIV. cap. 48. Gronovius. Divisim e nostris γ. et Pemb. sic etiam Caesar B. G. V. 18. vide Graevium ad Cic. Offic. II. 19. *animo advertere.* Sidonius lib. Epist. IV. sed et V. 10. *Te amat, in quo solo, vel maxime animum advertit.* Wowerius, *omnium advertit.* et sic in forma simili apud Symmachum I. 23. Iuretus. sed MSS. et Vulg. Sidonii retinent *ani-*

*mum ad.* eaque lectio ex aliis eiusdem locis defendi et potest et debet. confer VIII. 7. Ennius: *si voles* animum advertere *comiter monstrabitur.* sic etiam Plautus, aliíque innumeri. idem valet apud Thucyd. *προςέχει τὴν γνώμην.* WASSE.

PRIMO UTI RES etc. Poterat tolli *res* et *esse.* tanto quidem magis quod appareat in Naz. ac Comm. *uti erat res.* GRUTER.

PORTAS CLAUSERE. Suavius foret *claudere.* GRUTER.

ET EOS, QUI PRIMI ADERANT, NUMIDAS EQUITES etc. Iustinus aliquis contentus fuisset dicere: *et Numidas equites vident.* nam primos incessisse, plus satis constat e supra dictis. GRUTER.

RURSUS IUGURTHAM ARBITRATI. Similis error et Megarenses pessumdedit, apud Iustin. lib. II. cap. 8. §. 3. ubi notam nostram vide: et Persas ad Eurymedontem fluvium, apud Diodor. Sicul. lib. XI. cap. 61. ibi: *Nec satis tanta victoria effectum ratus Cimon, mox totam classem in terrestres Persarum copias ducit, ad Eurymedontem fl. tum stativa habentes. Cumque arte barbaros circumvenire statuisset, in naves nuper expugnatas fortissimos quosque suorum tiaris et reliquo ornatu Persico instructos collocat. Barbari, veluti iam recens suorum classis adventet, figura et apparatu navium Persicarum decepti, pro suis illas triremibus agnoscunt, et Athenienses non aliter quam amicos excipiunt.* et quae ibid. de strage Persarum sequuntur. Sed et in Musulmannica historia aliquoties occurrit hoc stratagema, v. g. lib. IV. in rebus Urchanis, ibi: *Urchan, hostium fallendorum causa, Christiani mercatoris habitum induit, et ad castellum pontium Sangarii fluminis se contulit. Quum arcis praesidiarii viderent, hos uti vestitu * Christianis usitato mercatoribus, et tales esse crederent;* 245 *ultro portas eis aperuerunt, et arcem siverunt ingredi. Tum vero milites Urchanis in arcem admissi gladios et acinaces suos stringere coeperunt, et tanto quidem impetu, ut castro vi potirentur, captumque diriperent.* RUPERT.

OBVIAM. *Obvii* L. 2. 3. Arond. γ. λ. Pemb. at Venetae, Mart. Bodl. Reg. L. 1. *obviam.* vide supra. WASSE.

SPES PRAEDAE. *Pr. spes* Pemb. Hegesip. I. 45. *Nec diutius ferre potuit responsionis constantiam, sed indignatione super aegritudinem facta, ut infirmitatem vinceret, in conventum populi processit.* MS. *fractus.* sed contra auctoris mentem. WASSE.

BIDUUM MODO LAETATI. *Tam caduca haec fragilia, puerilibusque consentanea crepundiis, quae vires atque opes humanae vocantur:* ingemit Valer. lib. VI. cap. ult. in epilogo. Hinc Euripides in Oedipo: *Ἀλλ' ἡμέρα τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.* hoc est, interp. Guil. Cantero: *Multas dies habet vicissitudines.* Et, *saepe una nox est inter urbem maximam et nullam,* ait Seneca Epist. 91. *Horae momentum interest inter solium et aliena genua,* ait idem in lib. de Tranq. animi cap. 11. hoc est, Horae spatio haec verti ita possunt, ut qui in alto sedisti vitae arbiter, cuius genua supplices tangebant; idem deiectus, advolvare aliena genua. Quamobrem etiamnum longam moram Fortuna dedit Vaccensibus, quae biduum dedit, quum alias, verbo Euripidis, sit *dialis,* sive potius, ut

Euripidem correxit Demetrius Phalereus apud Plut. Consol. ad Apollon., *momentanea*. Rupert.

Ex perfidia. Vide not. ad cap. 3. h. l. §. 1. Rupert.

Perfidia laetati. Sic fere Caesar B. G. V. 52. *Virtute eorum expiato incommodo, neque hostibus* diutina laetatio, *neque ipsis longior dolor relinquatur.* Hegesip. I. 12. *Nec* longum laetatus, *ubi transmisit Euphratem exercitum amisit, et ipse extinctus est; eo successu Parthi laetiores.* MS. *elatiores.* quod praefero, ut magis conveniens tam gentis moribus, quam proelio quo Imp. Romanum cum exercitu deleverant. Wasse.

Civitas magna atque opulenta. Manuscripta, *civitas magna atque* opulens. quae vox frequens veteribus erat. Utitur ea Politianus in Commodo Herodiani: *Sollicitum se aiebat esse, ne quis opulens ex nobilitate domum occuparet principis.* nec aliter est in Beroaldino. Rivius.

Turpilius, quem praefectum oppidi unum ex omnibus profugisse, supra ostendimus. Omnia supervacua praeter vocem primam *Turpilius.* Gruter. — *Supra ostendimus.* Reg. *docuimus.* γ. *meminimus.* Ar. Reg. L. 3. *cuncta poenae aut p. f.* in Bodl. deleri iubetur *cuncta.* Wasse.

Iussus a Metello causam dicere. E Polybio colligas, capitis causas tribunum cognovisse. Saepius tamen legas ipsum ducem. Atque adeo rigidum hic ius, ut provocatio etiam nulla esset, teste Cic. III. de LL. *Hoc tam liberum ius valde summisit militem, et ad omnia promtum volentemque fecit.* Sed tamen ambigi potest, an post legem Porciam non aliqua id imminutum, nec capite, sed exilio in civem animadversum. Indicat Sallustius hic quum subiicit: *Nam is civis ex Latio erat.* quasi in veteres verosque cives non idem ius. Vide Lips. V. de Mil. dial. 18. Rupert.

246 Nam is civis ex Latio erat. Ald. codex * *ex Collatia* habet, quae lectio verior videtur. Erat igitur Collatinus civis, non Romanus; alioqui lex Porcia vetuisset eum mori. Verum de ea lege, in quibus servanda, et quibus non, multa dicenda erant, si huius nostri negotii ea esset materia. Glarean. — Mallem abesset *nam.* nec enim arbitrer ideo severius punitum, quod Latinus; ut placet viris clarissimis. quippe Porciae Valeriaeque leges non valebant in castris. imo contra, ibidem gravius animadversum in Romanos, quam socios aut auxiliarios, pluribus ostendi in libellis Suspicionum. ceterum, ne quid dissimulem, MSS. ad unum omnes repraesentant, non, *ex Latio*, sed, *ex Collatia*, neque aliter antiquitus cusi. nam deincipes, *Collatia.* male tamen. natusque inde error, quod non putabant *civem* dici, nisi oppidi certi. at *Latium* regio erat. Gruter. — *Ex Latio.* Venet. *collatio.* Mart. Arond. *e collatio.* L. 2. 3. Pemb. *ex collectione.* λ. *ex Latio*, sed supra, *col. no. op.* hoc est, nomen oppidi. γ. *ex collatio.* Glossae codicis Regii: *Collatium est oppidum ultra Romam, unde Romae quaedam porta vocatur Collatina.* unde patet interpretamenta haecce desumta esse ab alio libro. nam hic codex voces *ex collatio* nec in textu neque in margine exhibet. Bodl. *ex conlatio.* Wasse.

Civis etc. At hic Turpilius erat praefectus fabrum, post oppidi, non miles in exercitu, sed quia Latinus, capite punitus ob crimen proditionis. A. Popma. — Vide omnino Lipsium lib. V. Dialog. 18. *de Militia Romana.* Wasse.

## CAP. LXXIII.

Suspectus. Idem Badius exponit *suspiciens, id est, clam eius conatus inspiciens.* at ego relative, de eodem tamen Bomilcare dictum intelligo: *Bomilcar erat suspectus regi, et ipse eum suspiciens, id est, in suspicione habens;* quippe de cuius erga se fide dubitabat. Uterque igitur alteri suspectus erat, ut vulgo loquimur. Paulo post: *Magnis operibus clarum.* quidam *opibus* legunt. Nam non ita multo post legitur: *Ex quo illi gloria opesque inventae.* sed nihil mutem. Glarean. — Huc respexit Apuleius Apol. II. pag. 377. *Non minus* suspectans *novam domum, quam ipsa iam ob unum divortium* suspectanda. apud quem invenitur *suspectus* pro *suspiciens, suspicax*, ut *flens* et *conspectus* apud Virgilium, pro *fleta, conspicua.* Fallitur Badius, qui exponit, *clam eius conatus inspiciens.* Wasse.

Et ipse eum suspiciens. Hic locus a Nonio citatur in *suspicere*; et apud eum vox *ipse* non legitur; nec necessaria est. Porro Tacitus saepe *suspectans* dixit, quod Sallustius *suspiciens.* Ciaccon.

Ad perniciem eius dolum quaerere. Nonius ibidem, *et perniciem eius dolo quaerere.* quod placet. Ciaccon. — Nonius citans hunc locum in verbo *Suspiciens* legit: *Et perniciem eius dolo quaerere* etc. In iis autem quae praecedunt, idem Nonius non agnoscit vocem *ipse*, quae tamen non est otiosa. pro *suspiciens* Tacitus *suspectans* usurpavit. Ursin.

Hominem nobilem, magnis operibus clarum acceptumque. In manuscriptis omnibus est, *opibus.* Rivius. — Lego et distinguo: *hominem nobilem, magnis opibus, carum acceptumque popularibus suis.* Verissime. Iisdem verbis usus Tacitus: *Carus acceptusque popularibus suis.* et Sallustius: *Carus acceptusque ei semper fuerat.* Coler. — MSS. aliquot *magis opibus*, tanquam clarior acceptiorque popularibus propter opes quam nobilitatem; meliores tamen MSS. praeferunt lectionem alteram. Gruter. — *Acceptumque.* L. 2. abest *que.* sic distinguit γ. *nobilem, magnis opibus. clarum acceptumque.* λ. *nobilem magnis opibus.* Pemb. *m.* * *opibus: clarum, acceptumque p.* forte legendum: *nobilem, magnis opibus, carum acceptumque.* Noster semper coniungit *carum acceptumque.* vide 247 Iug. 12. 116. et *clarum acceptumque* vix una sede morantur. eumque sequitur Capitolin. in Gord. Iun. cap. 18. 11. 6. *qui regi per obsequelam orationis et maxume odium Sullae graves carique.* Libri, *Scaurique;* coniiciunt *grati*, male. Accius Nyctagresia: *Id quod facis gratum et grave est.* At male omnino apud Curtium in Codice Petrensi pro *claritatis, caritatis.* VI. 2. *Omni vetustae* claritatis *honore servato.* fuit enim Darii frater, ideoque receptus in cohortem amicorum Alexandri. Wasse.

QUI PLERUMQUE SEORSUM. Haec verborum collocatio seriesque est in manuscriptis et impressis vetustioribus. RIVIUS.

SUPERAVERANT. In vetustis quibusdam, *supererant*. sed perperam. Irrepsit autem ex glossa. Nam et A. Gellius priorem lectionem I. lib. citat. Est autem *superare* hoc loco, reliquum esse et restare. ut sit sensus: Nabdalsam ea exequi solitum, quibus ipse Iugurtha propter occupationes vacare non posset. In hoc significatu Cicero identidem utitur. RIVIUS. — Hyginus Fab. X. *Chloris Niobes et Amphionis filia, quae ex septem* superaverat. linea praecedente pro *expugnare* mallem, *cum templum Apollinis* expilare *vellet. superabundaverant* Glossa λ. Noster Cat. *Illis divitias* superare *quas profundunt* etc. pro *superesse,* eleganter. sic Liv. III. 16. *Vixque concordia sisti videbatur posse, tantum* superantibus *aliis ac emergentibus malis.* et 17. *Comitia interim in foro sunt: Senatus in curia est, velut quum otium* superat. Plautus Mostell. I. 2. 7. *At illud* superat *adhuc mihi in pectore consilii.* Virg. Georg. III. 8.

*Si* superant *foetus pariter frumenta sequentur.*

Ovid. Metam. VII. 103.

*Robora non desunt,* superat mihi *miles in hostem.*

Trist. V. 2.

*— minimamque tuo de fulmine partem*

*Deme. satis poenae quod* superabit, *erit.*

Lucret.

*Immutabile enim quiddam* superare *necesse est.*

Virg. Georg. III. 62.

*Interea* superat *gregibus dum laeta iuventus.*

Cic. ad Attic. XIII. *Quinto delegabo si quid aeri meo alieno* superabit *in emtionibus.* Idem de Fin. *De eo quod ipsis* superat, *aliis gratificari volunt.* Gellius I. 22. pro *Qui* legit *Is.* et Codex Pemb. ibidem omittit *seorsum.* Phaedrus malit *superfuit.* Epilog. lib. II. vs. 6. Sic etiam Caesar B. Civ. II. 31. aliique pro *prospicere* providere. Iustinian. Inst. L. 1. Tit. XXIII. §. 4. Nepos Alcib. pag. 107. *Idem simul ac se remiserat, nec* causa suberat, *quare animi laborem perferret luxuriosus.* Codex Trin. pro *suberat, supererat.* forte legendum *superaverat.* WASSE.

EX QUO ILLI GLORIA OPESQUE INVENTAE. Quae res animum eius mitigare et a perfidia ac proditione revocare debuisset. Ceterum *nullis meritis perfidia mitigari potest,* ut scribit Q. Curt. lib. VII. ubi de Spitamene verba facit, qui, inter omnes amicos praecipuo honore cultus a Besso, in eius perniciem conspirarat. Constat tamen, nonnullos, eiusmodi humanitate suorum principum ab impiis consiliis revocatos, poenitentiam suae perfidiae egisse. Sic v. g. apud eundem auctorem lib. VIII. legimus de Epimene quodam, qui comitate regis sui Alexandri, qua ipsum inter coniuratos exceperat, repente mutatus, insidias regi paratas per fratrem Eurylochum aperuit. Similiaque in historiis exempla
248 passim occurrunt. RUPERT. — Alius omisisset dictionem * postremam, ceu abundantem. GRUTER.

IGITUR UTRIUSQUE CONSILIO DIES INSIDIIS STATUITUR: CETERA, UTI RES POSCERET, EX TEMPORE PARARI PLACUIT. Recte Bertinianus:

utriusque consilio. *Nabdalsar* vet. cod. Thosanus ille quoque loco: *Sed cum hae literae allatae sunt, forte Nabdalsar exercito corpore fessus, in lecto quiescebat.* Palmer. — Est in quibusdam, *pro tempore*: id est, prout ipsum tempus moneret, vel utcunque occasio ferret. Prior lectio mihi verior esse videtur. Gymnicus perperam *parare*, cum in caeteris fere *parari* sit. Rivius.

Nabdalsa ad exercitum profectus est. Tò *est* non reperi usquam in ullo manuscripto. Rivius.

Perculsus. Manuscripta *percussus*, quomodo et Florentinum: verum eodem sensu. nam Cicero utroque utitur ad hunc modum. *ad tempus* pro *ad diem constitutum*. Rivius. — Ita MSS. et editi ante Carrionem, a quo originem habuit illud *percussus*, quod deinceps libros perperam occupavit. Gruter. — Nostri omnes *perculsus*. Wasse.

Bomilcar simul cupidus. In manuscriptis omnibus est *cupidinibus*, non *cupidus*, rectene an perperam, aliorum esto iudicium. Rivius. — *Cupidinibus.* Sic quoque Naz. et superscriptum idem Pal. sec. alii tamen *cupidus*, quod non exclusissem, nisi me abripuissent MSS. Rivii. Gruter. — *cupidus* Arond. L. 2. 3. Venetae, Mart. Wasse.

In pestem converteret. Ita MSS. omnes sine voce *suam* interspersam a typographis nuperis; nam nec habent edd. priscae. Grut. — Om. e nostris Arond. R. L. 3. Mart. Venetae. Wasse.

Iugurthae exitum adesse. In vetustis est, *exitium*. quomodo nimirum et sensus ipse postulat, pro eo quod est, interitum ac perniciem. Rivius.

Proinde reputaret animo suo. Manuscripta, *reputaret cum animo suo*, idque rectius. nam eodem modo et Florentinum habet et Beroaldinum. Rivius.

## CAP. LXXIV.

Adlatae sunt. Tò *sunt* non habent codices in membrana descripti, nec ex impressis quidam. Rivius.

Forte Nabdalsa exercitato corpore fessus, in lecto quiescebat. Manuscripta, *exercito* * *corpore*, quomodo et Beroaldinum habet, 249
et Nonius Marcellus pag. 6. citat. Rivius. — Citat Nonius in *Exercitus*; et *exercitum*, *defatigatum* exponit. Quibus mihi aurem vellicat, ut τὸ *fessus*, ut stercus, foras eiiciendum censeam. Coler. — Varro hinc forte corrigendus in lib. de liberis educandis: *Vel maxime illic didici et sitienti videri aquam mulsam, esurienti panem cibarium siligineum, et* exercitato somnum suavem. mallem enim *exercito*. Arond. Reg. L. 2. 3. Martin. Venetae *exercitato*, sed frustra; ad hanc formam *incita* pro *incitata* apud Lucret. quem confer II. 96. 119. IV. 860. 1006. Hegesippo vox sua auctoribus MSS. reddenda lib. IV. cap. 29. *strenuam bellis*, exercitatam *triumphis*. et lib. II. 13. exercitam *usu imperii*. Codex B. Pub. *exercitatam*. at C. C. C. sapit. Wasse.

Primo cura etc. Ita etiam MSS. et olim eusi, excluso pronomine

*eum*, quod in editionibus aetatis mediae. Gruter. — L. 3. Ball. omittunt *eum*. Wasse.

Dein uti aegrum animum solet, somnus cepit. Vide not. ad Catil. cap. 15. §. 3. Rupert. — Sequitur Sulpicius Severus Ep. 11. *Cum* fatigata angore animi *in lectulo membra posuissem*, ut plerumque *ex moestitudine solet*, somnus cepit. Servius posituram variat pag. 1054. ad

*Tum me confectum curis somnoque gravatum.*

*uti an. ae. s. s. c.* tamen alibi ordinem vulgatum servat, ad Aen. nempe I. 651. ibi sic habet: *Hymenaeus quidam apud Athenas, inter bella suavissima* etc. dein, *cum piratae praedam per longinqua maria portassent: in desertam regionem delati, ac fatigati somno, sederunt.* lege: *saevissima.* At quae haec postrema? Quis umquam somno fatigatus? at Dictys V. 12. fessis *dein multo vino atque somno barbaris.* et VI. 9. fatigatum *navigio* somnoque *iacere.* bonum monachum sane cum haec scripserit (nam Servii non sunt) ipsum somno dedisse operam puto. Tu meo periculo rescribe, *somno se dederunt.* Hyginus Fab. 254. *et fessi* somno acquieverunt. Quinctilianus Decl. 11. *Tu sentis quando senem vicerit* lassitudo curarum. *Caeco quis renunciat quod diei noctisve secretum.* abest tamen vox postrema codici Ioannensi, sed male. Longus Sophista: Ἐκ τῶν δακρύων καὶ τῆς λύπης ὕπνος βαθὺς καταλαμβάνει. talis somnus Graecis μέρμηρα. vide Hesych. Sophocles:

Ἐκ σάλου πολλοῦ εὕδειν.

Heliodorus Aethiop. I. pag. 13. *Αὐτὸς δὲ καμάτῳ τε τῆς ὁδοιπορίας βαρούμενος, καὶ φροντίδι τῶν παρόντων συνεχόμενος, πρὸς ὕπνον ἐτέτραπτο.* Wasse.

Erat ei Numida. Et hoc pronomen abest Naz. ac Pal. sec. habent tamen reliqui, nec videtur omnino supervacuum. Gruter.

Omnium consiliorum nisi novissimi particeps. Tacit. V. *novissimi consilii expertes.* Ciaccon.

Et ex consuetudine ratus. Tò *et* in manuscripto quodam non est. nec id sensus magnopere requirit. Rivius. — MSS. melioribus praemittitur dictio: *et ex consuet.* qua tamen minime opus. Gruter.

In tabernaculum. L. 3. Ball. omittunt *in*. Wasse.

250 Epistolam super caput in pulvino temere * positam. Simile quid leges apud Curt. lib. III. cap. 6. §. 7. Nam secreta literis non committenda, docet Picc. d. 2. cap. 5. Rupert. — Sic in manuscripto quoque. Ceterum in plerisque est, *pulvinari*. perperam, ut ego opinor. Cicero certe in hoc significatu fere priore utitur: posteriore haud temere unquam, quod sciam; nam magis *pulvinaria deorum* dicere solet, velut: *Ad omnia* pulvinaria *supplicatio decreta est.* rursus: *Qui* pulvinaribus *Bonae deae stuprum intulit.* et: *Qui sacerdotem ab ipsis aris* pulvinaribusque *detraxisti.* sic et alias. Contra *pulvinos poscere* apud eundem. et: *Lectica in qua erat* pulvinus *Melitensi rosa farctus.* Q. Curtius III. *Epistolamque sigillo annuli sui impressam* pulvino *cui incumbebat subiecit.* Rivius. — Nonius pag. 396. *pulvino.* solus L. 3. *pulvinari.* Wasse. — Haud aliter Pall. nostri, nullo repraesentante *pulvinari*, quod in plerisque Rivianis, praeter octavum. Gruter.

Deinde. Leg. *dein.* Rivius.

Nabdalsa paullo post experrectus. In Fabriciano atque aliis vetustis, *post paullo.* id Sallustianum magis est. Similis error postea, ubi ait: *Saepe in fuga, ac post paullo in armis spem habere.* nam perperam est in recentioribus, *paullo post.* quamquam quod ad sensum quidem attinet, nihil admodum refert, utrum legas. Eundem ad modum Cicero *post aliquanto* dicere solet. Rivius.

Ex perfugis. Quibus, ut puto, quia fallere nequibant, custodiam corporis sui tradiderat. quare cum illi Nabdalsae satellites essent, circumstarentque tabernaculum, viderunt Numidam ingredientem: idque postea ei retulerunt. In uno scripto codice legimus: *ex servis.* Caeterum Frontinus Strat. lib. I. rem aliter narrat. ait enim Iugurtham Metelli literas intercepisse, et inde cognitis suorum insidiis, in eos animadvertisse. Castil. — *Ex perfugis cognovit.* Sic quidem edd. antiquae et Commel. nam in Naz. habetur *expertus cognovit.* sed litera *t* superpicta inter lineas. Pal. sec. folio heic mutilus; at tertius *ex servis cognovit*, caeteri *perfugis;* nono horum omnium nulla est litera nisi a manu secunda, et vero habuerim pro adulterino illud *ex perfugis*, petitum ex cap. 73. *ubi de casu Bomilcaris et indicio patefacto* ex perfugis *cognovit.* nam quinam isti perfugae, aut cui bono intra horam a Iugurtha ad Nabdalsam pervolarent. Gruter. — Pro *omnem* λ. *magnam*, Bodl. omittit, et uterque habet *profugis.* λ. prorsus omittit, caeteri cum editis. omnino delendum censeo *ex perfugis;* natus error ex Nazariani codicis scriptura *expertus* pro *expergitus*, quae ipsa ab interprete est. Wasse.

Persequi conatus. Vox ultima abesse poterat sine labe sententiae. Gruter.

Praeventum. Reg. L. 8. *praeventa*. Pemb. *perfidia clientis sui praeventa.* et sic λ. Venetae, Mart. γ. vero positurам servat, sed tamen habet *praeventa*, ex correctione, opinor. Wasse.

## CAP. LXXV.

* Placide respondit. In uno MS. *benigne respondit* scriptum fuit. 251
utrumque mihi placet, et utroque modo loqui consuevit Sallustius. nam et supra: *tamen pro tempore benigne respondit.* et infra: *ad ea Rex satis placide verba facit.* et alibi coniungit: *ad ea Bocchus placide et benigne simul pauca pro delicto suo verba facit.* C. Popma. — Nihil variant MSS. nostri; itaque scire licet aliorum *benigne* esse a glossa. Gruter.

Bomilcare atque aliis multis. Manuscripta, *aliisque multis.* quomodo et vetustissimum quodque ex impressis. Rivius.

Iram oppresserat. Quomodo iram oppresserat, ne qua ex eo negotio seditio oriretur, qui tot homines interfecerit? an quia Nabdalsae pepercit, quem dixit *acceptum popularibus suis et magnis opibus clarum?* quod videtur verisimile; alioqui hic locus vix intelligetur. Glarean. — Latinum non est hoc sensu, *iram oppresserat:* et recte Thoanus *iram presserat*, hoc est, occultarat et celaverat. Illis quoque verbis (in Iug. cap. 20.) *Genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum: ple-*

*rosque senectus dissolvit, nisi qui ferro aut bestiis interire.* minus bene *bestiis interire* quam in scripto cod. *a bestiis interiere.* nam *interire ab hostibus* pro interfici, et eodem modo *a bestiis interiere* recte et probe dicuntur. Palmer. — Haec est illa ars, quam in se tantopere miratus est Tiberius; quae quatenus probanda, quatenus improbanda, legi potest apud Lips. IV. Polit. 14. Rupert. — Thosanus *presserat.* Hegesippus II. 2. *compresserat cupiditates,* pro *represserat.* e contra *aperire iram* apud Sedulium II. 6.

> *Ergo ubi delusum se comperit, impius* iram
> *Rex* aperit.

*Opprimere* hic continere, claudere. ut apud Terentium: *Os opprime.* et *opprimere ignem* apud Livium IX. unde cum voce *abscondere* coniungit Cicero pro Rosc. Amer. *Est quiddam quod* occultatur: *quod quo studiosius ab ipsis* opprimitur *et* absconditur, *eo magis eminet et apparet.* Acad. IV. 36. *Notum his esse debebit insigne veri, quo obscuro et oppresso.* Opprimere pro simplici, quod usitatius est, apud Plautum Pseud. V. 1. 17. ut frustra sit Palmerius cum suo *presserat.* Cicero Tusc. II. 13. *sed eum* dolorem opprimi *dico patientia.* Seneca ad Helvid. XIII. *Si ignominia absit, quae sola* opprimere animos *solet.* idem cap. XVI. *Sentire* desiderium *et* opprimere. Hygin. Fab. *rota pedem eius* oppresserat. Lucan. III. 677. *vulnera laeva* oppressere *manu.* Claudian. in Prob. et Olybr.

> — *suspensaque gaudia* vocem
> Oppressam *tenuere diu.*

Liv. I. 58. *sinistraque manu mulieris pectore* oppresso. Hoc sensu *comprimo* apud Cyprianum de Unit. Ecclesiae pag. 112. *Partis memores,* et *partem subdole* comprimentes. Eleganter Polybius Hist. IV. *Διόπερ ἐκ πάντων τούτων ʽΥΠΟΙΚΟΥΡΟΥΜΕΝΗΣ παρ' αὐτῷ τῆς ὀργῆς.* Tacitus ubique. Arnobius pag. 186. Lucan. II. 521. Ovid. Fast. I. 255. Apuleius M. IV. pag. 80. illud alterum usurpant. Postremo *credere* valet *fidere.* ut Catilin. 32. Iug. 114. Cicero Tusc. V, 20. de Dionysio: *abundaretque et aequalium familiaritatibus et consuetudine propinquorum, haberet etiam more Graeciae quosdam adolescentes amore coniunctos;* credebat eorum nemini: *sed iis quos ex familiis locupletum servos delegerat* etc. *corporis custodiam committebat.* Ovid. Epist.

> *Nec quod abest, hic me tecum mirare relictam:*
> *Moribus* et vitae credidit ille meae;
> *De facie metuit, vitae confidit.*

voces *atque alio* omittunt codices λ. γ. Bodl. uti et Ar. Reg. L. 2. 3. caeteri servant. recte. Caesar B. G. VIII. 44. *Crebro enim mutandis* locis, multorum fidei se committebat, *quod nusquam diutius sine periculo commoraturus videbatur.* Wasse.

Ne qua ex eo negotio seditio oriretur. Vide notam ad h. l. cap. 6. §. 5. Rupert.

Neque post id locorum Iugurtha dies. Non frustra praestantissimus sapientiae firmare solitus est: *Si recludantur tyrannorum mentes,*
252 *posse aspici laniatus et ictus; quando ut corpora verberibus, * ita saevitia,*

*libidine, malis consultis, animus dilaceretur:* ut ait Tacit. VI. Annal. 6. Rupert. — Rittershus. *post id negotiorum.* Coler. — Commelinianus cancellavit illud *id locorum*, et vero Laconi alicui supervacuum fuerit. Pal. sept. habet, *neque id tempus post Iugurthae.* Gruter. — L. 3. Veneta 1478. Ball. Bodl. omittunt *locorum*, pro eo habet *negotiorum* Venet. 1570. *γ.* pro *post i. l. I.* praefert *ob negotiorum id Iugurthae.* vulgatam tuentur caeteri. Wasse.

Aut nox ulla quieta fuit. Postrema vox otiosa est. Grut. — Sit sane; codices universi haec illi otia servando fecerunt. Wasse.

Civis hostisque iuxta metuere. Comm. absque copula, *civis, hostis, iuxta met.* Gruter. — Et sic e nostris L. 3. Arond. Mart. Bodl. Horum auctoritate sustulimus. Lucanus, ipse lymphatus, amentiam hanc describit VII. 764.

*Quos agitat vesana quies, somnique furentes.*

dein:

*Invigilat cunctis saevum scelus*, armaque tota
Mente agitant, capuloque manus absente movetur.

Praeclare Themistius Orat. V. pag. 147. *Τοῦτο γὰρ δὴ τὸ σχετλιώτατον τῆς τῶν Τυράννων δειλίας, ὅτι πάντας κτείνοντες οὓς δεδίασιν, ἄχρι τοῦ μηδένα φοβεῖσθαι προελθεῖν οὐ δύνανται.* Confer item Sueton. Calig. 50. Herodianum de Commodo I. 42. Nostrum VI. 59. Cui gemina Polybiana illa pag. 1436. de Philippo. *Καθάπερ γὰρ ἂν εἰ δίκην ἡ Τύχη βουλομένη λαβεῖν ἐν καιρῷ παρ' αὐτοῦ πάντων τῶν ἀσεβημάτων καὶ παρανομημάτων, ὧν εἰργάσατο κατὰ τὸν βίον, τότε παρέστησε τινὰς ἐριννῦς καὶ ποινὰς, καὶ προστροπαίους τῶν δι' ἐκεῖνον ἠτυχηκότων. οἳ συνόντες αὐτῷ ΚΑΙ ΝΥΚΤΩΡ καὶ ΜΕΘ' ἩΜΕΡΑΝ τοιαύτας ἔλαβον παρ' αὐτοῦ τιμωρίας, ἕως οὗ τὸ ζῆν ἐξέλιπεν, ὡς καὶ πάντας ἀνθρώπους ὁμολογῆσαι, διότι κατὰ τὴν παροιμίαν, ἐστὶ δίκης ὀφθαλμὸς, ἧς μηδέποτε δεῖ καταφρονεῖν ἀνθρώπους, ὑπάρχοντας.* Wasse.

Et omni strepitu pavescere. Citaverat haec Arusianus Messus de Elocutionum generibus, ex secunda Sallustii historia, innuens bellum Iugurthinum. Male igitur inter Fragmenta hactenus collocatum, induxi. nam et alibi primam Sallust. historiam citari memini pro Catilina. Putsch.

Interdum somno excitus, adreptis armis tumultum facere. Apud Diomedem lib. I. ita scriptum est: *Interdum experrectus somno, arreptis armis, tumultum facere.* A. Manut. — Bodl. *λ. excitatus.* Diomed. *experrectus somno.* ut apud Graecos. Hom. *Il. β.* *Ἔγρετο δ' ἐξ ὕπνου.* Livius lib. LI. *Turnum ex somno* excitatum. at illud rectius. Catullus in Epithalamio:

*— fallaci quae tum primum* excita somno,
*Desertam in sola miseram se cernit arena.*

Liv. I. 7. *Hercules ad primam Auroram* somno excitus. Tacitus Hist. III. 55. *Vitellius ut e* somno excitus. Lucan. I. 239.

*Rupta quies populi* stratisque excita *iuventus.*

Silius XVII. 101.

*Sentitur plerisque prius quam cernitur ignis*
Excitis somno.

Claudian. Praef. ad. B. Get.

*Post resides annos longo velut* excita somno.

Sulpicius Ep. I. *Martinus somno excitus.* et Epist. II. *somnoque excitus congratulari coeperam visioni.* Neque aliter legendum Hist. Sac. I. 39. licet editi habeant *excitatus.* Hegesippus: sono excitus *caussam quaesivit.* at MSS. C. C. C. *somno.* quod lubens amplector. apud eundem III. 5.
253 pro belli *excitatores* idem codex *excitores*, uti et * III. ult. IV. 8. et V. 31. pro *belli incitatores* exemplaria manu exarata *excitores.* Quo in loco pro *labentibus* legas auctore nobis, *labentibus iam incendiis.* Catullus LXIII. alia forma:

*Ibi* somnus excitum Atyn *fugiens*, *citus abiit.*

Noster infra omittit *somno: Gaetuli ignoto atque horribili sonitu* repente exciti. Wasse.

Arreptis armis, tumultum facere. *Tò arreptis armis* codices in membrana descripti non habent, praeter unum Fabricianum, ac ne is quidem, nisi in spatio quod versus dirimit, idque alterius manu. Rivius. — Adest nostris omnibus *arreptis armis:* adeo ut mirer eo destitui Rivianos codd. Gruter. — Reg. *arrectis.* adest Gruterianis omnibus *arreptis armis*, adeo ut miretur eo destitui Rivianos. Codd. nostri etiam agnoscunt, sed voc. *armis* omittit Diomedes pag. 372. Wasse.

## CAP. LXXVI.

Simul et invitum et offensum etc. Repono: *simul et invisum et offensum.* ac postea: *cognitis*, *volentia de ambobus acceperunt.* Prius ex Thosano et Bertiniano simile illi: *suspectus regi*, *et ipse eum suspiciens.* Si cusam scripturam probes, difficile est ut leges brevitatis suae non migrarit Sallustius. Erat autem invisus Metello Marius, et vicissim offensus, de caussis, quas arcescere ex ipso Sallustio quam a me discere, cuivis multo facilius est. Palmer. — Palmerius, *invisum et offensum.* Confirmat MS. Rittershus. Coler. — Ita [*et invitum et offensum*] MSS. excepto Pal. quinto, septimo, nono, in quibus *invisum*, neque id male. Gruter. — λ. *et offensum et invisum.* γ. vero *et invitum et off.* uti Pemb. et Venetiis cusum 1470. vide tamen Palmerium. Wasse.

Sibi parum idoneum. Tanquam solum sibi dedecus et contemtum, cum apud suos, tum apud hostes, parientem. Pulcre Dio Prusaeus in Orat. LVIII. *Pulcrum est*, *quemadmodum in choro ordinato*, *concinere unum idemque canticum*, *et non*, *pravi more organi*, *dissidere duplicibus vocibus*, *et sonis resonantibus*, *tanquam ex confracta tibia: in quo fere sita est contemtio et infelicitas*, *et ut civitas nihil valeat*, *neque apud praesides, neque apud alias civitates.* Ceterum inculcandum fuerat Mario, quod apud Sophoclem Aiax disserit hisce versibus, a Iosepho Scaligero eleganter sic Latine redditis:

*Discamus ergo in ceteris deis locum*
*Cedere*, *et honorem debitum Atridis dare.*
*Nam principes sunt: obsequendum est: quippe ni?*
*Et gravia quae sunt*, *quaeque sunt immania*,

*Cedunt honori. Cedit et vis ninguidae*
*Hiemis, ubi aestas macta frugibus venit,*
*Cedunt et ipsae noctis obscurae vices,*
*Luci albicanti lumen almum accendere.*
*Et maria tumidis intonata flatibus*
*Posuere fluctus. Victor omnium sopor*
*Devincta laxat membra, nec semper tenet:*
*Et ego modesta facta dubitem persequi?*

RUPERT.

VOLENTIA DE AMBOBUS ACCEP. Ita conieci, quia recepta scriptura Latina non est. sic enim dicendum fuisset potius, *Plebs volentibus animis acceperant.* In meo quidem MS. *animo* non apparet: pro cetero *volenter.* quod fuit cur minus me sententiae poeniteret. * Positum ita *volentia*, ut 254
in Historiarum lib. IV. *Nam Pompeius multis suspicionibus volentia plebi facturus habebatur.* Tacitus: *Iique omnes de festinatione Primi ac Vari sinistre, et Muciano volentia scripsere.* Ab hac diversa forma est hoc ipso libro: *Ut militibus aequatus cum duce labor volentibus esset.* item: *Neque illi senatus, quanquam aversus* (ita repono; vulgo *adversus*) *erat, de ullo negotio abnuere audebat: ceterum supplementum etiam laetus decreverat: quia neque plebe militium volente, putabatur Marius aut belli usum aut studia vulgi amissurus.* Nusquam tam similes sui sunt emendatores: sed Thosani lectio, quae eadem in veteri excuso Romano reperitur, in Veneto, de quo nobilem adolescentem et mihi amicum, Casparum ab Halborussum, proinde ut debeo, amo: ea ergo sola vera est, *quod neque plebei militia volenti putabatur et Marius aut belli usum aut studia vulgi amissurus.* Quacum Priscianus quoque facit, et hanc Graecam cum ea contendit, *ἂν βουλομένοις ᾖ τούτοις ἀκούειν.* Id ita reddidisset Sallustius: *illis audire volentibus sit*, aut, *quae illa volentia audiant.* Usus Curtius quoque, si emendati libri sint, in VII. *Arachosiis datus Memnon praetor quatuor millibus peditum et* DC *equitibus in praesidium relictis. Ipse Rex nationem ne finitimis quidem satis notam, quippe nullo commercio volentem mutuos usus, cum exercitu intravit.* illa *mutuos usus* scripti libri non habent et pro *volentem*, *volente.* Sed rectum est, quippe nullo *commercio volentem, cum e. intr.* Sic Tacitus in Vita Agricolae: *Eoque initio erecta provincia, ut quibus bellum volentibus erat.* et saepe alias. PALMER. — Non ausus sum inducere scripturam hanc Carrionis, quae valde animo adlubesceret, a MSS. tamen non agnoscitur; in quibus summa concordia, *volenti animo de ambobus.* GRUTER. — Pemb. γ. λ. Arond. Reg. L. 1. 2. 3. Mart. Venetae, Ball. Bodl. unanimes *volenti animo.* sic etiam Gruteriani omnes. quorum auctoritate scripturam hanc Carrionis inducendam puto, donec de illa certius constet. abest *animo* Codici Palmeriano. et pro *volentia*, *volenter.* sane Noster Hist. IV. *volentia plebi facturus.* et Tacitus, *volentia scripsere.* sed iidem alibi: *volentibus erat bellum.* et Hist. III. 43. *Maturo caeterisque munere et in verba Vespasiani adigi* volentibus fuit. et alibi Sallustius: neque *plebi militiam* volenti, Pro *volentia* usus Ammianus *placentia* XXI. 14. *Licet interpretantes* placentia *responderent.* XXVI. 4. XXVIII. 4. *volentia* vero nullibi. Q. Se-

ptimio placuit *cunctis volentibus* II. 7. Non est tamen quod Hegesippo hoc verbum invideamus. *Credidit itaque magis* volenda *quam necessariam suadentibus.* I. 44. margo exhibet *violentia,* codex autem B. Pub. *volentia.* Ammian. XXVI. 4. *tuta consilia quam* placentia *secuturus.* sic etiam legendum III. 26. Wasse.

Quam mala aut bona sua moderatur. In Manuscriptis est, *quam bona aut mala sua moderata;* quomodo in Beroaldino quoque. Rivius.

Magis studia partium, quam bona aut mala sua moderari. Obscurus locus: *moderari linguam* dixit infra. Ciaccon. — Sic MSS. nisi quod eis fere *maius,* loco *magis.* editiones priscae *moderatur,* sequentes *moderari.* Gruter. — *Moderari* Aldinus codex mutavit in *moderantur.* Gothi codex habebat *moderata,* cui et Soldus adiecerat verbum *sunt.* Et Badius quidem exponit, *moderata* sunt, id est, gubernationem tenuerunt. Soldus vero, *moderata sunt, id est, valuerunt.* nam *moderari* (subdit) *est imperio ac potestate regere.* Lector iudicet. Paullo post *L. Manlio Mancino* per *c* non per *t* legendum puto. Glarean.

Praeterea seditiosi magistratus vulgus exagitare. Fabricianum exemplar *vulgum,* quomodo apud Nonium Sisenna, *Imperitum concitat vulgum.* Rivius. — Sic [*vulgum*] quoque fuit initio in Naz. et Commel. non *vulgus.* Gruter. — et sic Bodl. Ball. Ar. L. 1. 2. 3. γ. Mart. Wasse.

255 Marii virtutem in maius celebrare. Sic * et manuscripta. in quibusdam tamen, *immanius celebrare,* pro nimis praedicare ac supra modum efferre et extollere laudibus. nam *immane* non solum dicitur *importunum* et *ferum,* quomodo Cicero alicubi, *tetra et* immanis *bellua,* inquit; sed etiam *ingens* ac *nimium,* ut *immanis pecunia* apud eundem. Priorem tamen lectionem hauddum immutare ausim, propter nescio quem scrupulum. Sed et Liv. IV. ab U. C. *In maius, ut fit, celebrantes,* inquit. Rivius. — Claudian. B. Get. XV.

— *Licet omnia vates*
In maius celebrata *ferant.* Wasse.

Denique plebs sic est accensa. Manuscripta, *plebes.* quomodo et antea est saepe usus. nec aliter vetustissimum quodque ex impressis. *τὸ est* nullo in manuscripto, neque in Beroaldino ipso reperitur. Rivius.

Quorum res fidesque in manibus sitae erant. In Orat. de Republ. ordin. *quorum omnis vis virtusque in linguâ sita est.* Ceterum hic *fides* idem significat quod barbaris *Creditum.* Cicero: *Scimus Romae solutione impedita* fidem *concidisse.* Sall. Catil. *pecuniam sua aut amicorum* fide *sumtam mutuam.* Ciaccon. — Dictio extrema non est necessaria. Gruter.

Frequentarent Marium. Sic Tacit. Hist. II. *digressique qui Sacrarium frequentabant.* Ciaccon.

Itaque perculsa nobilitate. Legendum e manuscriptis et impressis vetustioribus, *Ita.* Rivius.

L. Manlio Mantino. Sic est in libris scriptis omnibus, et pleris-

que typis excusis. Castil. — Naz. *Manlhino.* Com. ac Pal. septimus *Mancino*, sextus *Mancio.* Gruter.

Sed Senatus paulo ante Metello Numidiam decreverat. Ea res frustra fuit. Ita quidem vetusta editio, nisi quod interserat, *Numidiam provinciam verum ea* etc. Nam Naz. a manu principe, *sed paulo decreverat. ea res frustra fuit.* suprascriptumque *paulo* illi, *Senatus Decio pro.* est in Com. *sed Senatus paulo post decreverat* etc. Pal. sec. capite isto et sequenti caret, ob folium excisum; at tert. *sed senatus Paulo Maritino decreverat. ea res* etc. quart. *sed Senatus populo d. decreverat. ea res frustra erat.* quintus et oct. *sed Senatus paulo ante Numidiam provinciam Metello decreverat. ea res* etc. sextus, *sed paullo ante Senatus decreverat. ea res frustra fuit.* neque aliter septimus; nam nonus, *sed paulo decreverat. ea res fr.* etc. Ego me his non expedio, nisi quatenus arbitror omnia esse a glossa, a glossa inquam putidissima, nisi forte resectis nonnullis legatur, *frequens Marium iussit; et Senatus paullo post decrevit. eodem tempore* etc. Gruter. — Pemb. *sen. paul. a decreverat ea.* λ. *sed p. a Metello s. d. γ. s. n. p. d.* et supra, *paulo, ante Metello.* Wasse.

## CAP. LXXVII.

Amissis amicis. Iunge haec cum nota ad huius Hist. cap. 10. §. 4. Rupert.

Sine ministris. Manuscripta, *sine administris.* idque rectius. Rivius. — Sic nostri. Wasse.

Novorumque fidem. Sic MSS. antiquissimi; * nam recentiores co- 256
pula carent. Gruter. — Nostri fere, *et n.* Wasse.

Vagus incertusque etc. In manuscriptis est *varius incertusque*, non, *vagus.* atque haec melior lectio est. Rivius. — Naz. *vanus incertusque agitabat.* nec aliter Commel. nisi quod nihil variet in voce postrema. Pal. 3. *vagus, incertus.* nec aliter aliquot alii. Gruter. — *vagus* Ar. L. 2. γ. λ. Mart. Wasse.

Neque illi res, neque consilium, aut quisquam hominum satis placebat. Omnino rebus afflictis fieri amat, ut, contrariis inter sese affectibus, animus subinde turbetur, seu inquietetur, ac, quod modo placuit, idem mox displiceat. Ostendit pulcre, et Freinshemio ad Curt. lib. X. cap. 7. §. 12. commendata observatione, Virdungus ad Agricol. Taciti cap. 38. *eligere latebras, ac statim relinquere.* Cui addo luculentam similitudinem Tragici in Medea Act. V. qua hoc genus fluctuationes, rebus extremis et perditis, depingit:

*Variamque nunc huc illa, nunc illuc amor*
*Diducit: anceps aestus incertam rapit.*
*Ut saeva rapidi bella cum venti gerunt,*
*Utrinque fluctus maria discordes agunt,*
*Dubiumque pelagus fervet: haud aliter meum*
*Cor fluctuatur: ira pietatem fugat*
*Iramque pietas.*

Sed et Ovidius lib. VIII. Metamorphos. in Althaea, matre Meleagri, talem affectuum alternationem pulcerrime describit istis versibus:

*— — utque carina*
*Quum ventus, ventoque rapit contrarius aestus,*
*Vim geminam sentit, paretque incerta duobus;*
*Thestias haud aliter dubiis affectibus errat,*
*Inque vices ponit, positamque resuscitat iram.*

Legenda sunt etiam, quae Virgil. exhibet de Didone moritura lib. IV. Aeneidos. Denique huc spectat illud Tacit. III. Annal. 9. *Pavidis consilia in incerto sunt.* Rupert. — *Res ulla.* *Ulla* non est in ullo manuscripto, nec in Veneto aut Florentino. Rivius. — *Neque illi res* omittit Arond. et pro *hominum* Mart. *omnium*. uti et a manu prima Regius: quemadmodum locutus Noster cap. 72. Wasse. — *Hominibus hic* se reperisse in fideli exemplari, cum annotatione in margine, quae omnem mendi suspicionem tollat, scribit Ios. Scal. ad Aetnam Severi pag. 96. Sic Plautus in Casina A. III. Sc. 3.

*Non matronarum officium est, sed meretricium.*

ut quidem eum locum princeps restituit Lipsius V. Ant. Lect. 1. eodemque modo Pistoclerum Bacchidibus loqui, observat Douza in Q. Plaut. lib. II. cap. 20. His adstipulatur Salmasius, et hoc Sallustii loco Palatinam scripturam firmat, quae in Capitolino legit, *Examen apium replevit*, pag. 68. Rupert.

Inter eas moras. Florus IV. 10. *Et subinde inter moras mortem a gladiatore suo efflagitasset.* Supra Noster: *Et inter eas moras promissa legatorum exspectare.* vide Sueton. in Neron. Marcellum L. 28. ff. de Administrand. et Peric. Tutor. et L. 33. de Ritu Nupt. item Paulum L. 60. §. 4. Cod. Apuleius Miles. VIII. omittit *eas*. Wasse.

Numidae ab Iugurtha parati instructique etc. Sic MSS. nostri fere omnes, nam hactenus cusi dictione amplius, *instructique sunt.* Gruter. — Abest *sunt* γ. λ. Venetis, Bodl. Putschianis. Wasse.

257 * Qua in parte rex pugnae adfuit. Plura huc pertinentia attulimus ad Iustinum, quibus adde Freinsh. in Curt. lib. IV. cap. 15. §. 24. Rupert.

Omnes eius milites. Illa *eius milites* e paxillo si suspendantur, nihil auctori perierit. Gruter.

Ibi aliquamdiu certatum est. *Tò est* manuscripta non habent. Rivius.

Et aliquanto numero hostium pot. Editio princeps ut et Naz. ac Com. aliique MSS. intersertum habent *hostium paucorum*. ut videantur amputanda *aliquanto hostium*, revocato illo *paucorum*. Gruter.

Arma tuta sunt. Sic Naz. et Com. et Pal. sec. non, ut vulgati ante Carrionem, *tutati sunt*. Gruter. — Pemb. Venetae, γ. *tuta*; Pricaeus legit *tuita*. Wasse.

## CAP. LXXVIII.

Ea fuga Iugurtha impensius modo etc. Item alibi: *Inter haec*

*Iugurtha impensius modo legatos supplices mittere, praeter suam liberorumque vitam omnia Metello dedere.* Utrobique scribendum *impensimodis*, ut *omnimodis*, *multimodis*. Forte rectius si *impesimodo*, ut *omnimodo*, pro deiuncto *impensis modis:* nisi eodem res redit, et non verius, Sallustium fuisse, quam ita eum scripsisse. *Impensius* ad eum modum Curtius in III. *Alexander ante prima signa ibat, identidem manu suos inhibens, ne suspensi acrius, ob nimiam festinationem concitato spiritu, capesserent bellum.* Emendabam *inhibens, ne impensius concitato spiritu capesserent.* Illa *acrius ob nimiam festinationem*, glossema putabam: aut certe *acrius:* utcunque de ceteris iudicia essent. Inde *homines impensi;* Plautus Capteivis:

*Vae misera illi, cuius cibo iste factus est imperiosior.*

ausculto libros veteres, *factus est impensior.* Palmer.

In oppidum et opulentum. Quid si haec a glossographis? si non, deleverim praepositionem *in* mutatam in nonnullis MSS. in *id.* Gruter. — Nostri fere *id*, sed Pemb. γ. *in*, λ. tantum ex correctione. Wasse.

Cultus erat. Ultima vox eradenda. Gruter.

In spatio nil. Mallem et heic deleri voculam *in.* Infra: *Si eius oppidi potitus foret.* aut supervacuum est *oppidi* vox aut mutandum in *oppido*, ut est in Com. ac Pal. sext. quo sit adverbium, non nomen; brevitatis studiosus quatuor has voces omisisset. Gruter. — λ. *oppido.* et sic γ. Wasse.

Quamquam inter Thalam flumenque proximum. Quam vellem flumen hoc nominasset auctor. Sic enim Thalae situs clarior esset. Ptolemaeus non ita longe a Bagrada Thabbam ponit, quam quidam Thalam putant. Quippe paulo post: *Legati ab Lepti ad Metellum veniunt.* Qui quidem situs non ita longus est, atque sunt Mauritaniae Caesariensis loca, sub Iugurthae etiam imperio. Glarean.

* Vasta esse cognoverat. Dictiones duae postremae eiici pote- 258
rant nullo sententiae incommodo. Gruter.

Tamen spe patrandi belli. Badius *committendi* exponit, Soldus *finiendi*, quod magis placet. nam et postea de Mario in Africam recens profecto dicturus est: *Neque belli patrandi copiam cognovit.* pro *finiendi* dixit, ut puto. Glarean.

Naturam loci etiam vincere adgreditur. Legendum, *omneis asperitates.* Praeterea *loci* non est in impressis antiquioribus, nec in manuscriptis. sed nec inferius additur, ubi de hoc ipso Sallustius: *denique*, inquit, *naturam ipsam ceteris imperitantem industria vicerat.* Notanda vero locutio *asperitates supervadere*, pro, *difficultates omneis superare* seu *perrumpere*, ut Plinius loquitur. Rivius.

Ceterum ut res modo et alia aquae idonea portari. Non divisim legendum sed coniunctim, *utres modo*, facilis et proclivis error. Sed et perperam in quibusdam additur *vasa;* id ex glossa, ut opinor, irrepsit. Rivius. — Supra *domiti p.* citat Charis. 23. Wasse. — Paucos libros vidi veteres, qui non magna vestigia verae lectionis ostenderent: *Et alia aquae portandae conquiri, praeterea ex agris.* et mox:

*eoque imponi aquae portandae.* ut illud: *Quae postquam gloriosa modo, neque belli patrandi cognovit.* Sic enim et boni libri et Priscianus. Ab eo sono tantum discrepat, *res victus:* ut si dicas: *victui terra marique acquirere.* Varro lib. IV. de Lingua Latina: *Prius indutui aut amictui quae sunt, tangam.* ibid. *Et quod amictui habent, purpuram vocant circumtextam.* Corn. Tacitus libello de Morib. Germanorum: *Potui humor ex ordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptus.* ibidem: *Fennis mira feritas, foeda paupertas: non arma, non equi, non penates: victui herba, vestitui pelles, cubile humus.* Haec addidi, ut Plauti locum emendarem Curculione:

*At ita meae volsellae, pecten, speculum, calamistrum meum.*
*Bene me amassint, meaque axitia, linteumque extersum.*

lego: *linteumque extersui.* i. e. linteum ad extergendum comparatum. Palmer. — Palmeriani: *Et alia aquae* portandae *conquiri, praeterea ex agris.* Non aspernanda lectio; sed Codd. non addicunt. Noster: *seque belli patrandi cognovit.* Wasse.

Eoque imponit vasa. Copula abest Naz. Gruter.

Sed pleraque lignea. Mela de eisdem: *vasa ligno fiunt aut cortice.* Ciacc. — Pomponius Mela de iisdem vasis dixit: *Vasa ligno fiunt aut cortice.* Quod vero paulo supra dixit *frequentarent Marium*, Tacit. lib. XVIII. imitatur, cum ait: *Digressis qui Pacaenium frequentabant.* Ursin. — Τὸ *sed* non est in ullo manuscripto, licet sit in impressis vetustioribus. Rivius.

Metello dediderant. Est falsarii alicuius vox *Metello.* Gruter.

Ipse ex flumine, quam proxumam opp. aquam esse supra dix.
259 Dici poterat, * otiosis aliis recisis, *ipse ex flumine proxima oppido aqua iumenta onerat.* Gruter.

Quam plurimum quisque. Perperam in quibusdam, *ut quisque.* nam elegantius particula *ut* omittitur. Rivius.

Proximam aquam oppido. Seu Thalae: et tamen non erat propinqua; sed intervallo quinquaginta millium seu passuum. Et est dictum sicut illud Aeneidos V.

*Proximus huic, longo sed proximus intervallo,*
*Insequitur Salius.*

Badius. — L. 2. *qua.* L. Valla III. 19. *prox. op. esse aquam supra d.* Wasse.

Eo modo instructus. Respicit impedimenta. Veget. II. 18. *Ex his ergo apparet, legionem bene* institutam, *quasi munitissimam esse civitatem, quae omnia proelio necessaria secum ubique portaret.* Patet eum loqui de apparatu bellico, proinde legendum *instructam,* etiamsi illud alterum exhibeat Pseudo-Cicero pag. 505. qui omnia sua minima, maxima, hoc fonte hauserit. Veram lectionem nobis conservavit Codex Modesti papyraceus B. Pub. Caeterum vox *instituta* iterum apud Ciceronem quem vocant, occurrit, sed alio sensu vel potius nullo, ut verius dicam: *Ne milites aliquando in tumultu praelii a suis contubernalibus aberrarent, diversis cohortibus diversa* instituta *signa pingebant.* at pro *instituta* repone, *in scutis.* sequitur: *Praeterea in adverso scuto uniuscuiusque militis*

*erat nomen literis ascriptum.* Procul dubio intelligit δείγματα, quae vocant, de quibus nos alibi fusius. WASSE.

DEINDE UBI AD ID LOCI VENTUM EST QUOD NUMIDIS. *Est* non reperi in manuscriptis, ac maiore cum gratia abesse poterit. Sic inferius: *praeda omnis a perfugis corrupta est.* in manuscriptis non est additum ibi verbum substantivum, nec in impressis antiquioribus. RIVIUS. — Sic Naz. sic Com. non *quo*, ut antea legebatur. GRUTER.

QUIA NUMIDAE, SICUT PLERIQUE, IN NOVA DEDITIONE OFFICIA INTENDERANT. Locus minime contaminatus est; nedum ut aliorum modo corrigendus veniat. Est enim omnium, intendere officia a deditione, non Numidarum tantum. GRUTER.

MILITES RELIGIONE PLUVIA MAGIS USI. Rittershus. *per religionem.* mera glossa; sed quae auctor nobis sit, scriptum ab initio fuisse, ut vulgo nunc excusum, quae lectio vulgaria dilucide etiam explicatur illis verbis sequentibus: *nam rati sese Diis immortalibus curae esse.* COLER. — Locus hic varie scriptus est in codicibus antiquis. Alii enim habent: *milites pro religione.* alii sic: *milites religiosi pluvia magis usi.* vetus exemplar, *milites legionum*, quod rectius. alii iudicent. C. POPMA. — Sic incorruptissimi codd. neque variant ceteri; nisi quod aliquot eorum *pluviae.* itaque minime ambigendum de sinceritate lectionis. vult enim, milites arbitratos, imbrem illum non casu excussum, sed munere Deorum, animis auctos etc. GRUTER.

EAQUE RES MULTUM ANIMIS. Tacitus Hist. IV. 26. *Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tanquam nos amnes quoque et vetera * imperii munimenta desererent. quod in pace fors seu na-* 260
*tura; tunc fatum et ira dei vocabatur.* Liv. XLIV. 33. *Vix deducta summa arena erat, quum scaturigines turbidae primo et tenues emicare, dein liquidam multamque fundere aquam velut* deum *dono coeperunt.* Vid. Diodorum XVII. 288. Infra: *negotii gratia.* Pemb. *n. cura. γ. grat. negotii.* Colon. et exemplar Argentinense *negotium.* Vid. Palmerium. Nostri *curae esse.* Hegesip. II. 2. omittit verbum substantivum. *sed mihi* curae *ne diutius maneat* etc. at C. C. C. B. Pub. retinent. ibi voces *appetere debueras* exulant a MSS. et mea sententia, haud iniuria. *officia intenderant* pro *auxerunt*, et ut alibi loquitur, *duplicaverant.* atque ita aemuli eius Tacitus I. 13. *Quippe hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates ipsa Galbae facilitas* intendebat. An. IV. 14. *Quid si* intendatur certamen *tali coniugio?* Celsus: *Atque haec ipsa et* intendi *et* remitti *possunt.* Festus Avienus pag. 260.

*— donec Sicana fluenta*<br>
Intendant *pelagus, displosisque aequora terris*<br>
*Instabile inclinent semper mare.* WASSE.

NAM RATI SE DIIS IMMORTALIBUS CURAE ESSE. Philautiae iactantiae. Quisque se Deo esse cordi vult peculiariter. Xenophon lib. I. Expedit. Cyri cap. 16. sub fin. *Res quidem ipsa divinitus accidere visa est; quasi fluvius ipso Cyro regnaturo cederet.* Arrian. II. de Expedit. Alex. cap. 40. *Tum ex vehementibus Austris boreales venti exorti, non absque divino quodam numine* (ut et ipse Alexander et qui cum eo erant

interpretabantur) *facilem ac celerem transitum praebuerunt.* Herodian. lib. III. cap. 6. *Laeti Severiani confirmatique animis, velut Deis ipsis manu ducentibus.* Rupert.

## CAP. LXXIX.

Nihil iam Metello infectum credens. Hoc est, nihil esse quod Metellus efficere non posset, qui tam ardua toties superaverat. Tacit. tamen in Vita Agric. *ut obstupefacti hostes, qui classem, qui navem, qui mare, exspectabant, nihil arduum, aut* invictum *crediderint, sic ad bellum venientibus.* ut forte Sallust. *Metello invictum* scripserit. Ciaccon. — *Infectum* autem si retineamus, tantundem valebit ac si dixisset: *Nihil esse quod Metellus efficere non posset, quia naturam vicerat* etc. Ursin. — Hoc est, nihil putans, quod non efficere Metellus posset. Vide Turnebum lib. III. cap. 15. Colbr. — *Infectum* glossae ἀτέλεστον, quod apud Graecos tam quod effici non potest, quam quod non factum est, significat. οὐκ ἀτέλεστα apud Homerum pro *non irrita*, quod Noster alibi reddit: *non frustra erat.* et ὀψιτέλεστον *Il. β.* 325. a Grammaticis exponitur τελεσθησόμενον. Latini moris est usurpare participia in *us* pro verbalibus in *ilis*, ut sit *infectus* pro *infactibilis*, *invictus* pro *insuperabilis*, *inaccessus* pro *inaccessibilis*, *indissolutus* pro *indissolubilis*, *illaudatus* pro *illaudabilis.* Virg.

> — *nec Thesea Pirithoumque:*
> *Dis quanquam geniti, atque* invicti *viribus essent.*

et:

> *Divos* inaccessos *ubi solis filia lucos*
> *Assiduo resonat cantu.*

etiam:

> — *quis aut Eurysthea durum,*
> *Aut* illaudati *nescit Busiridis aras?*

Cicero de Univers. *Haec sunt* indissoluta *me invito, quanquam omne colligatum solvi potest.* et Div. II. 65. *de Dracone silet, qui, id* quod fieri non potuit, *lapideus dicitur factus.* Donatus ad Eunuch. III. *Amore cogente nihil est* infectum *cupientibus.* Firmat Apuleius Met. I. *Nam et*
261 *mihi et tibi et cunctis hominibus multa usu venire mira, * et paene infecta.* seque alibi interpretatur: *Et quicquid* fieri non potest, *ibi est.* Sallustium ita supple, nihil iam Metello infectum iri, fore, futurum credens etc. Pro *infectum* Caesar *impeditum,* Tacitus et Ovidius *tutum* malebant. B. G. II. 28. *Quum victoribus* nihil impeditum, *victis nihil tutum arbitrarentur.* Ann. XII. 12. *Excidio Uspiensium metus caeteris iniectus: nihil* tutum *ratis, cum arma, munimenta, impediti vel eminentes loci, amnesque et urbes iuxta perrumperentur.* Epist. ex Pont. II. 1.

> *Atque ea te contra, nec muri mole, nec armis,*
> *Nec satis ingenio* tuta *fuisse loci.*

Breviter Hegesippus II. 9. *Cum ipsis vobis erit bellum, adversum quos nec Natura ius suum possidet.* Hic ergo Imp. in hac τειχομαχίᾳ, ut ita dicam, ad Thalam superior, non erat δυσμήχανος. Audi Iulianum Orat.

I. pag. 39. *Ἀλλ' ἔοικεν οὐδὲ ἓν ἡ φύσις πρὸς ἀνδρὸς ἀρετὴν καὶ σωφροσύνην τοῖς ἀκολάστοις καὶ δειλοῖς ἔρυμα μηχανήσασθαι, πάντα ὑποχωρεῖν φρονήσει μετὰ ἀνδρείας ἐπιούσῃ παρασκευάζουσα. πάλαι τε ἡμῖν ἐξεῦρε τὰς τέχνας, δι' ὧν εἰς εὐπορίαν τῶν τέως ἀπόρων δοξάντων καθέστηκεν, καὶ ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἔργων τὸ πολλοῖς ἈΔΥΝΑΤΟΝ εἶναι φαινόμενον, ἐπιτελούμενον πρὸς ἀνδρὸς σώφρονος.* **Inflexibilem hanc et indomitam animi obstinationem, Romanis in omni bello propriam, acerrime reprehendit Polybius I. 37.** *Καθόλου δὲ Ῥωμαῖοι πρὸς πάντα χρώμενοι τῇ βίᾳ, καὶ τὸ προτεθὲν οἰόμενοι δεῖν κατ' ἀνάγκην ἐπιτελεῖν, καὶ μηδὲν ἈΔΥΝΑΤΟΝ εἶναι σφίσι τῶν ἅπαξ δοξάντων, ἐν πολλοῖς μὲν κατορθοῦσι διὰ τὴν τοιαύτην ὁρμήν· ἔν τισι δὲ προφανῶς σφάλλονται, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κατὰ θάλατταν· ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς γῆς πρὸς ἀνθρώπους καὶ τὰ τούτων ἔργα ποιούμενοι τὰς ἐπιβολὰς, τὰ μὲν πολλὰ κατορθοῦσι, διὰ τὸ πρὸς τὰς παραπλησίους δυνάμεις χρῆσθαι τῇ βίᾳ· ποτὲ δὲ καὶ σπανίως ἀποτυγχάνουσι· πρὸς δὲ τὴν θάλατταν καὶ πρὸς τὸ περιέχον, ὅταν παραβάλωνται καὶ βιαιομαχῶσι, μεγάλοις ἐλαττώμασι περιπίπτουσι. ὃ καὶ τότε καὶ πλεονάκις αὐτοῖς ἤδη συνέβη, καὶ συμβήσεται πάσχειν, ἕως ἄν ποτε διορθώσωνται τὴν τοιαύτην τόλμαν καὶ βίαν, καθ' ἣν οἴονται δεῖν αὐτοῖς πάντα καιρὸν εἶναι πλωτὸν καὶ πορευτόν.* **Aristides Panath. pag. 203.** *Αἱ ΠΑΡΗΛΘΟΝ τοῖς ἜΡΓΟΙΣ τὴν ΦΥΣΙΝ.* **Homeri verbis:**

*Ἄφραστ' ἠδ' ἀνόητα διέπλεκε θαυμαστὰ ἔργα.*

**Sallustium sequitur Livius II. 50.** *adeo contemserant hostem, ut sua invicta arma, neque* **loco**, *neque* **tempore** *ullo crederent sustinere posse.* **Wasse.**

**Naturam ipsam ceteris imperitantem vicerat.** Anguste nimis vires heroum expendit, si quis ea tantum, quae fieri possunt, ab iis expectat. *Audent non audenda, faciunt non facienda:* ut verba Lipsii huc transferam e praefat. in lib. de Magnitudine Romana. **Rupert.**

**Magna parte.** L. 2. *magna pecunia.* sic etiam Venetae. **Wasse.**

**Neque in ullo loco amplius una die aut una nocte moratus.** Sic Mithridates insidias vitavit, dum per silvas vagatus, diversis montium regionibus pernoctabat, ignaris omnibus, quibus esset in locis: ut legimus apud Iustin. lib. XXXVII. cap. 2. § 8. **Rupert.**

**Una die.** Naz. ac Pall. aliquot, alii *uno die.* **Gruter.** — *locis* *iubet.* R. **Wasse.**

**Simulabat sese negotium properare.** Sic Coloniensis et antiquitus cusus Argentinensis, quod me Stanaeum monuisse, fateri debeo. Vulgo *simulabat sese negotii gratia properare.* Illo * modo Truculento: 262
*Dic me adesse, cui properet savium.* Et ita saepe Horatius. **Palmer.**

**Nam talia consilia.** In quibusdam est, *consilia solent* etc. verum perperam. ex glossa irrepsisse videtur, quam insulsus aliquis et ineptus litterator adiecerat. Fabricianum, *per otium et ex opportunitate,* addita illa *et* copula. **Rivius.** — Bodl. Ball. L. 3. λ. respuunt copulam. mallem abesset *nam.* illud ex intra lineas coniecit Pemb. forte, *per otium et opportunitate.* Thucyd. *καθ' ἡσυχίαν.* quam formulam alibi illustravimus. Polybius Hist. I. pag. 93. *Οἱ δὲ μισθοφόροι συναναχθέντες εἰς τὴν Σίκκαν, καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου τετευχότες ἀνέσεως καὶ σχολῆς· ὅπερ ἀφυέστα-*

τον ὑπάρχει ξενικαῖς δυνάμεσι, καὶ σχεδὸν ὡς εἰπεῖν ἀρχηγὸν καὶ μόνον αἴτιον γίνεται στάσεως· διῆγον ἀδεῶς. Lucan. IX. 294.

*Iamque actu belli non doctas ferre quietem*
*Constituit mentes, serieque agitare laborum.* WASSE.

LOCO MUNITUM. i. e. *situ.* χωρίον δυςπρόσιτον καὶ δυσάλωτον. de Massilia Eumenius in Paneg. *Etiam ipse docuit locus, omnia quae bello usui forent, largius in eam partem quae adiri posset impendere, quum natura in caeteris sumtum operis remisisset.* Hoc sensu Catil. LXVIII. *Neque* locus *neque amicus quisquam* teget *quem arma non texerint.* et Iug. LXXVIII. loci *asperitate* munitos. Lucanus IV. 37.

*His virtus ferrumque* locum *promittit: at illis*
Ipse locus.

de Petra idem VI. 19.

*Non opus hanc veterum, nec moles structa tuetur,*
*Humanusque labor, facilis, licet ardua tollat.*
*Cedere vel bellis, vel cuncta moventibus annis.*
*Sed munimen habet nullo quassabile ferro,*
Naturam sedemque loci, *nam clausa profundo*
*Undique praecipiti, scopulisque vomentibus aequor.*
*Exiguo debet, quod non est insula, colli.*
*Terribiles ratibus sustentant moenia cautes,*
*Ioniumque furens rapido cum tollitur Austro,*
*Templa, domosque quatit, spumatque in culmina pontus.*
WASSE.

VALLO FOSSAQUE MOENIA CIRCUMVENIT etc. Lego: *vallo fossaque moenia circumvenit: deinde locis ex copia idoneis vineas agere, aggerem iacere, turribus super opus et administros tutari.* Glareanus idem hic est. Badius atque alii novum docent, et fando hactenus nemini auditum, aggerem vineis instructum fuisse. Nec desunt id sonere verba Sallustii. Sed ille hoc insuper: fortissimo fundamento (verba hominis sunt) stabilitas fuisse vineas. Caute! oportuit enim nova forma esse, quae aggerem tolerarent: nisi nos vineas in obsidionibus ignoramus. Longe autem haec sententia Sallustio fuit. *Iubet* recte in Aldi et Gymnici editionibus, atque scriptis aliquot veteribus abest; nam *agere, iacere, tutari* pro *agebant, iaciebant, tutabantur*, actione frequentant. *Ex copia* valet *pro copia*, pro *opportunitate locorum.* Erant enim loca vineis atque aggeribus minus quam opportunissima ita solens Sallustius loquitur. Quae porro sunt: *turribus super opus et administros tutari:* in iis *super* adverbium, quod fefellit crede homines, ut clementissime dicam, non doctissimos, ut de suo benigni donarent Sallustio, *super aggerem impositis;* si quis tamen probabit, *aggerem iacere, impositis super turribus opus, et adm. tut.* per me licebit, dum alterum, quod verius est, mihi relinquat. *Administros* quod pro *ministros* h. l. damnat Glareanus, non meminit scilicet alterius loci: *Milites neque pro opere sistere, propter iniquitatem loci; neque inter vineas sine periculo administrare. optimus quisque cadere aut sauciari, ceteris metus augeri.* Verbum *administrare* proprium in obsidionum machinationibus. PALMER.

DEINDE IUBET LOCIS. Τὸ *iubet* non habet Gymnicus, cum sit inte-

sim in omnibus manuscriptis et impressis vetustioribus. Rivius. — Posset tolli absque iniuria sensus verbum *iubet*. Gruter.

Vineas agere; superque aggerem. Quidam antiqui et impressi codices: *Vineas agere, superque eas aggerem iacere*. Ego aliquando putavi locum hunc transpositis verbis a Sallustio scriptum fuisse: *Vineas agere, easque super aggerem iacere*. quod hanc lectionem sensum planum et apertum continere arbitrarer. Sed cum in duobus manu descriptis, quos multis in locis sinceros et incorruptos esse cognovi, diversam ab impressis lectionem invenerim: (in uno enim particula *super* deerat, in altero *opus administrosque tutari* legebatur:) venit mihi in mentem dubitare, anne etiam, *Vineas agere, aggerem iacere, et super aggerem impositis turribus opus administrosque tutari*, legendum sit. Suspicionis meae ea est ratio, quod eodem in libro ita locutus est Sallustius: *Vineas agere, aggerem iacere, aliaque quae incepto usui forent, properare*. C. Popma. — Illud *eas* Aldinus codex sustulit, territus fortassis, quod non verisimile aggerem supra vineas institui: quippe apud nullum auctorem, quod sciam, lectum. Atqui nisi * ita legerimus, non est clarum, 263 quid sibi velit illud, *superque aggerem iacere*. Badius, ut illud *eas* defenderet, dicit fortissimo fundamento fuisse stabilitas vineas. Verum locus totus male habet, praesertim in Aldino, atque adeo in aliis codicibus multis. Si quid divinationi meae tribuendum, certe suspicor ita ab auctore scriptum: *Insuper aggerem iacere, superque aggerem impositis turribus opus ministros tutari*. quae lectio egregie sensum elicit, et auctoris stylo est conformis. Illud vero quod praecedit *ex copia*, quid referat, mihi non satis clarum est. Soldus *de locorum multitudine* intellexit, quibus vineae admoveri poterant moenibus. quod malim quam de *militum copia*, ut quosdam exposuisse refert Badius. Denique *administros* pro *ministros* quare substituerit Aldinus codex, mihi non liquet. Quodsi infinitivos per praeterita imperfecta exponemus: non erit opus verbo *iubet*, nec verbo *duobus*, quae habent quidam codices: et sane ad eumdem modum infinitivi sequuntur, *festinare, parare, fieri*. Glarean. — Naz. *aggere*. Gruter. — Ar. L. 2. *iacere impositis*. *aggere* Bodl. Palmer. legit, *vineas agere, aggerem iacere, turribus super opus et adm. tutari*. *iubet* in Aldi et Gymnici edd. abest, recte. Infra *ab perfugis* Bodl. Glareanus nugatur; habes formulas *ex copia* et *administros* alibi. atque ita Codices. Wasse.

Resque suas adversas vident. Manuscripta, *adflictas vident*, pro *perditas*; vox est apud Ciceronem frequens: eodem modo Florentinum. Rivius. — et nostri. Wasse.

Aurum, argentum et alia. Sic MSS. sine copula. Gruter. — Legebatur in quibusd. libr. *argentumque*. FR. — Illud *que* mutat locum in L. 2. 3. γ. λ. caeteri servant. De formula fuse alibi diximus. Wasse.

Domum regiam comportant. Omissa est praepositio. Ciaccon.

Ibi vino et epulis onerati illaque et domum et semet ipsi corrumpunt. Multa eius desperationis exempla notat Freinsh. ad Flori lib. II. cap. 18. §. 15. lit. b. et ad Curtii lib. IX. cap. 4. §. 6. cui adde notam nostram ad Iustini lib. XIII. cap. 6. §. 2. Rupert. — Quod

in vetustis quibusdam *gravati* legitur [pro *onerati*], id ex glossa addita irrepsit. et quamvis idem est utrobique sensus, prior tamen lectio verior. Sic et Curtius V. *mero onerati*, inquit. et alicubi, *oneravere se vino.* Idem tamen VI. *utrumne vino gravatus effudisset illa.* et VII. *Graves mero suas vires extollere.* Sed et Livius IV. ab U. C. *Vino epulisque gravatos* dicit. Idem IX. *vino oneratos sopiunt*, inquit. Rivius. — Ball. L. 2. 3. Venetae, *gravati.* Neutro usus Q. Septimius VI. 6. *Multo vino atque epulis* repletos *iam procos.* Confer Diodorum XVIII. 605. Caeterum *igni* [quod sequitur] casu sexto. Q. Septimius II. 22. *Capto Ilio crematoque* igni. sic apud Lucretium *colli. parti* apud Cic. Virg.

*Atque illum in praeceps prono rapit alveus* amni.

264 * sic Pieriani et Codd. Petrensis, Pemb. Coll. Ies. Horat. *cane peius et* angui. item *classi* Virg. *navi* apud Terent. de quibus adi Vossium de Analogia lib. II. cap. 12. Infra *nobilem* abest Bodl. Wasse.

Volentes pepend. Maluissem *pendere.* Gruter. — Sic λ. Venetae. Wasse.

Orantesque uti praesidium praefectumque eo mitteret. Poterat *orantes praesidium praefectumque*, tribus verbis aliis omissis. Gruter. — Grut. *orare.* Wasse.

Hominem nobilem, factiosum. Ausculto libris aliquot, eiicioque *nobilem.* Gruter.

Advorsum quem neque imperia magistratuum neque leges valerent. Propter huiusmodi homines, cum alios, tum Romanos Deus praeesse iussit terris, qui eorum χειροκρατείᾳ resisterent. Bene Musarum filius in Theogon. vs. 88.

*Hac una reges olim sunt fine creati,*
*Dicere ius populis iniustaque tollere facta.*

Rupert.

Salutem, illorum socios fore. Ita etiam a prima manu Commel., reliqui fere sine copula immissa, *et illorum*; est etiam in quibus videas, *et illorum sociorum esse*, et minime dubites additamenta esse nugatoris alicuius *illorum socios fore.* Gruter. — *et* agnoscunt Ar. L. 2. Venetae, Mart. Bodl. Ball. γ. λ. *inde* abest Reg. Venetis Mart. Bodl. *antea.* Wasse.

Imperata semper boni. Ita Pall. pr. sec. sex. nec non Naz. ideoque expunxi vocem quae amplius in vulgatis *impetrata fuere semper* etc. quam alioqui esse a librariis, arguit Pal. tert. in quo *impetrata sunt semper*, quomodo item editiones exoletae. Gruter.

Et cuncta a Bestia, Albino Metelloque impetrata feo. In Fabriciano est, *imperata.* idque sensus ipse postulat. Sed et *nave* ibidem, consentientibus aliis, haud scio an rectius, pro *impigre, strenue, gnaviter*, ab adiectivo *navus*, quod est *diligens* et *industrius.* ubi hodie fere *gnavus* dicimus. Magis autem antiquitatem resipit hoc adverbium, cuius est cum primis observans Sallustius. quamquam Priscianus quidem et Diomedes priscum magis esse putant *gnaviter*, sicuti et *ignaviter*, quod Lucilius alicubi dixerit. Qui volet Priscianum legat XV. de Adverbiis. Diomedis in I. verba sunt: *Quaedam sunt nomina in us syllabam termi-*

*nata, quae ex se bina adverbia faciunt: ut est veterum auctoritas; transit enim in quibusdam rationem, et aliter ipsa enuntiat, aliter consuetudo usurpat. nam* navus naviter *dicunt, quod nos* nave; largiter, *quod nos* large. Rivius.

Nave fecerant. Sic etiam meliores MSS. Pall. nam reliqui aut *gnaviter*, aut *graviter*. Carrio edi curavit, *navi fecerant.* Gruter. — *γ. gnave.* Infra *Iugurthini* vox mihi suspecta. habent autem Codd. Wasse. —* *Naviter fecerant.* In scriptis: *navi fecerant.* Palmer. 265

Missae sunt eo cohortes Ligurum. Manuscripta, *emissae eo.* nec additum ibi verbum substantivum. Wasse.

## CAP. LXXX.

Quos accepimus profugos ob discordias civilis. Patriam suam deserere cives ob seditionem, satis notum est. Indicari tamen meretur. Seneca ad Helviam cap. 6. *Non omnibus eadem causa relinquendi quaerendique patriam.* Alios domestica seditio submovit. Livius lib. II. cap. 16. *Seditio inter belli pacisque auctores orta in Sabinis, aliquantum inde virium transtulit ad Romanos. Namque Atta Clausus, quum pacis ipse auctor a turbatoribus belli premeretur, nec par factioni esset, Romam transfugit.* Iustin. lib. XXI. cap. 9. *Gallis causa in Italiam veniendi sedesque novas quaerendi, intestina discordia et assiduae domi dissensiones fuere, quarum taedio cum in Italiam venissent, sedibus Tuscos expulerunt.* Rupert.

Inter duas Syrtis. De quibus vide Pomponium Melam lib. I. Geogr. cap. 6. Plin. lib. V. N. H. cap. 4. Strab. XVII. Geogr. Ptolem. lib. IV. cap. 3. Inferiori autem aevo notione alia hoc vocabulum acceptum fuit. *Syrtes* enim pro *deserto* dixerunt. velut Prudentius:

*Casto fruentem syrtium silentio.*

et alibi:

*Nec responsa refert Libycis in syrtibus Ammon.*

Legendus Scaliger II. Auson. Lect. cap. 16. Porro de Lepti vid. Morell. in Stat. pag. 127. ubi multa cognitu digna. Rupert. — Hesychius Σύρτις, φθορά, λύμη. Sed ait Sallustius Syrtes a tractu nominatas esse. ergo Syrtis, quasi Σύρσεις dictae. Glossarium: Σύρσις, *tractus, tractio.* Coler.

Quibus nomen ex re. Quidam ex Oxoniensibus *inditum est.* sunt qui totam sententiam inducendam putant; ast illi nimium severe censuram gerunt. Historici et poetae antiquiores saepe etymologos agunt; nec contenti breviter innuisse rationem nominis, eam anxie et morose prosequuntur; quibus venia tribuenda, quia Graeca publice nesciebantur; non tamen iis cuius temporibus illud ζωὴ καὶ ψυχὴ lippis et tonsoribus notum. Plautus Mercat. III. 1. *quid nomen tibi dicam esse? P. Pasicomsae.* ex forma nomen inditum. Lucretius VI.

*Principio quod* Averna *vocantur,* nomen id a re
Impositum est, *quia sunt avibus contraria cunctis.*

sic Nonius. editi, *ab re*, quod rectius. Idem Lucret.

*Πρηστῆρας* Graii quos ab re nominitarunt.

Livius XXXVIII. 18. *Duci inde exercitus per Aulon, quam vocant, terram coeptus.* ab re nomen habet. *non ligni, modo quicquam, sed ne spinas quidem.* et I. 17. *Id* ab re, *quod nunc quoque tenet nomen*, interregnum *appellatum.* Columella Praefat. ad lib. VI. *Unde etiam iumenta* nomen a re traxere, *quod nostrum laborem vel onera subvectando vel arando iuvarent.* Hinc de Catone Cicero: *Vir sui nominis.* Ovid. Met. XIII. 569.

— *locus exstat, et* ex re
Nomen habet.

Amor. I. 8.

— *est quaedam nomine Dipsas anus*
Ex re nomen habet.

266 Mela III. 8. *quos* ex facto, *quia serpentibus vescuntur,* * Ophiophagos *vocant.* III. 7. *ad Tamum insula est* Chryse, *ad Gangem* Argyre: *altera aurei soli, ita veteres tradidere, altera argentei; atque ita, ut maxime videtur,* aut ex re nomen, *aut ex vocabulo ficta fabula est.* Plin. IV. 12. *circa Delum in orbem sitae*, unde et nomen traxere, Cyclades. Manilius I. 678.

*Atque* trahens a se titulum *memoratur* Horizon.

alibi:

— *E niveo lactis fluxisse liquorem*
*Pectore Reginae Divum, coelumque colore*
*Infecisse suo, qua propter* lacteus orbis
*Dicitur*, et nomen caussa descendit ab ipsa.

IV. 294.

— *dixere* Decania *gentes.*
A numero nomen positum est.

705.

— *Mauritania nomen*
*Oris habet*, titulumque suo fert ipsa colore.

Tacitus An. XII. 27. *In oppidum Ubiorum, in quo sita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat*, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Priscianus Perieg. 917.

*Indigenae populi* pro re *dixere* Medamnam.

Cassiodor. Var. III. 48. formam paullulum immutavit: *in* verruca *castello* etc. *quod a* positione sui congruum nomen accepit. *Est enim in mediis campis tumulus saxeus in rotunditate consurgens.* infra: *Mergi,* quibus nomen est ex facto. confer Var. III. 62. Miror ergo Procopium, qui Sallustium legerit, adeo dubitanter originem nominis protulisse, de Aedif. V. 3. Postremo, ut scriptores Latini suorum vocabulorum ortus memorant, ita etiam Graeci faciunt. Homer. Odyss. VII. 54.

— *Ἀρήτη δ' ὈΝΟΜ' ἐστὶν*
*ἘΠΩΝΥΜΟΝ.*

vid. Od. τ'. 409. Callimachus:

*Σκύλλα γυνὴ κατακᾶσα, καὶ οὐ ΨΥΘΟΣ ΟΥΝΟΜ' ἔχουσα.*

Verba denique Sallustii legisse videtur Livius II. 50. *Inde consilium* ex re natum. Wassе.

Impares magnitudine, pari natura. In quibusdam est, sed impressis, *pares natura*. verum eodem plane sensu. quamvis prior lectio, si quid est in me iudicii, verior est. Rivius. — Ita praeter edd. vett. MSS. alicuius momenti, nam aliqui *pari tractu*, aliqui *pares natura*, quod ultimum iure exsibilavit Rivius. Gruter. — Servius haec ita recitat ad Virg. Aeneid. lib. I. *Impares magnitudine*, *pares natura*. utrovis modo legas, parvi refert. Manut. — Ar. L. 3. λ. Bodl. Ball. Mart. Venetae *pares*. Pemb. γ. Reg. L. 1. 2. *pari*. Caesar tamen B. G. VII. 39. Pari *aetate et gratia*, *sed genere* dispari. Cic. pro Ligar. *Honorum gradus summis hominibus et infimis sunt* pares, *gloriae* dispares. Sed altera forma usus Noster Iug. LVI. *Ipsi* pares, *caeterum opibus* disparibus. Wasse.

Proxima terrae. Sallustium reliquisse *terram* probavimus in Obs. Gronov. — Malim cum Gronovio III. Obs. 2. *quorum proxuma terram*. Sic enim construit ubique Sallustius. Rupert.

Ubi mare magnum esse, et saevire ventis coepit. *Mare magnum*, omni tempestate tumidum et inflatum. libr. Hist. III. *Immensum aucto mari*, *et vento gliscente*. Alias *mare magnum* est latum. Supra: *mare magnum*, *et ignara lingua*, *commercium prohibebant*. Caesar lib. III. Bell. Gall. *Cum saevire ventus coepisset*. Mela ad aequor *saevitiam* retulit. et Sall. Iugurth. cap. 17. *mare* saevum, *importuosum*. Ciaccon. — Recte Ciacconius: cave etenim Homerico sensu accipias pro:

*Ἐς πέλαγος μέγα τοῖον, ὅθεν τέ περ οὐδ᾽ οἰωνοὶ*
*Αὐτόετες οἰχνεῦσιν.*

Audi potius Lucret.

*Suave* mari magno.

Catullum XXV.

— *velut minuta* magno
*Deprensa navis in* mari, *vesaniente vento*.

Livium in Odyssea:

* *Celsosque ocris arvaque petrita et* mare magnum. 267

*mare* abest Pemb. Wasse.

Saxa ingentia. Haec nemini debent esse suspecta; quamvis enim pleraque ora arenosa, latent tamen ubique scopuli. Virg. de minore Syrti:

*Tris notus abreptas* in saxa latentia *torquet*:
*Saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus* aras,
*Dorsum immane mari summa*.

Illa ἕρματα ὕφαλα Dionysio I. pag. 42. Procopius de Aedif. V. 3. *Οὐ μὴν οὐδὲ διανεῦσαι τοῖς πλοίοις ἄχρι ἐς τὴν ἠϊόνα δυνατὰ γένηται. πέτραι γὰρ ὕφαλον διακεκληρωμέναι τὰ πλεῖστα τοῦ κόλπου, πλώϊμα οὐ ξυγχωροῦσιν ἐνταῦθ᾽ εἶναι.* et: *προβέβληταί τις ἐνταῦθ᾽ ἠϊών. σχιζομένη δὲ αὐτὴ τῇ τῆς θαλάσσης ἐπιῤῥοῇ, τῷ τε ῥοθίῳ ἀφανιζομένη, ἀποβαίνειν δοκεῖ, καὶ ἐφ᾽ ἑαυτὴν ὑποχωροῦσα ὀπίσω ἰέναι· ἐς κόλπον δὲ μηνοειδῆ ἐπὶ μακρότατον τέτραπται. καὶ ὁ μὲν ἀρχομένης πλευρᾶς διάπλους ἐς τετρακοσίους διήκει σταδίους· τοῦ δὲ μηνοειδοῦς τὸ περίμετρον ἐς ἡμερῶν ἓξ ὁδὸν κατατείνει. Ταύτης γὰρ ἡ θάλασσα πεπιεσμένη τῆς ἠπείρου ἐντὸς τὸν κόλπον*

ποιεῖται. ἐπειδάν τε ναῦς ἀνέμῳ ἢ κλύδωνι βιαζομένη τοῦ διάπλου ἐντὸς ὑπὲρ τοῦ μηνοειδοῦς τὴν ἀρχὴν γένηται, τὸ ἐνθένδε αὐτῇ ἐπανιέναι ἀμήχανόν ἐστιν, ἀλλὰ συρομένη τὸ λοιπὸν ἔοικε, καὶ διαφανῶς ἐπίπροσθεν ἀεὶ ἑλκομένη. καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ, οἶμαι, οἱ πάλαι ἄνθρωποι τὸν χῶρον τοῦ πάθους τῶν νεῶν ἕνεκα Σύρτεις ὠνόμασαν. Lucanus IX. 303.

*Syrtes vel primam mundo Natura figuram*
*Cum daret, in dubio pelagi terraeque reliquit.*
*Nam neque subsedit penitus, quo stagna profundi*
*Acciperet, nec se defendit ab aequore tellus:*
*Ambigua sed lege loci iacet invia sedes:*
*Aequora fracta vadis, abruptaque terra profundo,*
*Et post multa sonant proiecti littora fluctus.*
*Sic male deseruit, nullosque exegit in usus*
*Hanc partem natura sui, vel plenior alto*
*Olim Syrtis erat pelago, penitusque natabat:*
*Sed rapidus Titan ponto sua lumina pascens,*
*Aequora subduxit zonae vicina perustae:*
*Et nunc pontus adhuc Phoebo siccante repugnat.*
*Mox ubi damnosum radios admoverit aevum,*
*Tellus Syrtis erit: nam iam brevis unda superne*
*Innatat, et late periturum deficit aequor.*

Dionysius:

Ἑξείης δ᾽ ἐπὶ Σύρτις ἀγάῤῥοον ὁλκὸν ἑλίσσει
Βαιοτέρη. μετὰ τῆςδε πρὸς αὐγὰς ἔρχεται ἄλλη
Ἄσπετος εὐρυτέρῃσι βαρυνομένη προχοῇσιν.
Ἔνθα κορυσσομένης Τυρσηνίδος Ἀμφιτρίτης,
Ἄλλοτε μὲν πλημμυρὶς ἐγείρεται, ἄλλοτε δ᾽ αὖτε
Ἄμπωτις ξηρῇσιν ἐπιτροχάει ψαμάθοισι.

Syrtium naturam bene exprimit Seneca Agam. 558.

*Est humilis unda, scrupeis mendax vadis,*
*Ubi saxa rapidis clusa vorticibus tegit*
*Fallax Caphareus.*

Vide Strabonem pag. 836. Plin. V. 4. Agathem. cap. 8. Avienus pag. 264. qui corrigendus:

*Qua se parte dehinc celsae notus erigit aethrae,*
*Vis late Libyci furit aequoris. una ibi Syrtis,*
*Ast aliam ulterius freta prolabentia tendunt:*
*Parvaque caeruleo circumsonat aequore* Mixam.

lege *Meninx*. Priscian. Perieg.

*— — cerne minorem*
*Occiduam: iuxta quam* Meninx *insula fulget.*

WASSE.

ITA FACIES LOCORUM CUM VENTIS SIMUL MUTATUR. Tacit. lib. XIII. *Non ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur.* GRONOV.

SYRTES AB TRACTU NOMINATAE. Cum supra dixerit, *Syrtibus nomen ex re inditum*, non fit mihi dubium, quadrigam horum verborum plane exterminandam. GRUTER. — Non sunt haec in veteri editione,

et amicissimus meus Iungermannus glossam omnino putat, quam aliquis, ut solet, margini alleverit; iam enim dixerat: *quibus nomen ex re inditum.* et clare: *Limum arenamque et saxa ingentia fluctus trahunt.* trahunt id ipsum est σύρουσι, unde Σύρτις. vid. Apollon. * lib. IV. Arg. 268
et ipsius Scholiast. Glossae Graecolat. Σύρσις, *tractus*, *tractio.* lege Σύρτις. Statius primo Thebaid. *Syrtes destituunt.* ubi Lactant. ἀπὸ τοῦ σύρειν. Graece σύρειν. i. * . . . . sine dubio addendum *trahere.* Allusit et Rufus Avienus: *Late trahit aequora Syrtis.* Sic supra Crispus de Catabathmo rationem nominis etiam breviter innuisse satis habet: *declivem latitudinem, quem locum Catabathmon incolae appellant.* Quid enim καταβαθμὸς aliud quam *descensus*? PUTSCH. — Voces *Syrtes ab t. n.* omittit L. 3. Venetae. caeteri servant. Hegesippus II. 9. *Nec Syrtes praeteribo terribiles, etiam solo auditu,* quod omnia ad se trahant. Eustathius in Dionys. τετραγώδης δὲ ὁ τόπος, ὡς ἐῤῥέθη, καὶ οὐκ ἀεὶ βαθεῖα θάλασσα, ἀλλὰ κατὰ καιρούς τινας πολὺ τοῦ ὕδατος ἐπισυρομένη· ὅθεν καὶ Σύρτις καλεῖται. Noster Catilinar. *inde Patres dicti curae similitudine.* Quare nihil muto. WASSE.

EIUS CIVITATIS LINGUA MODO CONVERSA CONNUBIO NUMIDARUM. Nihil frequentius ingeritur ab auctoribus, quam mutatis sedibus, mutari et mores, imo omnia, usque ad oblivionem et linguae et originis. Unde tanquam monstrum, quod de Graecis proxima Italici maris litora occupantibus Iustin. lib. XX. cap. 1. Denique multae urbes adhuc post tantam vetustatem vestigia Graeci moris ostentant. At contra Curtius de urbibus sex, conditis ab Alexandro, circa Marginiam, inquit lib. VII. *Haec omnia sita sunt in editis collibus, tum velut freni domitarum gentium, nunc originis suae oblita, serviunt, quibus imperarunt.* Eodemque adhuc lib. de Branchidis, qui iussu Xerxis Mileto quondam transierant: *Mores patrii nondum exoleverant; sed iam bilingues erant, paulatim a domestico externoque sermone degeneres.* RUPERT.

QUAE EO FACILIUS RETINEBANTUR. Manuscripta *retinebant*, quomodo et ex impressis quaedam, ut *quae* casus sit accusativi. RIVIUS. — Sic γ. λ. Bodl. R. L. 2. Mart. WASSE.

## CAP. LXXXI.

EGREGIUM ATQUE MIRABILE. Sic MSS. omnes et olim cusi, nam recentiores *memorabile*, quod heic ineptum est ob verbum statim sequens *memorare.* Pal. tertius indicat alias legi *miserabile.* GRUTER. — L. 2. Reg. γ. Pemb. λ. *mirabile.* Carrio *memorabile.* Supra nostri fere, *multi vastique.* sic Gruter et Carrio. alii *inculti.* WASSE.

EAM REM NOS LOCUS ADMONUIT. Mera battologia videri queat, cum supra dixerit: *Sed quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia venimus.* itaque vel illa, vel haec, omnia resecanda sunt, me quidem censore. GRUTER.

NEQUE FLUMEN NEQUE MONS ERAT, QUI DISCERNERET. Fere ubivis amnes quoque cuiusque regionis termini. Tacit. I. Annal. 9. Freinsh. ad Curt. lib. VII. cap. 6. §. 12. H. Grot. N. in lib. de I. B. ac P.

pag. 135. §. 16. Pan. 12. cap. 22. *Mari Oceano aut amnibus longinquis septum imperium.* Fit id aut natura, vel mutuo consensu. Nostro tempore fratres et cognati, nisi regionibus, fluviis murisque communia bona
269 distinguant, longoque a se invicem spatio removeantur, non cessant * a mutuis contentionibus. Vid. Gruter. ad Liv. lib. I. cap. 2. Rupert. — *Neque flumen.* Omittit Pemb. L. 3. *una facie.* supra, *facies locorum.* vid. Indicem. et adde Salvianum de Gubern. II. pag. 57. Mela II. 2. *Iam si addenda est et ipsius* fugae facies, *quale illud fuit.* Tacitus An. XIV. 8. *aliam fere litore* faciem. et IV. 67. *Antequam Vesuvius mons ardescens* faciem loci *verteret.* sed nihil muto. Liv. XXII. 28. *Ager omnis medius erat,* prima specie *inutilis insidiatori.* Statius III. Sylv. V.

*Magnificae* species *cultusque* locorum.

Virg.

*Non tulit hanc* speciem *furiata mente Choroebus.*

Wasse.

Quae res eos magno. Manuscripta *in magno*, addita praepositione: quomodo et vetustissimum quodque ex impressis. Rivius.

Veriti, ne mox victos victoresque defessos alius adgrederetur. Haec consideratio saepe persuasit populis, ut duorum corporum periculo bellum finirent. De Albanis vide Fl. lib. I. cap. 3. §. 3. et quae ad eum locum notamus, de Persis et Romanis Cedrenum in vita Theodosii, de Eliis atque Aetolis Pausan. V. Eliacorum, de Sarmatis et Chersonitis Constantinum Imp. cap. ult. de Administrat. Imperii. Etiam singulari certamine congreditur dux cum duce; Paris cum Menelao, Turnus cum Aenea etc. quae bellandi ratio etiam Francis olim placuit, de quibus Agathias lib. I. *Si quae inter principes oriatur controversia, omnes quidem aciem instruunt, tanquam ad bellandum; deinde simul conveniunt, iubentque, ut Principes ipsi iure potius controversias decernant; sin minus, ut singulari inter se certamine agant, et suorum capitum periculum adeant; neque enim aequitati aut patriae consuetudini consentaneum censent, ut, privatae ipsorum simultatis causa, publicum labefactetur ac subvertatur. Qui mos si nostro saeculo revocaretur, vel cunctatius utrinque prosiliret quisque ad arma, vel transigerentur bella minore mortalium peste.* Adde notam ad Orat. I. de Rep. Ordinand. §. 20. Rupert.

Ibi communis utriusque populi finis. Manuscripta et alia quaedam, *is communis utriusque populi* etc. Quod ad sensum attinet, utrimvis probe quadrat, et cum lectione vulgata facit Pomponius Mela: *Ut ubi legati,* inquit, *concurrerent, certo tempore utrimque dimissi, ibi termini statuerentur.* posterior lectio mihi elegantior esse videtur. Rivius.

Quibus nomen Philaenes erat. Manuscripta, *Philaenis.* idque rectius ac Latinius, ut de elegantia nihil dicam. est enim secundae inflexionis hoc nomen. nec aliter usquam Sallustius usurpat. Rivius. — Editio antiqua et MSS. omnes *Philenes.* Gruter. — Sic Reg. L. 2. γ. λ. Arond. Pemb. Bodl. *Phillenes.* Valerius V. 6. *Philaeni.* at Codices Pemb. et B. Pub. *Philaenii.* et pro *praecurrere*, *praecucurrerunt,* recte. confer Strabonem libro ultimo. Wasse. — *Philaenis* dativum in *Philaenes* Aldinus codex mutavit, temere meo quidem iudicio; nam ad

finem huius historiae ipsemet auctor in secunda, non in tertia Latinorum declinatione *Philaeni* inclinat. quod et alii secuti sunt auctores Latini, nominatim Valerius Max. lib. V. et Pomponius Mela lib. I. apud quem tamen locus mutilus est. quare hic legendum, *quibus nomen Philaenis*, per tertiam vocalem in ultima syllaba. GLAREAN. — Cum Mela facit Fr. Philelfus Epist. VIII. 24. WASSE. — De his Philaenis Val. Max. lib. VI. cap. 6. Pomp. Mela lib. I. cap. 7. Servius ad I. Aen. COLER.

MATURAVERE ITER PERGERE. Vox postrema abundat. GRUTER.

* TEMPESTAS HAUD SECUS. Sulpicius Dial. I. 3. *Ventorum ea vis* 270 *est, ut si quando vel clementiore coelo aliquantulus spirare flatus coeperit, maius in illis terris quam in ullo mari naufragium sit.* Solinus pag. 52. *Ita etiam* continens naturam maris sui patitur: *nec interest ubi potius sint procellae, cum ad exitium viantium elementis congruentibus, in terris flabra saeviant, in mari terrae.* Inde Bostar apud Silium III.

> *Nos paene aequoribus tellus violentior hausit.*

Sidonius VIII. Epist. 12. *Tantum Syrticus ager ac vagum solum et volatiles ventis altercantibus arenae.* Lucanus IX. 445.

> *— hac ire Catonem*
> *Dura iubet virtus, illic secura iuventus*
> *Ventorum*, nullasque timens tellure procellas,
> Aequoreos est passa metus. *nam littore sicco,*
> *Quam pelago, Syrtis violentius excipit Austrum,*
> *Et terrae magis ille nocet.* WASSE.

UBI PER LOCA AEQUALIA ET NUDA GIGNENTIUM. *Aequalia* sunt plana; *gignentia* vero arbores et stirpes appellat, quaeque alia e terra gignuntur. Sic infra: *Forte in eo loco grandis ilex coaluerat, inter saxa paulum modo prona, deinde inflexa atque aucta in altitudinem, qua cuncta* gignentium *natura fert.* Sallustium imitatus Apuleius in libro de Platonis dogmate, ut in optimo exemplari manuscripto legitur: *Gignentiumque omnium instar cerae, formas et figurationes ex illa exemplorum impressione signare.* et paullo post: *Animam vero animantium non esse corporeum, nec sane perituram, cum corpore fuerit absoluta, omniumque gignentium esse seniorem, atque adeo et temperare et regere ea quorum curam fuerit diligentiamque sortita.* hoc est, omnium quae gignuntur. Vitruvius vero quae Sallust. dixit *gignentia*, ipse *nascentia* appellavit. ut lib. V. cap. 1. *Non minus quam etiam* nascentium *oportet imitari naturam, ut in arboribus teretibus.* et statim: *ergo si natura* nascentium *ita postulat.* et lib. VIII. cap. 1. *Si inveniuntur* nascentia, *tenuis iuncus, salix erratica.* Inde infra *et illis dolentia, et plebi volentia.* De *Philaenis* Mela et Val. Maximus. CIACCON. — et Strabo lib. ultimo; sed uti etiam et Scylax pag. 74. ubi pro Φιλαίνου κωμοὺς legendum βωμοὺς, ut observat Maussac. ad Harpoc. *Mons diffusior et* nudus gignentium. Hegesip. IV. 16. Ambrosius Ep. V. 24. *si nimia siccitate aruerint* locorum gignentia. Idem Serm. V. in Psalm. CXIV. *non arenosa et* nuda gignentium *stativis decernit.* et lib. de Cain *etc.* cap. 8. Germanicus in Aratum: *Hac enim crescente* universa gignentia *pubescunt.* vid. Ammianum XXIII. Turnebum Advers. III. 15. Lucanus II. 89.

— *vacuisque mapalibus actus,*
Nuda *triumphati iacuit per* regna *Iugurthae.*

WASSE.

*Gignentia* dixit etiam Ambrosius Orat. de Fide Resurrectionis: *Denique multa* gignentia *quamvis iugi serenitate, humo arida arenosaque nascuntur, quoniam et terra ad humorem sufficit* etc. Lactantius lib. I. de Ira Dei cap. 13. *Aiunt enim multa esse in* gignentibus, *et in numero animalium, quorum adhuc lateat utilitas, sed eam processu temporis inveniri.* URSIN.

ORA OCULOSQUE. Copulam respuit solus Pemb. Infra *sese esse* Reg. *se vident.* et Martin. *locis solet* R. WASSE.

271 * CONDITIONEM. *Αἵρεσιν* valet, eligendi potestatem. Bacchid. *Duae* conditiones *sunt, utram tu accipias vide.* Nepos Attico: *Quum enim versuram facere publice necesse esset, neque eius* conditionem aequam *haberent.* Codex B. Pub. pro *quum, quoniam.* et infra recte delet vocem *esset.* confer Hegesippum II. 6. WASSE.

GRAECI OPTIONEM FACIUNT. Id est, Cyrenenses, a Graecis orti. Vide Iustin. lib. XIII. cap. 7. Sensus autem horum verborum est: voluisse Cyrenenses, ut vel Philaeni eo loco, quem terminum ditionis Punicae vellent, vivos sese obrui paterentur; vel sibi (h. e. Cyrenensibus) permitterent, longius progredi eadem conditione, ut scilicet et ipsi, quos fines populo Cyrenensi peterent, ibi vivi obruerentur. Putabant enim, acerbitate mortis sese deterrituros Carthaginienses, quo minus corpora sua terra operienda traderent; adeoque tum se paratos fore, quoniam alias sibi ob socordiam in patria moriundum esset, tali mortis genere perpetuam sibi gloriam, longiores imperii terminos patriae acquirere. Sed secus evenit, et Philaeni manibus et ossibus suis dilatare Carthaginis fines maluerunt, quam eam gloriam Cyrenensibus concedere. RUPERT.

QUOS FINES POPULO SUO PETERENT, IBI VIVI OBRUERENTUR. Nescio an sit scribendum *quo fines.* CIACCON. et URSIN. — Sic quidem fere MSS. meliores; nam alii *quo fines*, uti etiam in vetuste editis: Com. habet *qui fines.* GRUTER. — *Ut vel illi, quo fines.* Manuscriptum, *quos fines.* quomodo et in aliis plerisque, idque fortasse rectius. nam sequitur *ibi*, hoc est, *in iis finibus.* nisi quis ex iis, quae mox sequuntur, ita intelligere malit, ut vel illi, quo loco fines populo suo peterent, eo in loco vivi obruerentur; vel eadem conditione sese, quem in locum vellent, processuros. praeterea *quaererent* in quibusdam legitur pro *peterent.* quamquam eodem sensu. RIVIUS.

ARAS CONSECR. Hae Strabonis aetate non extabant: ut ipse refert libro III. CASTIL. — Harum meminit et Plinius lib. V. cap. 4. et ex Plinio Solinus cap. 3. COLER. — Sic loquitur Cicero de Harusp. Resp. *Aedes, terram*, arma consecrare. Sueton. Caes. XX. Victor in Origin. VIII. *Cum ergo Recaranus sive Hercules patri Inventori* aram *maximam* consecrasset. Solinus, idem narrans, usus est voce *dicavit.* cap. 1. pag. 11. et 26. *Quae res et* locum *et factum* consecravit: *nam qui morti destinabatur, donatus filiae in memoriam tanti praeconii reservatus est: locus* dicatus *suo numini, Pietatis sacellum est.* Tacitus de Moribus Germ. 3.

Aram *quin etiam Ulixi* consecratam *adiecto Laertae patris nomine.* Inde *consecratus* pro *sanctus*, *Deo dicatus.* Hegesip. III. 14. eo significatu legitur *data* apud Solinum pag. 28. *Turris Protesilai delubro* data. sed rectius opinor Codd. *dicta*, quamquam nihil movet Salmasius. Mela II. 1. *sunt Protesilai ossa* consecrata *delubro.* hoc est, *dicta.* Minutius cap. 10. *Nam quicquid agimus, ut alii fato, ita vos Deo dicitis. dictus sacer* pro *dicatus* Virg. VI. 136.

> — *latet arbore opaca*
> *Aureus et foliis et lento vimine ramus*
> *Iunoni infernae* dictus sacer.

ibi *dictus* pro *dicatus*, teste Servio. Sacrum enim est quicquid a magistratu, pontifice praeeunte, dicendo dedicatur; ut Varro tradit L. Lat. pag. 56. Vitruvius Praefat. ad lib. I. *Cum autem concilium Coelestium in sedibus Immortalitatis eum* dedicavisset. Denique quod Noster *consecrare*, alii *instituere.* Hyginus Fab. 130. *diem festum * oscillationis pesti-* 272
*lentiae causa* instituerunt. ubi Munkerus Scholiastam Germanici frustra tentat. Eius verba sic se habent pag. 192. *Ex quo factum est, ut soli oscillo iactarentur homines.* Nec illa sana sunt, inquit, *soli oscillo*, ex quibus binis vocabulis fecerim unum, *oscillo.* At ipse haud aeque infeliciter pro *soli* legerim *molli*, auctore Virgilio:

> *Oscilla ex alto suspendunt* mollia *pinu.*

Vide ipsam consecrationis formulam apud Suetonium ed. Pitisci Vol. I. pag. 226.

Aliique illis domi honores constituti. Manuscripta, *instituti*; quomodo quaedam etiam typis excusa. pro *decreti.* quamquam et *constituere honores* dicitur, id quod apud Ciceronem reperitur. Rivius. — *instituere* ex MSS. C. Popma.

Nunc ad rem, Sic Codices omnes. Similiter Sulpicius Hist. Sac. I. 29. *de quibus dubitare me fateor.* Nunc reliqua exsequar. Polybius pag. 1464. *Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοσοῦτον ἡμεῖς διεληλυθότες κατὰ τὴν παρέκβασιν, αὖθις ἐπάνιμεν ἐπὶ τὴν ἐκτροπὴν τῆς ὑποκειμένης διηγήσεως.* Wasse.

## CAP. LXXXII.

Eorum multitudinem in unum cogit. Similis illi D. Pacario, qui Corsi procurator, iuvare Vitellium statuens, Corsos, inconditos homines, fatigare militiae muneribus occoepit: ut est Tacit. II. Hist. 16. Ceterum, ut urbane Plautus ait in Sticho, *stultitia est venatum ducere invitas canes.* et ut non e quovis ligno exsculpitur Mercurius, sic neque bello quodlibet genus hóminum aptum et appositum, ut pluribus docet Vegetius. Rupert.

Ad studium sui perducit. In vetustis nonnullis est *perlicit*, pro *sibi conciliat et devincit*; atque haec lectio mihi magis arridet, etiamsi prior illa in manuscriptis quoque est. *Perlicere ad societatem armorum* est apud Livium X. ab U. C. et *donis perlicere* VI. belli Punici II. Non inficior tamen, et priorem in eodem lectionem reperiri, velut V. belli

Asiatici, *Et alios*, inquit, *principum*, *donis ad suam caussam* perduxit. Rivius. — Sic MSS. omnes, et aeque efficax est atque aliorum *perlicit*. Gruter. — Ball. *pellicit*. quod mera est interpretatio. L. 2. et exemplar Venetiis excusum 1478. *producit*. solenni librariorum errore. sic apud Isidorum IV. 5. *Inter sanitatem et morbum media est curatio, quae nisi morbo congruat, non* producit *ad sanitatem*. lege cum membranis B. Pub. Pemb. Coll. Trin. *perducit*. Sic loquitur Arnob. lib. III. pag. 114. et Celsus Praefat. pag. 8. et 9. et III. 21. Corollarii loco ex huius de Medicina libro cap. ultimo pag. 332. addam aliud aeque mendosum: *Multa sunt quae in* Graecis *hominibus per hanc disciplinam facta leguntur, sicut habetur de David, qui a spiritu immundo Saulum arte modulationis eripuit*. Liquido iurarem nil tale profluxisse ab homine Christiano. Nempe ergo pro *Graecis* scribendum *aegris*. sic nostri omnes. cap. 7. *Graecorum vetustas furorem μανίην appellabat, sive ab iniquitate, quam Graeci maniam*. sic B. Pub. Trin. sed Pemb. et editi non agnoscunt illa, *sive ab iniq*. verum habentur apud Caelium Aurelianum Siccensem, quem hoc loco exscripsit. Frustra interim est Le Breul, qui pro *iniquitate* reponit *inanitate*. Ita loquitur alibi homo barbarus. V. 9. pag. 137. Wasse.

273 * Id ea gratia facilius procliviusque. Quidam libri, *proniusque fuit*. utrumque non male, etiamsi nihil mutavi. C. Popma. — In manuscriptis ceterisque vetustioribus est *pronius*. verum prior tamen lectio mihi valde placet. Est apud Sallustium non semel, *in proclivi esse*, pro *facile*. ut, cum inquit: *Cuius si dolum caveris, alia omnia in proclivi erunt*. Sic et in Andria Terentius. Rivius. — *Proniusque*. Ita rursus Pall. omnes, nec video cur cedere debeat aliorum *proclivius*. mallem potius eiici *ea gratia*, natum in officina interpretum, fortassis etiam illud *facilius*. Gruter.

Incoepto bello pauci impediverant. Hanc lectionem et ipse probandam esse duco. nec tamen dissimulandum reor in manuscriptis omnibus, quae ipse viderim, reperiri *incepto belli*, non *bello*. Rivius. — *Belli* etiam MSS. nostri, ut quisque est virtute melior: deteriores enim *bello*. Gruter.

Etiam ante Iugurthae filia. Nonius Marcellus citat haec valde corrupte in hunc modum: *Etiam iam ante Iugurthae filia Boccho nupserat, verum ea necessitudo, quae etiam timidos fortis facit*. Coaluerunt turpiter duo fragmenta, quae sic divide et supple: *Et iam ante Iugurthae filia Boccho nupserat, verum ea necessitudo apud Numidas Maurosque levis ducitur*. Idem Catilina: *Praeterea necessitudo, quae etiam timidos fortis facit*. Putsch. — In nostro probatissimo codice sic legitur: *etiam Bocchi nupserat*. non uti vulgo, *Boccho nupserat*. quae verba cum diligentius considerarem, in eam opinionem adductus sum, ut existimem, ita Sallustium scripsisse. namque Plut. asserit Iugurtham Bocchi generum fuisse, in Mario. Accedit praeterea auctoritas Flori, qui et ipse lib. III. cap. 1. scribit, Bocchum Iugurthae socerum fuisse. haec iam adnotaveram, cum et in illo codice, qui in Bibliotheca Divi Salvatoris Bononiae servatur, eodem modo scriptum esse reperi: ut iam non dubitandum sit,

quin haec sit antiqua et germana lectio. CASTIL. — Ita Nonius pag. 353. nostri fere et Balliol. at Digb. Bodl. Magd. Ioan. Mart. Arond. *Bocchi*, quomodo etiam dederat Carrio. Simsonus in opere Chronolog. putat auctorem reliquisse *Bocchu*. Sed Florus et Plutarchus Bocchum Iugurthae socerum faciunt. hic III. 1. *sic fraudulentissimus regum, fraude soceri sui in insidias deductus est.* ille in Sylla pag. 452. *ὁ δὲ Βόκχος ἐτύγχανε μὲν ἔτι γε πάλαι γαμβρὸν ὄντα μισῶν καὶ φοβούμενος τὸν Ἰουγούρθαν.* et Mario pag. 410. *Βόκχος ἦν πενθερὸς Ἰουγούρθα.* unde patet eius Codd. minime mendosos esse, quia alia atque alia voce idem extulerit. Contrarium suadent Vaillantii numismata, in quibus facies Bocchi lanugine tantum decorata, Iugurthae imago cum barba promissa visitur. at barba promissa captivi habitus, non aetatis indicium. praeterea Volux filius adolescens, et militiae patiens, ostendit patrem eius Bocchum non fuisse admodum iuvenem. Huius nominis quendam e regibus Arabiae memorat Hegesipp. I. 29. nisi forte mendum in voce sit; nam Iosephus I. 11. *Malachum* vocat. WASSE. — Freinshemius legit, *etiam antea Iugurthae filia Bocchi nupserat.* Vide illum ad Flori lib. III. cap. 1. §. 17. lit. y. RUPERT.

QUIA SINGULI PRO OPIBUS — ALII PLURES HABENT. Manuscripta consentientibus et aliis vetustioribus, * *quod singuli pro opibus* etc. *alii* 274 *plures habeant.* RIVIUS.

QUAM PLURIMAS UXORES. Testatur idem Strabo lib. VII. Similia de Persis scribit Ammianus lib. XXIII. COLER.

DENAS ALII, ALII PLURES. Nota incommodum maximum polygamiae. Ceterum Numidis similes Aegyptii, Indi, Hebraei, Persae, Garamantes, Parthi, Taxili, Nasamones, Thraces atque omnes paene barbari. Scythae atque Agathyrsi, Scoti, Britanni, Attici promiscue uxores et liberos ex Platonis rep. communes habere et more pecudum lascivire solebant. Massagetae singuli unam ducebant uxorem, sed ea communiter utebantur. Apud Arabes Felices una omnibus consanguineis uxor erat. *Soli Germani proxime ad naturae legem accedebant, quum singulis uxoribus contenti essent:* ut scribit Tacit. in Germ. cap. 18. RUPERT.

NULLAM PRO SOCIA. Laud. L. 3. *nulla.* et sic Carrio, eleganter. Vide Gronovium ad Livium III. 36. Interpres Iuvenalis ineditus ad Sat. III. 30. *Quisque pro opibus uxores multas habet.* Claudian. B. Gildon. 441.

*Arma oneri, fuga praesidio, connubia mille;*
*Non ulli generis nexus, non pignora curae;*
*Sed* numero languet pietas.

Lucan. VIII. 397.

— — *Num barbara nobis*
*Est ignota Venus, quae ritu caeca ferarum*
*Polluit innumeris leges et foedera tedae*
*Coniugibus, thalamique patent secreta nefandi*
*Inter mille nurus?*

ibi:

— — *Iacuere sorores*
*In regum thalamis.*

Codex Caiensis, *fratrum thalamis.* non admodum male, sed aliter editio princeps et B. Pub. deinde:

*—, Proles tam clara Metelli*
*Stabit barbarico* coniux millesima *lecto.* WASSE.

## CAP. LXXXIII.

IBI FIDE. Naz. *ubi fide data.* GRUTER.

PROFUNDA AVARITIA. Sic in Epistol. Mithrid. *cupido* profunda *imperii et divitiarum.* et in orat. de Repub. ordin. *profundam libidinem* dixit pro *immensa.* ut Cicero in Pisonem: *Quam partem eius praedae* profundae libidines *devorassent.* et pro Plancio, *mare profundum et immensum.* CIACCON. — Claudian. B. Gild.

— *quodcunque* profunda
*Traxit* avaritia, *luxu peiore refundit.*

de B. Get.

— *qui* mente profunda
*Hauserat urbis opes.*

Petron. 419.

*Si qua foret tellus, quae fulvum mitteret aurum,*
*Hostis erat.*

vid. Liv. XXXIX. 17. *denas a. a. p. h. sed reges eo amplius.* citat Servius pag. 189. WASSE. — Nota Romanam elegantiam. Sic Sueton. in Vitellio cap. 10. et Apul. in Apol. usurpant *profundam gulam;* et Plinius *nepotum omnium altissimum gurgitem;* Velleius *profundam omnis confundendi cupidinem;* Quintilianus *profundae mentis consilia;* idem Noster *altitudinem ingenii.* Graeci pari elegantia atque efficacia utantur voce βάθος. RUPERT.

EANDEM ILLOS CAUSAM BELLI CUM BOCCHO HABERE, QUAM SECUM. His oritur nobilis quaestio, *an vicinorum periculis vicini immiscere se debeant, nec ne?* Dico, qui id non faciunt, nec ad commune restinguendum incendium concurrunt (ut multi sane non concurrunt) multis modis
275* et in humanitatis legem peccare et suis ipsis commodis obstare. Primum enim communis hominum inter homines naturalis est commendatio, ut oporteat hominem ab homine, ob id ipsum, quod homo sit, non alienum videri. Cicero lib. III. de Finibus. Haec autem naturae communio praecipue requirit, ut ne nobis mutuo desimus, *quia,* ut inquit D. Ambrosius de Off., *nihil tam secundum naturam est, quam iuvare consortem naturae.* Deinde si honestate quis non movetur, ut vicinum periclitantem adiuvet, moveatur saltem utilitate. Nam, ut Hermocrates apud Thucyd. lib. IV. sapienter monet, *bellica et quaecunque alia pericula cum vicinis communia nobis sunt; et pro certo habendum est, si nos vicini negligant, extemplo, postquam nos conflagraverimus, ad eos id incendium traiecturum.* Hoc apud Herodotum lib. VII, cap. 157. Graeci Geloni ingerunt: *Ne speraveris, Persam, si nos proelio superaverit, ad te non esse venturum: quin imo hoc ante caveris: nobis namque opem ferendo temet ipsum tutaris.* Quo pertinet illud Horatii lib. I. ad Lollium:

*Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet,*
*Et neglecta solent incendia sumere vires.*

Exemplo sunt apud Tacitum in lib. de Germania cap. 36. ipsi Fosi, quos nunc Ditmarsos putant. Hi enim a malo imminente Cheruscorum gentis, quos destituebant, ipsi quoque trahebantur. Huiusmodi Ucalegontas, Graecos quoque fuisse, docent Demosthenes Philippica III. Iustinus lib. VIII. cap. 1. eodemque in valetudinario Britannos olim decubuisse patet e Taciti Agr. cap. 12. et Christianos nostros adversus Turcam e Guicciardini lib. XIII. Hist. in A. C. 1519. Ceterum, an hoc modo Bocchus viri prudentis expleverit officium, nondum constat; imo ausim dicere, stulte fecisse, quod se inflexerit ad latus hoc infelicius, et in caducum parietem inclinaverit. Nam profecto miseris aut infirmis sese qui iungunt, ex Lucani scito quaerunt, cum qua gente cadant. Interdum afflicto se iungere quis potest, ut alibi docuimus: sed hic comparatum fuit, ut Romanae potentiae Bocchus nullo modo potuerit amplius resistere. Rupert.

Quam secum et cum aliis gentibus. Pall. aliquot, ut et Bong. abest *cum* solitarium. Gruter.

Lubidine imperitandi. *Libidinem* in accusandi casu malim, etiamsi in auferendi quoque intelligitur. Item paulo post: *Uti quisque opulentissimus videatur.* verbum *videatur* in *videbatur* non recte idem Aldinus codex mutavit: magis placet, quod quidam legunt, *videbitur.* Glar. — Duo e manuscriptis habent *libidinem imperitandi,* casu accusativo, idque rectius esse puto; nam et alibi, *libidinem dominandi caussam belli habere,* inquit. Rivius. — Reg. *libidine*, sic Ball. Mart. Pemb. Arond. ceteri cum editis. Wasse. — Huc respexit Mela lib. III. cap. 8. *Bella cum finitimis gerunt*, caussas *eorum* ex libidine arcessunt *atque* imperitandi *prolatandique quae possident.* Ciaccon. — Convenit Carrio. Wasse.

Opulentissimus videbatur. Manuscripta, *videatur.* Rivius. — Postrema vox salva sententia deleri poterat. Gruter. — nostri *videatur.* Wasse.

Talibus dictis. L. 3. Ball. Venetae omittunt *dictis.* Priscianus pag. 1008. *Cirtham.* uti Ball. *passim.* Wasse.

Iter constituunt. Sic Cicero lib. I. de Divin. *Iter propositum et iam constitutum.* Ciaccon.

Aut capta urbe, operae. Illud *operae* extat in omnibus MSS. nostris, ideoque non ausus * sum eiicere quasi per vim; posse tamen 276 abesse certum est. Gruter. — Manuscriptum, *pretium fore.* sed erat alterius manu in spatio, quod versus dirimit, litteralis minutis, *operae;* verum in aliis solum legitur *pretium*, ut quin ita legendum sit, dubitatio iam nulla relinquatur. Rivius. — Sic reposui ex plerisque antiquis libris. quo modo locutus cap. 110. *Fuerit mihi* pretium *eguisse aliquando amicitiae tuae.* Fulvii tamen liber, *operae pretium fore.* Ego dictionem *operae* induxi, aliorum veterum librorum auctoritate adductus. A. Manut. — Curtius: *Quibus morari ordinem rerum haud* operae videbatur. VIII. 9. Apuleius de Deo Soc. pag. 46. *Non est* operae *diis superis ad haec descendere.* Liv. I. 24. *Non operae est referre.* et XXXIII. 20.

saepius, *operae pretium*. E contra Tacitus I. 57. omittit *operae*. Pretium *fuit Germanico convertere agmen*. II. 35. *Res eo anno prolatas haud referrem, ni* pretium foret. Noster supra Catil. XII. Operae pretium *est cum d. a. villas cognoveris in urbium modum exaed.* pro quo Isocrates ad Philip. 123. *Οἶμαι καὶ ἐφιστάσθαι τι ΠΡΟΥΡΓΟΥ*. Themist. Orat. XIII. pag. 293. *Πολὺ ἂν ΠΡΟ ἘΡΓΟΥ ἘΙΗ.* Aeschylus ubique fere per *ἄξιον* simpliciter. sed Prometh. vinct. vs. 640. *ἈΞΙΑΝ ΤΡΙΒΗΝ* ἔχει. Infra Venetae 1470. 1478. Mart. L. 2. 3. *Romanus dux*. Pemb. *dux Rom.* male. Reg. ex interprete habet. Virg.

*Tu regere imperio populos*, Romane, *memento.*

Hegesippus ipse IV. 16. *Ut id quando voluerit* Romanus. et sic forte legendum apud Florum I. 13. 6. *Pro sociis ac foederatis Populus Romanus intervenit.* at Iornandes de Regn. Success. pag. 23. omittit *populus*. quod non olet eius saeculi elegantiam. Wass. — *Dux* non est in ullo manuscripto, ac rectius abest. Rivius.

Bocchi pacem imminuere, ne moras agitando aliud quam bellum mallet. *Imminuere* pro *interrumpere* accepisse videtur. Sed pro *ne moras* Aldinus codex habet, *ne mox agitando*: quae lectio melior est, si *agitando* pro *cogitando* acceperis. Glarean. — *Ne mox agitando*. In vetustis quibusdam, *ne moras agitando*, quomodo et Florentinum et Beroaldinum, pro *differendo* ac *prolatando*. Citat eodem modo Riccius Lugiensis, quamvis secus Badianum. Rivius. — Nostri *moras*, recte. Wass.

Ne mores agitando aliud quam bellum mallet. Sic apud Iustin. lib. I. cap. 9. §. 19. *Persae properant*. Nimirum maximae partis hominum temporaria sunt ingenia, et cum fortuna mutant animum ac fidem. Rupert. — Coloniensis: *aliud bellum mallet*. Fallor? an iam nunc veram scripturam vides? namqui reponendum esse: *aliud bello mallet*. Horat. lib. I. Epist. 16.

*Neve putes alium sapiente bonoque beatum;*
*Edicto vetuit, ne quis se praeter Apellem*
*Pingeret, aut alius Lysippo duceret aere.*

Itaque *alius huic* est *alius ab hoc*, quomodo *idem* cum dandi casu passim quoque reperias, et fuit ex emendatoribus Sallustii, qui positum ita acciperet eo loco: *Quod sine iure despiciunt me, faciant idem maioribus suis; quibus uti mihi ex virtute nobilitas coepit:* et in eam rem paginam exemplis undequaque implet. Sed haec aliaque pauca condonanda sunt aetati, qua scripsit. Quidvis enim potius ei loco convenit, quam ea significatio. Ceterum me non piget credere, ita scripsisse Sallustium: *Quod neiure despiciunt me. Neiure*, id est, *non iure*, *iniuria*: ut *nerecte* Asinaria:

*Malo hercle iam magno tuo nunc isti nerecte dicis.*

Ita pleraque omnia componebant: *nefunera* Catullus:

*Funera Cecropiae nefunera portabantur.*

Ovid. ad eundem modum *nemunera*. *nepurus* item apud Festum. Sic facta omnia illa, *nefas*, *nefastus*, *nefandum*, *nefrendes*, *nemo*, *nequeo*, *ne-*
277 *quam*, *negotium*. et alia. et potest sane, ut cum *. multis casis legas, constare sensus, nisi mihi magis hoc probatur. Palmer. — *Aliud quam*

*bellum.* Sic Codd. *quam* abest Colon. unde Palmer. *aliud bello.* ita quidem eleganter Phaedrus in Prol. *Quod si accusator* alius Seiane *foret, si testis alius.* Horat.

*Neve putes* alium sapiente bonoque *beatum.*

et:

*Ne quis sese* alius Lysippo *pingeret aere.*

Plautus ex coniectura Gulielmii: *Qui quaerit* alia his, *malum videtur quaerere.* Vitruvius Praefat. ad lib. V. *eosque non plus quam tres in una conscriptione oportere esse putaverunt.* Codex Arondel. omittit *quam*, eleganter. Wasse.

## CAP. LXXXIV.

Non temere, neque uti saepe iam victo Iugurtha consueverat, omnibus locis pugnandi copiam facit. Prudenter! neque enim immerito apud Liv. lib. XXII. L. Paullus Cos. temeritate collegae sui Varronis, iactantis se, quo die hostem vidisset, profligaturum, permotus miratur, quomodo quis dux, priusquam aut suum aut hostium exercitum, locorum situm, naturam regionis nosset, iam nunc sciret, quae sibi agenda armato forent; et diem quoque praedicare posset, qua cum hoste, signis collatis, esset dimicaturus. Rupert. — *Copiam facit.* Valde verisimile est, scriptum Sallustio *facere.* Gruter.

Melius esse ratus cognitis Mauris etc. De Mario contra Cimbros scribit Polyaenus lib. VIII. *Diu moratus manus non contulit; sed milites iussit, ad vallum accedentes, intro tela coniicere, proculque consistentes, in hoste intuendo, assuefecit, ut eorum formam sustinere et vocem tolerare possent.* Adde Veget. lib. III. cap. 12. Gruterum ad Livii lib. VII. cap. 17. Rupert. — Abest *ratus* Pemb. Wasse.

Nam consulem factum, antea acceperat. In impressis quibusdam, *iam antea acceperat:* licet aliter manuscripta. Rivius.

Interim Roma per litteras certior fit, provinciam etc. acceperat. Quibus rebus supra bonum atque honestum perculsus. Minus superfluum fuisset, *Interim Roma per litteras certior, provinciam* etc. *acceperat, supra bonum* etc. Gruter.

Aut honestum. Ita MSS. nostri, non ut in vulgatis, *atque honestum.* Gruter. — sic Pemb. et γ. caeteri retinent *atque.* λ. habet *et.* Wasse.

Vir egregius in aliis artibus. In nonnullis est omissa praepositio *in.* sed praeterquam quod exemplaria manuscripta additam habent praepositionem, Cicero quoque sic est loqui solitus. ut cum inquit, *Laelius in laude bellica egregius.* pro, *excellens et praestans.* Rivius. — Gell. I. 3. *Pericles ille Atheniensis* egregius *vir* ingenio. V. 3. *Protagoram virum in* studiis doctrinarum egregium. X. 11. *Nigidius homo in omnium* bonarum artium disciplinis egregius. Liv. XXXVII. 7. *Virum sicut* ad caetera egregium, *ita comitate non aversum.* Sulpicius Sever. H. Sac. I. 2. Wasse.

NIMIS MOLLITER AEGRITUDINEM PATI. Omnis affectio nimia est modique nescia. In dolore exorbitamus, exorbitamus in gaudio. Gruterus in Livii lib. IV. cap. 40. Porro similia his reperies apud Pice. d. VIII. c. 6. pag. 100. 101. RUPERT. — *A quo Christiani* mollioris affectus *circa amissionem suorum, aut quod magis est, fidei parvioris, consolarentur spe*
278 *futurorum.* Pontius Diaconus * IV. 30. Caesar, *cui rei propter animi* mollitiem *studere omnes videret, quod diutius laborem ferre non posset.* de B. Gall. VII. 20. et III. 19. *animi est ista* mollities, *non virtus, inopiam paulisper ferre non posse.* item VII. 77. Terent. *Eiiciunda est hercle ista* mollitia etc. Cic. Offic. I. §. 21. *Sunt enim, qui in rebus contrariis parum sibi constent, voluptatem severissime contemnant,* in dolore sint molliores. D. Ambros. Offic. I. 37. *est etiam quae dicitur vacuitas animi ab angoribus, ut neque in doloribus* molliores simus *neque in prosperis elatiores.* WASSE.

IN SUPERBIAM VERTEBANT. Infra: *Ne modestiam in conscientiam duceret.* Tacit. Hist. II. *Ornatum ipsius municipia et coloniae in superbiam trahebant.* Infra: *omnia non bene consulta in virtutem trahebantur.* CIACCON. — Fabricianum *vortebant,* quod antiquitatem magis sapit, cuius cum primis studiosus est Crispus. RIVIUS. — Pemb. *vortere.* WASSE.

BONUM INGENIUM CONTUMELIA. Nam bono ingenio nati minus ferre queunt. Naumachius:

*Καὶ πινυτὸν δεδάηκ' ἐρεθίζεμεν ἀνέρα λώβῃ.*

Unde nescio quis apud Caecilium:

*Facile aerumnam ferre possum si inde abest iniuria,*
*Etiamque iniuriam nisi contra constat contumelia.*

COLER.

QUOD VICTORIA PARTA EX MANIBUS ERIPERETUR. Proverbium est ab ultima antiquitate:

*Ἄλλοι κάμον, ἄλλοι δ' ὤναντο.*

Diocletianus, cum Aurelianus, cum Tacitus, cum Probus, cum Carus imperium accepisset, Druidis dicto, eum Imperatorem fore, cum aprum occiderit, diffidens et querulus: *Ego,* aiebat, *semper apros occido, sed alter semper vescitur pulpamento.* Hoc vero etiam frequenter in literis contingit, ut, quae alius laborum et industriae monumenta statuerat, ignavus quispiam subducta in se transferat. Certe plagiorum nec modus nec finis est. RUPERT.

EX MANIBUS ERIPERETUR. Sic *bona, beneficia, vita,* Noster supra. legitur et *facinus ereptum alicui,* apud Sedulium II. §. 6. Edinburg. typis Andersonianis. quem librum mihi dono dedit Cl. R. Sibbalds, eques auratus:

Ereptumque *gemens* facinus sibi.

quo loco:

*Haud secus Herodes, Christo stimulatus ademto,*
*Sternere collisas parvorum strage catervas.*

Codex B. Pub. *Caelicolas.* Lege *lacteolas.* Catulli vox est, nec recentioribus ignota. Prudent. Enchirid. V.

*Fumant* lacteolo *parvorum sanguine cunae.* WASSE.

Magis honore Marii quam sua iniuria excruciatum. Sic quidem etiam Palatinus, Nazarianus aliique. at enim Commeliniano est *iniuria exercitum:* quod ipsum germanum magis auctoris, meo quidem iudicio. Gruter. — Magd. *exercitum.* Reg. *cruciatum.* Vulgatam contra Gruterum tuetur Apuleius Metam. IX. pag. 106. Colv. *Sic herili contumelia* me cruciatum, *tandem coelestis respexit providentia.* Ad hanc formam etiam Noster Iug. XVII. *omnibus* malis excruciatus. Cic. I. Fin. §. 50. *temeritas et libido et ignavia semper* animum excruciant. et II. 53. animi *conscientia* improbos excruciari. Plautus Mil. IV. 2.

*Quid illum* miseram animi excrucias?

Bacchid. III. 4.

*Mori me malim* excruciatum inopia.

Iustin. VI. 3. *Quos maior* sollicitudo cruciabat. Cic. Terentiae Epist. lib. XIV. 3. *Conficior enim moerore, mea Terentia: nec meae* miseriae *magis* excruciant *quam tuae vestraeque.* Tacitus An. II. 31. *Cingebatur interim milite, domus strepebant etiam in vestibulo, ut audiri, ut aspici possent: cum Libo, ipsis quas in novissimam voluptatem adhibuerat epulis* excruciatus, *vocare percussorem.* Heautont. III. 1.

*Verum cum videam miserum hunc tam* excruciarier
*Eius abitu.*

* vid. Phorm. I. 4. 10. Eunuch. V. 3. Andr. V. 3. 15. Lucret. V. 279 1425. Catullum, Plautum, Martialem VII. 45. VI. 71. Cic. dixit *lacerari dolore* IV. Acad. §. 23. — *Cognitum illum* Carrio. Wasse. — Vide ingenium odii. Non ambigit honorem suum perdere, dummodo simul videat perditum honorem inimici. Honorem vero? imo et vitam. Sic certe animatus fuit Atreus, cuius illud apud Senecam in Thyeste:

*Haec ipsa pollens incluti Pelopis domus*
*Ruat vel in me, dummodo in fratrem ruat.*

Voss. II. Inst. Orat. 234. Rupert.

Si adepta provincia. MSS. *si ademta provincia.* sic et sensus ipse postulat, et proclivis sane fuit lapsus, una omissa litera. Rivius.

## CAP. LXXXV.

Stultitiae. Ar. *stultitia.* Bodl. *stultum.* uterque male. Wasse.

Alienam rem suo periculo curare. Manuscripta, *periculo suo,* ut sequatur pronomen. Rivius. — et nostri. Wasse.

Habere tum magnam copiam. Sic in omnibus fere. Sed quid si legas, *habere eum* etc. sane facilis ac proclivis lapsus fuit, similitudine litterarum. Nihil tamen adhuc muto, sed coniecturam solum affero. Haec iam adnotaram, cum ecce allato et inspecto codice Florentino, *eum* ibi reperi. Rivius. — Mirum est, tam alte radices egisse scripturam falsam. nam etiam nostri omnes, *habere tum magnam* etc. aut *habere tam magnam.* Gruter. — *tum* Venetae, λ. γ. B. R. et in R. prius, *etiam tum.* Wasse.

Quamquam opibus suis confideret, tamen non debere incerta

PRO CERTIS MUTARE. Cauta consilia et securitatem, qua publicam, qua privatam spectantia, prudentissimi Politicorum magno studio ad clavum Reip. sedentibus commendant et ingerunt. Atque hoc est, quod Tacitus scribit XI. Annål. *potentiam cautis quam acrioribus consiliis tutius haberi:* item quod Hirtius in quadam epist. ad Ciceronem, quae extat l. 25. ad Atticum, deterrens Brutum et Cassium a callidis consiliis, audacibus ac periculosis molitionibus, negat, *eos acerrimis consiliis, plus quam etiam inertissimis, dummodo diligentibus, consecuturos.* In quam sententiam apud Liv. lib. XXXV. Athenienses Aetolis inclamant, *turbulenta consilia, sicut specie prima laeta sunt, ita tractatu dura, eventu autem tristia tandem evadere.* Id ipsum hic instillat Boccho Metellus, ut scilicet omni scientia enitatur ac diligentia, quo portum securitatis cavere possit, hoc est, extra periculum sit et ipse et regnum, adeoque res in tuto collocet. RUPERT.

OMNE BELLUM SUMI FACILE. In his cumprimis spirat vivitque prudens ille genius Sallustii. Ceterum huiusmodi callidos et praecipites olim Graecos fuisse, scribit Euripides versibus ab Hugone Grotio in Latinam linguam sic translatis:

*De Marte quoties itur in suffragia,*
*Nemo imminere cogitat mortem sibi,*
*Sed quisque cladem destinamus alteri:*
*Quod si in comitiis funera ante oculos forent,*
*Furiata bello non periisset Graecia.*

Idem de plerisque Impp. ac regibus testatur Polyb. lib. XI. Hist. pag. 624. editionis Casauboni Graeco-Latinae in fol. *Gloriam ac commoda, quae bene re gesta sint consecuturi, solummodo sibi assidue ob oculos ponere: clades vero neque unquam suis oculis subiicere, neque eam cogitationem mente*
280 *complecti, quomodo se gerere aliquis, aut quid facere in* * *adversis casibus debeat.* Haec ille. Quam eleganter hanc in mentem Sil. Ital. lib. VII.

*— non est (mihi credite) non est*
*Arduus in pugnas ferri labor: una reclusis*
*Omneis iam portis in campum effuderit hora:*
*Magnum illud solisque datum, quos mitis euntes*
*Iupiter aspexit, magnum est ex hoste revera.*

Vid. Picc. disp. 50. th. 17. 18. Verum cati ac sapientes aliter, qui magnitudinem bellorum prius considerant, et non solum, cum Caesare illo ad Rubiconem, cunctantur ac pensant, quanto terrarum orbem strepitu sint concussuri, quanto cum motu humani generis provincias collisuri, quantum de se sermonis posteris relicturi: sed etiam subsistunt, nec unquam cogitationes suas solantur animoso verbo, IACTAM ESSE ALEAM.

*Non expedit, concutere felicem statum:*

ait Seneca in Oedipo. RUPERT.

CETERUM AEGERRIME DESINERE. Quamvis in cunctis manuscriptis *acerrime* legatur, atque etiam in impressis quibusdam, velut Florentino, tamen vulgatam lectionem probandam magis esse puto. opponuntur enim *facile* et *aegre.* Cicero de Senectute: *conglutinatio recens aegre inveterata facile dissolvitur.* Idem alibi: *Inveterata vitia aegrius depelluntur.* pro

*difficilius.* Rivius. — Ita Pall. quint. sext. sept. nonus, non *acerrume*, quomodo hactenus vulgatum, quod invexit scriptura prisca *aecerrime*, quae adhuc visitur in Naz. Gruter. — Scripti, *aegerrime desinere.* quod magis probo. Putsch. — Mart. L. 3. Laud. et γ. in textu *acerrime*, supra *aegerrume.* Venet. 1470. *asperrime.* Wasse.

Non in eiusdem potestate initium eius et finem esse. Non semper verum, quod Tacitus scribit II. Histor. cap. 37. §. 3. *eos, qui pacem belli amore turbaverant, bellum deinceps nolle pacis caritate deponere.* Saepe enim fit, imo plerumque, ut, qui cupidissime in hunc Martium campum descenderint, bello fessi et afflicti, longe deinde avidius pacem expetant, quam prius bellum expetiverant, idque ut plurimum frustra irritisque votis, quemadmodum hic docet Noster. Rupert.

Non deponi nisi cum victores velint. In manuscriptis omnibus est, *deponi cum victores velint.* et haec lectio magis arridet. Rivius. — Ex Lesbonacte desumta videntur: *Δοκεῖ εἶναι εἰρήνη ἀγαθόν; αὕτη ἐπὶ τοῖς τοὺς πολεμίους νικῶσι γίγνεται, ὅπως ἂν βούλωνται καταθέσθαι.* Wasse.

Proinde sibi regnoque consuleret. In vetustis quibusdam, sed impressis, *sibique regnoque*; id historico magis convenire videtur. Rivius. — Infra *copia fieret: foret* Reg. a manu prima. Wasse.

Placide verba facit. Non videntur a Sallustio *verba facit*, sed librario inepto. Gruter.

Ille probare partim, alia abnuere. Editio prima: *illa probare, partim abnuere*; sine voce *alia:* qua etiam destituti MSS. aliquot, quorum meliores, *ille probare, partim abnuere.* aevo iuniores, *ille probare partim, partim abnuere.* Gruter. — Scribe: *probare, partim abnuere.* eiecto τῷ *alia.* Vid. Gronov. ad Liv. III. 73. *Alia p. partim ab.* γ. *prob. p. partim ab.* Cic. Divin. I. 93. *et quod ob eandem caussam multa inusitata*, partim *e Coelo*, alia *ex terra oriebantur, quaedam etiam* etc. *ab* omittit Ar. *utroque*, i. e. *ad utrumque locum*, ἑκατέρωσε, usi Livius, Plautus, alii. Wasse.

* Et ex Metelli voluntate bellum intactum trahi. Notandae 281
sunt artes malevolorum, qui operam dant, ut tempus procedat. Imo hic etiam character est proditorum. De iis enim scribit Tacitus: *quos armis pellere promtum erat, epistolis increpare.* et: *dies rerum verbis terere.* Rupert.

## CAP. LXXXVI.

At Marius, ut supra diximus. Tria illa verba, *ut supra diximus*, auferri possunt, sensu salvo. Gruter.

Cupientissima. Victor Caes. XXIX. *Iulius Valens* cupientissimo vulgo *imperium capit.* Wasse.

Tum vero multus atque ferox instare. More felicium, quippe quilibet rebus secandis utris inflatur modo, et quidem mero arrogantiae fumo, *cuius odore ita inebriatur, ut seipsum ignoret:* sicut pulcre loquitur Gruter. ad Livii lib. XXII. cap. 3. Rupert.

Ex victis illis quasi spolia cepisse. Quidam codices illud *quasi* habebant ante verbum *illis.* Aldinus codex prorsus omittit. Ego post *illis* ponendum puto: atque ita habebat vetustus codex. Glarean. — *Ex vitiis illorum*, aut, *ex mollitie illorum*, videtur legisse Plutarchus in Mario 410. *σκῦλόν τε βοῶντος αὐτοῦ τὴν ὑπατίαν φέρεσθαι τῆς τῶν εὐγενῶν καὶ πλουσίων μαλακίας.* Ciaccon. — Venetae, L. 1. 3. *quasi spolia* ceteri fere omittunt, uti Grut. et Carrio. recte. quidam Codd. *quasi illis.* Aldin. omittit *quasi.* sed post *illis* ponendum putat Glareanus, ut habet Vet. Codex. Codicum lectionem tueor auctoritate Plutarchi supra laudati. Liv. XXVIII. 40. *ex P. adversa fortuna spolia* petisse. sic *trophaeum de aliquo statuere.* Aristoph. Plut.

*Θάῤῥει· μόνος γὰρ οὗτος (οἶδ') ὁ θεὸς ὅτι*
*Τροπαῖον ἀναστήσαιτο τῶν ταύτης τρόπων.*

Sophocles Trachin. 1118.

*Οὐδεὶς τρόπαι' ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν.*

Accio interprete:

*Nec quisquam e nostris* spolia cepit *laudibus.*

Noster IV. 5. *Nicomedem Bithynia expuli, Asiamque,* spolium *regis Antiochi, recepi.* Noster I. 6. *Agendum atque obviam eundum est, Quirites, ne* spolia vestra *penes illum sint.* Fr. III. 7. *regna, provincias occupavere, et arcem habent* ex spoliis vestris. Quo pertinet illud Ciceronis Verrin. III. 5. *L. Sulla* etc. *tantum animi habuit ad audaciam, ut dicere in concione non dubitaret, bona civium Rom. cum venderet, se* praedam suam *vendere.* confer eundem in Orat. contra Rullum. Idem pro Quint. *pro spoliis* §. 31. *Ne ornamentis eius omnibus S. Naevius* pro spoliis *abutatur.* Seneca Troad. 305.

*Solusne toties* spolia de nobis feres? Wasse.

Magnifica. Alludit Liv. IX. 41. *tantum exercitum fecerant, ut relicto post se in Etruria Decio, ad oppugnandam inde Romam ituros,* magnifice de se ac contemtim de Romanis *loquentes,* iactarent. Infra: *pro se et.* Pemb. solus *ac.* Dictys IV. 4. *Multa praeterea quae accensura vulgum et* pro se factura *essent, disserere.* Ita facit se Marius istius
282 factionis trophaeum, ut loquitur * Virgilius Aen. X. 775. Plut. Lucul. 317. *Ἐπῆρε Κράσσον ἐπὶ Ἀσίαν, ὩΣ ΛΑΦΥΡΑ ΚΑΙ ΛΕΙΑΝ τοὺς βαρβάρους, ἄλλο δ' οὐδὲν ὄντας.* Wasse.

Plerosque militia. Naz. atque aliquot alii a manu prima *militiae,* Comm. tantummodo habet *plerosque militia, fama cognitos,* sine illo *paucos,* eiusque loco positum a scriba recente *aut.* Gruter. — Amplector Naz. et Fulv. licet e nostris nullus pro hac lectione stet. Carrio *militia.* in Pemb. a secunda manu factum *militia.* Wasse. — *Militiae.* Sic antiquus Fulvii liber, in vulgatis *militia.* Sed antiquus loquendi modus *domi militiaeque* adduxit me, addita praesertim veteris libri auctoritate, ut locum mutarem. A. Manut.

Quamquam advorsus. Palm. *avorsus*, ut alibi. Coler.

De ullo negotio negare audebat. Scripti, *abnuere audebat.* Putsch.

Abnuere audebat. Est in manuscriptis quibusdam, *negare aude-*

*bat*. sed irrepsit ex glossa, ni fallor. RIVIUS. — Non admodum requiras istud *audebat*, si absit. GRUTER. — Carrio, R. B. *γ. negare*. WASSE.

LAETUS DECREVERAT: QUIA NEQUE PLEBI MILITIA VOLENTI PUTABATUR. Quod alicubi monet Cicero: *Si recta quispiam portum nequeat tenere, id ipsum mutata velificatione assequi debere:* diligenter observandum est Politico. Errat, qui in Rep. rusticam simplicitatem adhibendam putat, ac sic agendo plerumque nihil proficit. Opus est nonnunquam *mixta* illa *prudentia*, cui guttulae aliquae fraudis adspersae; quomodo matres aut medici quoque tenerae aetati fucum saepe faciunt. Polybius vocat *πολιτικὴν συνυπόφρισιν*, quoniam aliud simulatur, aliud agitur; de qua plura cognitu digna adfert Casaub. Praefat. illa plus quam aurea ad Henricum IV. Gall. R. in modo laudatum Polybium. Vid. Freinsh. in Curt. lib. VI. cap. 2. §. 21. Bern. in Germ. Tac. Q. Misc. 46. m. Clapmar. lib. IV. cap. 13. Grut. ad Liv. lib. I. cap. 17. Rittersh. VI. Sacr. Lect. cap. 4. Plutarchus *κάμπην καὶ περιαγωγήν*, translatione desumta a re militari, quando scilicet agmen flectitur et circumagitur, (id quod fit, cum non recta a fronte, sed vel a lateribus, vel a tergo, quispiam aggressurus est hostem) vel certe ab re equestri, quum scilicet huc illuc, fraenis leniter motis, flectendus est equus. Et huiusmodi arte sive flexu (ut ad exempla Sallustiano gemina devolvar) usus est T. Quinctius Flaminius Imp. in Graecia Romanus, cum, sociis censentibus perseverandum in bello adversus Lacedaemonios, ipse adversus tendendo nihil ipsos moveret, simulando se transire in eorum sententiam, omnes in assensum consilii sui traduxit: *Bene vertat*, inquiens, *obsideamus Lacedaemonem, quando ita placet. Ceterum, quum res tam lenta, quam ipsi scitis, oppugnatio urbium sit, et obsidentibus prius saepe quam obsessis taedium adferat, iam nunc hoc ita proponere vos animis oportet, hybernandum circa Lacedaemonis moenia esse; quae mora si laborem tantum ac periculum haberet, ut et animis et corporibus ad sustinenda ea parati essetis, hortarer vos; nunc impensa quoque magna eget in opera, machinationes, tormenta quibus tanta urbs oppugnanda est, in commeatus nobis vobisque in hiemem expediendos. Itaque, ne aut repente trepidetis, aut rem inchoatam turpiter destituatis, scribendum ante vestris civitatibus censeo, explorandumque, quid quaeque animi, quid virium habeat.* Haec oratio, ut scribit Liv. lib. XXXIV., primum *animos omnium ad respicienda domestica mala convertit: segnitiam, invidiam et obtrectationem domi manentium adversus militantes, libertatem difficilem ad consensum, inopiam publicam, malignitatem conferendi ex privato. Versis itaque subito voluntatibus, facere, quod e re publica P. R. sociorumque esse crederet, Imperatori permiserunt.* Simili flexu plebeium impetum contudit Demades, orator Atheniensis, qui, quum in potestate reditus civitatis haberet, ac populus, classis adversus Alexandrum emittendae cupidus, ab eo sibi pecuniam in classem attribui postularet, idque ipse perniciosum vel saltem magnae calamitati Atheniensibus fore auguraretur, si tam potentem adversarium lacessissent ac saevum illum* leonem in sese irritassent, *Pe-* 283
*cuniae*, inquit, *non desunt; at eas ego vobis in proximos Choas distribuere*

*cogitabam.* Atque ita perfecit, ut plebs illa ieiuna ac famelica, inhians atque imminens largitionibus publicis, mallet eam pecuniam sibi distribui, quam in classem impendi: ut refert Plutarchus in lib. de Rep. gerenda. ubi notandum obiter, *Choas* esse *festum, mense Novembri Athenis celebrari solitum.* Diebus autem festis eiusmodi largitiones in plebem fieri solitas, alibi idem docuit. Saguntinus interpres ita reddidit: *Sunt nobis, viri Athenienses, paratae pecuniae, quas equidem in congiis deposueram, quo singuli dimidium minae acciperetis.* Videtur igitur legisse, εἰς τοὺς χοᾶς. χοεὺς enim significat *congium*, quae erat liquidorum mensura, tres cantharos nostros capiens. Verum longe aberrat a mente auctoris, ut in aliis. Porro, qui hac iret via obliqua, quum non liceret recta, etiam fuit Phocion, dux ille celeberrimus eorundem Atheniensium, quibus bellum in Boeotos molientibus primum repugnavit, monentibusque amicis, occisuros ipsum Athenienses, si eos pergeret offendere: *Iniuria,* inquit, *si quod e rep. est, faciam: sin secus, iure.* Ubi eos videt nihilo remissiores, sed obstrepentes sibi, pronunciare iussit praeconem: *Ut Athenienses omnes, qui a pubertate intra sexaginta annos essent, cum quinque dierum cibariis confestim se a concione sequerentur.* Ibi magno tumultu coorto, vociferantibusque et exilientibus natu grandioribus, *Quid hoc rei est?* inquit, *Ego Dux annos natus LXXX vobiscum ero.* Ea oratione repressit et reflexit illos in praesentia, ut refert Polyaen. III. Stratag. Denique huc pertinet artificium, Eduardo Angliae Regi usurpatum tunc, quum Ludovico XI. Regi Galliarum bellum inferre a suis Anglis compelleretur. *Ut populo satisfaceret,* (inquit Cominaeus IV. Comm. XI.) *alia quadam arte ac vaframento usus est: Londino secum et aliis urbibus ad duodecim cives adduxerat, homines locupletes, obesos et vitae molliori adsuetos, qui et accepti erant multitudini et profectionem in Galliam valde suaserant. Eos, quanquam satis commode habebantur in tabernaculis, tamen, quod ei vitae generi non assuevissent, statim taeduit. Putaverant enim, fore, ut traiecto mari, intra paucissimos dies cum hoste dimicaretur. Interposita autem longiori mora, quum et bellum duceretur et de pace mitterentur legati, Eduardus fastidium illis etiam auxit, ut eo vehementius pacem urgerent, ac se, cum rediisset domum, purgarent, si forte praeproperum ipsius reditum populus indigne ferret.* Puto iam intelligi sophisma politicum, quod hic tangit Sallustius. Quum leonina pellis non pertingeret, Senatus vulpinam assuit, h. e. quum ducem Marium vera et directa ratione, propter plebis in eum studia, amoliri non posset, flexu quodam usus, supplementum ei laetus decernit, ut eo modo tracti ad militiam plebeii, sed laborum impatientes, facilius eundem fastidirent. Rupert. — *Quia neque plebe militiam volente.* Vide ut mire utitur coniunctione *neque.* nam *neque volente* pro *nolente* accipitur et verbum *putabatur* manet affirmativum. Statim post: *Sese quisque praeda locupletem fore, victorem domum rediturum.* Vetustus codex habebat *et* post *fore,* quod placet: ne quis verbum *fore* cum participio *rediturum* connectat. Vide etiam, num *aliaque* cum coniunctione legendum, quod necesse non existimamus. Glarean. — Hunc loquendi modum a Graecis tractum annotavit Priscianus III. 69. adducto Demosthenis loco et hoc Sallustii.

Demosthenes: *ἃ βουλομένοις ἦ τούτοις ἀκούειν.* Sallustius Iugurth. bello: *Neque plebi militiam* volenti *putabatur.* Similis locus cap. 100. *Non tum diffidentia futurum* (sic enim lego) *quod imperavisset, quam uti militibus exaequatus cum imperatore labor* volentibus *esset.* Tacitus libro I. *Ut quibusque bellum invitis aut* cupientibus *erat, spe, dolore, accipitur.* et XV. *Haec atque talia* plebi volenti *fuere.* et in vita Agricolae: *Eoque initio erecta provincia, et quibus bellum volentibus erat.* Et Macrobius lib. II. Saturn. cap. 9. *Si vobis* volentibus *erit.* In quibus omnibus cum verbum *est* reperiatur, videndum an apud Sall. hoc loco * legi debeat, 284 *etiam laetus decreverat, ac quia neque plebi* militia volenti *erat, putabatur Marius aut belli usum aut studia vulgi amissurus.* Ciaccon. et Ursin. — Est Graecismus. Vulgo, *neque plebe militiam volente*, id est, nolente et recusante militiam plebe. vel exponamus: *neque*, id est *nec etiam*; ac si dixisset: non solum nobilitate; sed etiam plebe recusante militiam. Carrio. — Emendat Palmerius: *Quod neque plebei militia volenti putabatur, et Marius aut belli usum aut studia vulgi amissurus.* cum qua lectione Priscianus facit, contendens eam cum istis: *ἃν βουλομένοις ἦ τούτοις ἀκούειν.* Sed ad hunc locum operae pretium consulere etiam Ciacconii notas. Colber. — *Quia neque plebi militiam volenti.* Sic fere omnes MSS. pauci a manu recenti *plebe volente.* Com. interpolatus est habetque, *quia plebi militiam* nolenti *putabatur Marius.* Carrio edidit, *quia neque plebi militia* volenti. Gruter. — L. 3. omittit *quia.* Reg. *plebe militiam volente.* et sic Venetae. sed 1. manus *volante.* 2. *militia volente.* Martin. *plebe volente militiam*, uti Bodl. Ball. Laud. *plebei militiam volenti.* λ. ex correctione, *plebi militiam nolenti.* γ. *plebe militiam volenti.* sic etiam Pemb. sed *militiam* a 2. manu visitur. primam vero lectionem oculis assequi non possum. pro *putabatur* Av. *parabatur.* Tacit. Agric. cap. 18. *Eoque initio erecta provincia, et quibus* bellum volentibus erat. III. Hist. *Muciano* volenti *rescripsere.* Priscian. 1169. *plebei.* Codex MS. *plebi.* Apuleius VII. pag. 121. Colv. *Denique nisi* vobis *madeo* volentibus *etc.* Herodotus VIII. 14. *ὥς σφι ἀσμένοισιν ἡμέρη ἐπέλαμψε.* Isaeus Orat. II. pag. 376. *Καίτοι ὅπου κοινὴν αὐτὴν ὡμολογήκασιν εἶναι τοῦ βουλομένου τὴν γυναῖκα, πῶς ἂν* etc. Orat. pag. 487. *ὕστερον δ᾽ οὐκ ἀναγκαζόμενοι, ἀλλ᾽ ἑκόντες ἴδομεν.* Thucyd. V. 18. *ἣν δὲ Ἀθηναῖοι πείθωσι τὰς πόλεις, ΒΟΥΛΟΜΕΝΑΣ ταύτας ἐξέστω ξυμμάχους ποιεῖσθαι αὐτοὺς Ἀθηναίους.* Sulpicius Hist. Sacr. I. 25. *daret* volentibus *discedendi potestatem.* hoc est, *volent abire.* Idem Hist. Sac. II. 42. *Hunc quoque inter* volentes *misere.* sic lego, non *miscere.* Graeca locutio, ita fere apud Dionys. III. 30. concepta: *παρ᾽ ἑκόντων δὲ μᾶλλον ἢ παρ᾽ ἀκόντων τυχεῖν αὐτῆς βούλομαι.* Latine *ab* vel *a* primo; nunc ubique abest praepos. at IV. 4. forma plane Sallustiana: *Ἔσται δὲ οὐκ ἄκουσι Ῥωμαίοις, ἀλλὰ βουλομένοις.* Plutarchus Caes. pag. 710. *πάντων γὰρ ἑκόντι τῷ δήμῳ περιέσεσθαι καὶ πρωτεύσειν.* Apuleius Met. X. 235. *Tunc* animo volenti *Phrygius iuvenis.* id quod infra 252. *At ego, quamquam cupiente voluntate praeditus.* Dictys II. 7. Cunctis volentibus *Boeotiam revertuntur.* Aen. VII.

> *Consilio hunc omnes* animisque volentibus *urbem*
> *Afferimus.*

Tacitus An. I. 59. *ut quibusque* bellum invitis *vel* cupientibus erat, *spe vel dolore accipitur.* unde *militiam* hoc loco retinendum. WASSE. — Vidend. P. Leopardus lib. IV. Emend. cap. 23. Latet nonnihil mendi. Vid. Carrio Antiq. Lect. III. 20. BROUKH.

SED EA RES FRUSTRA SPERATA. Nam, verbo Petronii, *supra nos fortuna negotium curat.* Vide notam ad Orat. II. de Rep. Ord. §. 1. RUPERT.

ANIMIS. Pemb. *animos*, sed a manu recenti. Bodl. *animus.* supra illud *plerosque* a manu itidem sec. et in margine tantum exhibet Pemb. WASSE.

ET EOS NON PAULLUM ORATIONE SUA MARIUS ADREXERAT. Quamvis in quibusdam *erexerat*, tamen haec lectio magis arridet, quam et manuscripti codices et exemplar Aldinum habet. Utitur autem Sallustius
285 alias quoque hoc * verbo, velut inferius: *Huiuscemodi oratione habita Marius postquam plebis animos* arrectos *videt.* quo in loco tamen in vetustis est *erectos.* verum perperam, ut opinor; tametsi Cicero quidem altero magis utitur; velut: *Oratio consulum animum meum* erexit *spemque attulit dignitatis recuperandae.* Idem: *In civitatem ad spem libertatis erexit.* RIVIUS.

CONCIONEM POPULI ADVOCAVIT, DEINDE HOC MODO DISSERUIT. Dixissem potius: *Concione populi advocata, hoc modo disseruit.* GRUTER.

## CAP. LXXXVII.

SCIO EGO, QUIRITES, PLEROSQUE NON IISDEM ARTIBUS IMPERIUM A VOBIS PETERE. Ita est: honores petituri, quidvis et ipsi de se pollicentur tantum; nacti quod volebant, videas agere personam Agamemnonis: cui obiicit suus frater, (Euripidis Iphig. in Aul. vs. 337.) quum praefici Graecis cuperet, omnem dexteram prehensasse ac cuilibet popularium fores apertas habuisse; imperio potitum, mores mutasse, difficilemque extitisse aditu et rarum intra claustra. Idem sonat Plautus in Captiv. Act. II. Sc. 1.

> *Nam fere maxima pars, morem hunc homines habent: quod si volunt,*
> *Dum id impetrant, boni sunt: sed id ubi iam penes sese habent;*
> *Ex bonis pessimi et fraudulentissimi*
> *Sunt.*

Tacit. lib. XII. Annal. cap. 30. *Suone an servitii ingenio, dum adipiscuntur dominationes, multa caritate sunt; et maiore odio, postquam adepti.* et lib. XV. cap. 21. *Initia magistratuum fere meliora sunt, sed finis inclinat.* Eleganter etiam hac de re disserit Brunner. lib. VII. Virt. et Fort. Boior. ibi: *Inter omnia humana decora, difficillima virtutum censura est, quarum sedes in animo, eoque ab oculis remota; et argumenta, quae foras prodeunt, non semper sincera sunt; quia improbitas, pessimo artificio,*

*virtutis vultum pridem, sub persona, simulavit, et quanquam veri colorem nullum habet, habet tamen fucum, quo expolitur, etiam quum mendacia operae nullum aliud pretium est, quam plausus vulgi et benignior famae susurrus. Enimvero cum purpura perstrinxit oculos, cum sceptra et coronae in medio ponuntur, tanto enixius laborant etiam pessimi homines, ut spolium faciant cupiditatis suae, quod praemium esse debebat virtutis. Hinc illa decantata candidatorum studia in honorario campo effervescentia, et motae suffragiorum corruptelae frustra tot legibus impugnatae; et cum summa comitiorum infamia congestae in indignos dignitates et fortium virorum repulsae.* Adde Grut. Discursu in Taciti I. Hist. 31. ad illa verba: *Ambigua de Vespasiano fama: solusque omnium ante se principum in melius mutatus est.* RUPERT. — Exprimit fere Ciceronem initio Agrar. II. BROUKH. — Consulatus et praetura proprie dicuntur *imperia*, sicuti aperte hoc loco Sallustius ostendit; nam paulo post dicit: *Nam quanto pluris est universa Respublica, quam consulatus aut praetura:* totum hoc referens ad id quod praedixerat. SOLDUS.

DEINDE PER IGNAVIAM. In Veneto quodam *dein*, sed in manuscripto *dehinc*, quod et ipsum aliquoties apud Tullium reperitur. RIVIUS. — Grut. R. L. 2. *dehinc.* WASSE.

CONTRA VIDETUR. MSS. paene omnes addita voce *contra ea videtur*, neque secus edd. vett. GRUTER. — Ita quidem L. 2. Venetae et Mart. γ. Ball. * Bodl. Pemb. Laud. omittit *universa.* Auctor Ciceronem 286
sequitur pro Muren. VIII. *Nam cum praemia mihi tanta pro hac industria sint data, quanta antea nemini; labores per quos ea ceperis, cum adeptus sis deponere, esset hominis et astuti et ingrati.* Illum Livius VII. 33. *Dictis haud minus libertatis alienae quam suae dignitatis memor: et quo nihil popularius est, quibus* artibus petierat magistratus, iisdem gerebat. Cato omnibus praeivit Fragm. LIX. *Nam periniurium est, quom mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur; ubi datus est, tum velle uti eos mutem atque alii modi siem.* Cassiodor. Var. II. 1. *Ita superatis excelsibus ante dare visus est* de moribus Consulatum, WASSE.

NAM QUO UNIVERSA RESPUBLICA PLURIS EST QUAM CONSULATUS. Meus liber: *Nam quo pluris est universa respubl. quam Consulatus.* et forte vox *nam* abundat. CIACCON.

NEQUE ME FALLIT, QUANTUM CUM MAXIMO BENEFICIO VESTRO NEGOTII SUSTINEAM. Nota: *Imperium onus, non solum munus est.* Idem Noster in Fragmentis: *Multa cura summo imperio inest, multi labores.* Quare M. Antoninus Philosophus, *ubi comperit, se ab Adriano adoptatum, magis est deterritus, quam laetatus; iussusque in Adriani privatam domum migrare, invitus e maternis hortis recessit. Quumque ab eo domestici quaererent, cur tristis in adoptionem regiam transiret, disputavit, quae mala in se contineret Imperium:* ut scribit Iul. Capitolinus in eius vita. Adde Gruter. in Taciti I. Hist. 49. ad verba: *Galba, omnium consensu capax imperii, nisi imperasset.* Discursu V. §. 1. item notis ad Livii lib. VII. cap. 33. RUPERT. — Infra: *Sed in maximo vestro beneficio.* Vide an sic quoque sit legendum, non *cum.* CIACC. et URSIN. — *Cum*

*maxime*, i. e. *in praesentia.* Graevius in Ciceron. III. ad Atticum 20. pag. 329. a. Broukhus.

Occursantis. *Optimae* Glossae ἐναντιοῦμαι, recte. Thucyd. I. ἐναντιοῦμαί σοι ἐς τοῦτο. Ennius Sat. III.

*Restitant, occurrunt, obstringillant, obagitant.*

Lucret. V. 716.

*Corpus enim licet esse aliud, quod fertur, et una*
*Labitur omnimodis occursans officiensque.*

Apuleius de Philos. 272. *Non solum iustis desideriis exardescunt; sed his aeque* obviae *atque* occursantes. *Occursat* ergo is, qui cunctis alicuius conatibus it obvius, ut loquitur Paullinus Aquitanus pag. 804. apposite vis Plautina Trin. I. 1.

*Nimioque hic plures paucorum gratiam*
*Faciunt pars hominum, quam id quod prosit pluribus.*
*Ita vincunt illud conducibile gratiae,*
*Quae in rebus multis obstant, odiosaeque sunt,*
*Remoramque faciunt rei privatae et publicae.*

Seneca Tranq. III. *sed quia in hac tam insana hominum ambitione, tot calumniatoribus in deterius recta torquentibus, parum tuta simplicitas, et plus futurum semper est quod* obstat, *quam quod succedat.* Gellius III. 8. *Hostes profecto ubi id viderint, fortissimus quisque et promtissimus* ad occursandum pugnandumque *in eos praeverterentur.* ad inanima transtulit Plinius V. 9. XXXIII. 4. Adi L. Marcell. *ff. de don. inter vir. et uxor.* et L. 46. *D. de fideiussoribus.* Propert. I. 20. Lactant. Institut. I. 3. Hoc sensu voce *recontrans* usus in lib. ad Nat. II. 8. Tertullianus: *gens rixosa, suis regibus* recontrans, *in extraneis deiecta. pedem opponere* Ovidius et Petronius. De Aeschine Demosthenes de Coron. pag. 331. *Οὐ δ' ἐγὼ μὲν ἀθῷος* etc. *τῇ πόλει δ' ἢ πλέον ἢ ἔλαττον ἀνάγκη τῶν γε*
287 *δημοσίᾳ * πεπραγμένων μετεῖναι τῆς δόξης, ἐνταῦθα ἈΠΗΝΤΗΚΑΣ.* Wasse.

Ad hoc alii si deliquere — omnia haec praesidio adsunt. In eandem sententiam Cic. de lege Agraria: *Quemadmodum cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt; sic si quid deliquero, nullae sunt imagines, quae me a vobis deprecentur.* Ciaccon. — Sic et manuscriptum. In Veneto autem quod excudit Pincius, Pomponius castigavit, *omnia praesidio adsunt* legitur, pronomine omisso. eodem modo quibusdam in aliis, velut eo quod Argentorati est a Schurrerio impressum; verum perperam: nam et Donatus priorem lectionem agnoscit in Terentii Phormione, cuius subiicere verba lubet: nam super eo loco in actus primi scena II. *Qui fuerit pater, quae mater, qui cognata tibi sit, omnia haec confingam.* *Omnia haec*, inquit, *non ex abundanti posuit, sed oratorie, quasi tam multa: et est* ἀρχαϊσμός. *nam post enumerationem veteres* haec *dicebant. Sallustius in Iugurth.* Haec *omnia praesidio adsunt.* Rivius. — Idem de se ait Cicero de Lege agraria II. *Quemadmodum, cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt: sic, si quid deliquero, nullae sunt imagines, quae me a vobis deprecentur.* Ruperti.

Maiorum fortia facta. In manuscriptis, *maiorum facta fortia*. atque ita forsan rectius. ne sit in oratione soluta hemistichium hexametri vel totus paene hexameter. id quod vitiosum esse volunt. quamvis id non semper observant auctores. nam et Sall. infra: *Iamque dies consumtus erat*, inquit. quod et ipsum est hemistichium heroici. Sic et Livius initio statim historiae: *Facturusne operae pretium*. id quod Fabius observavit. Rivius.

Omnia haec. Reg. Ar. L. 1. 2. 3. omittunt *haec*, uti et Soldi editio; retinent caeteri et Donatus Phorm. I. 2. sed ille ordinem immutat habetque *haec omnia*. Menander:

*— Οἷς ἂν τῇ φύσει*
*Ἀγαθὸν ὑπάρχῃ μηδὲν οἰκεῖον προσὸν,*
*Ἐκεῖσε καταφεύγουσιν, εἰς τὰ μνήματα*
*Καὶ τὸ γένος, ἀριθμοῦσίν τε τοὺς πάππους ὅσοι.*

Hegesip. I. 40. *Qui figuras maiorum vitiis suis obtentui ducunt*. Wasse.

Mihi spes omnes in memet sitae sunt. Legendum existimo: *Mihi spes atque opes omnes in memet sitae*. In extremo hoc libro: *Ea tempestate* spes *atque* opes *civitatis in illo sitae*, et infra: *Et* spes opesque *eius* omnes *ex patre suo penderent*. Supra tamen: *Quippe cuius* spes omnis *in fuga* sita *erat*. Ciaccon.

Quas necesse est virtute et innocentia tutari. In manuscriptis aliisque vetustioribus, *et virtute et innocentia*, geminata copula. Rivius.

Et illud intelligo. Michaelem Piccartum suadeo consulas dec. XV. cap. 8. ubi docet, *nimiam de aliquo existimationem noxiam esse, et proinde non expetendam*. Rupert.

Quippe beneficia mea rempublicam procedunt. In manuscripto est aliisque vetustioribus, *benefacta mea reipubl. praecedunt*. quomodo et Venetum habet, cuius modo facta a nobis mentio est, et Florentinum; ut intelligas Marium ante collatum in se honorem gratuito benefecisse, eaque re aequos bonosque omneis favere. Rivius. — Sic L. 3. Venetae. Wasse. — Si haec verba prorsus abessent, sensus huiusce periodi clarior esset. Cur autem Aldinus codex *Reipubl.* dandi casum in accusandi * *Rempubl.* mutaverit, non equidem intelligo. Et verbum *procedunt* 288
Soldus *utilia sunt* exponit. alii *procedunt* exponunt *prospere cedunt*; ut Terentius in Andria:

*Nisi id putas, quia primo processit parum,*
*Non posse iam ad salutem converti hoc malum.*

Itaque post *procedunt* distinguendum ac inferendum: *Nobilitatem locum invadendi quaerere*. Et mox: *ut neque vos capiamini*. rursus verbum *neque* usurpat suo more, non cum socio, non ut sequentia neget. *Et illi*, inquit, *frustrati sint*. ubi Aldinus codex *frustra* legit pro *frustrati*. Glarean. — *Benefacta procedunt*. Sic Catilin. *Neque insidiae, quas Consuli fecerat*, prospere cessere. seu ut ego lego, *processere*. Ciaccon. — *mea benefacta R. pr.* Nihil prorsus mutandum; nam et sic quoque MSS. Pall. nisi quod unus et alter, *praecedunt*. et Commel. *Rempubl. proce-*

*dunt.* Gruter. — L. 8. Venetae *praecedunt.* Caeteri *procedunt.* voces *mea* et *Reipubl.* ex correct. sec. manus Pemb. Livius XXXVIII. 51. *Si ab annis* XVII *ad senectutem semper vos aetatem meam honoribus vestris* anteistis, *ego vestros honores* rebus gerendis praecessi. Noster: *qui antea per virtutem soliti erant* nobilitatem antevenire. Marii arrogantiam perstringunt Propertius et Plutarchus; hic II. 1.

*Non ego Titanas canerem, non Ossan Olympo*
*Impositum, ut Coelo Pelion esset iter,*
*Regnave prima Remi, aut animos Carthaginis altae,*
*Cimbrorumque minas, et benefacta Mari.*

Ille vero in eius vita pag. 410. *Οὐ μὴν ταῦτά γε μάλιστα διέβαλλε τὸν Μάριον, ἀλλ' οἱ λόγοι θρασεῖς ὄντες ὑπεροψίᾳ καὶ ὕβρει τοὺς πρώτους ἐλύπουν.* Wasse.

Ut neque vos capiamini. Legendum, *uti.* Rivius.

Mihi, qui omnem aetatem in bonis artibus egi, benefacere iam ex consuetudine in naturam vertit. Satis gloriose de se Marius. Sed enim, qui exitum eius intuebitur, accusabit hominem aut levitatis aut inscitiae. Cautior illo meliorque Mauritii socer Tiberius apud Theophylactum lib. II. cap. 1. *Imperium sibi insidentem altius effert, adversus rationem ferociens et insolescens.* Exemplum alibi dedimus in Aenea Sylvio, qui privatus adhuc acerrime thesin hanc tuebatur, *Esse fidei Catholicae, credere, Concilium esse supra Papam:* is ipse factus Pontifex ac dictus Pius II. verso stylo omnes a Papa ad Concilium appellationes, vanas, execrabiles, haereticas denique pronunciat. Atque *hic improbat Pius, quod Sylvius probaverat:* Sylvius piam, Pius sylvestrem sententiam amplectitur. Breviter: Convertit hominem appendix imperii triplex, *Licentia, Copia, Adulatio.* Adde Bern. in Germ. Taciti quaest. LXXXI. pag. 1. Rupert. — *Vertitur.* Manuscripta duo *vertit.* pro quo in impressis quibusdam est *convertitur.* id ex glossa forsan irrepsit. Ponitur autem et hic et similibus in locis absolute hoc verbum, summa cum elegantia et venustate. Q. Curtius VII. *Posteaquam desiverat esse quem odissent, invidia in misericordiam vertitur.* Quid si legas *vertit?* ut
289 absolute ponatur. Rivius. — Arnobius * pag. 58. *Fiet enim familiaris e more,* consuetudo in naturam versa. Wasse.

Bellum me gerere cum Iugurtha iussistis: quam rem nobilitas aegerrume tulit. Optimi scripti, qui *Bellum me gerere Iugurthae iussistis* habent. Bella Romani a victis partibus appellabant. Bellum Crassi, Pompeii, Antonii, ea quibus hi victi sunt; nec aliter unquam: si dubium ita esset, adiiciebant, ut, bellum Antonii Parthicum, quippe quod male cessit Antonio. Iam ergo, ominis causa, Iugurthae bellum vocat Marius; quare nihil anxius cavebant Romani, tum maxime cum ad bellum profecturus erat sive consul sive pro consule. Palmer. — Palmeriani, *gerere Iugurthae.* at cum editis sunt nostri. Infra: *cum animis.* Ita Codd. sed Q. Septimius praepositionem semper, opinor, omittit. Illum adeas I. 23. II. 22. 23. 24. 25. Wasse.

Num id mutari melius sit, si quem. Maluissem *num melius sit, si quem,* omissis *id mutari.* Gruter.

Eoqueм ex illo globo nobilitatis. In manuscriptis omnibus est, ni quem ex illo etc. Idque rectius, ni fallor, nec secus Florentinum. Rivius.

Hominem veteris prosapiae. Nonius: prosapies, inquit, generis claritudo. Cato Originibus: veteres prosapius. ubi leg. videtur, veteris prosapies. Cum autem constet Sall. plurima ex Originibus Catonis sumsisse, considerandum an ille hic scripserit veteris prosapie; ut acie dixit pro aciei, et die pro diei. Ciaccon. — Quinctil. lib. I. cap. 6. et lib. VIII. cap. 3. hanc vocem [prosap.] ut nimis antiquam et insulsam damnat. Quod quidem iudicium non insulsum audet dicere Vossius; dicit tamen salsius, quam palatum ac stomachus ferre possint. Nam antiquarius ut sit Sallustius, inquit, qui usus hic ea voce: non tamen puto, insulse eum scribere, aliquis dixerit. uti nec elegantissimum scriptorem Minucium Felicem, qui in Octavio eam usurpat. Tullius tamen, fateor, non sic loqueretur, praeterquam in re prisca, ut deorum vel heroum ortu, ac ne sic quidem, nisi προεπιπλήττων. ut cum ait in Timaeo, Iovem, Iunonem, reliquos, et eorum, ut utamur veteri verbo, prosapiam. vid. illum lib. IV. Inst. Orat. pag. 16. Rupert.

In tanta re ignarus omnium etc. Ita etiam Nonius citat; quare nondum equidem concoquere possum interpolationem Palmerii, qui mihi nonnumquam veri censoris acumen excedere videtur. Colér. — Codex Palmerii ad omnia t. ille praepositionem induxit: Nonius vero receptam scripturam comprobat pag. 396. sequentium item s. a. e. p, m. o. s. posituram firmat ad Heaut. III. 1. Donatus. Huc spectant Lampridius Sever. XLVI. Eos promovendos qui per se Rempubl. gerere possent, non per assessores. Victor Claud. Stolidorum ingenia proinde agunt, uti monitores sunt. Lupus Ferrariensis Epist. LXIV. Cur enim regium nomen praetenditis, si regnare nescitis? deinde: mittantur ergo a nobis monitores quos baiulos vulgus appellat. vide Baluzium Notis ad locum. Infra: Imp. alium. Ar. aliquem, invenuste. Bodl. abest sibi. Wasse.

Ignarus omnia trepidet. * Sic verum puto: et proxime verum 290 fuisse in meo: ad omnia trepidet. At vulgati omnes: ignarus omnium trepidet. Trepidare negotia, ut properare. Palmer.

Sui officii. In manuscriptis officii sui: ut sequatur adiectivum. Rivius.

Is sibi imperatorem alium quaerat. Atqui in bellica praefectura maximus aspectus habendus peritiae, ut docet Aristoteles V. Polit. 9. Adde Bern. in Germ. Tac. Qu. Misc. XXXIV. et inprimis Qu. 72. Rupert.

## CAP. LXXXVIII.

At ego scio Quirites. Illud Quirites abest Nazar. neque etiam comparet in editionum prima. Gruter. — omittit e nostris L. 2. et sane sequitur decies, praecessit quater. Wasse.

Homines praeposteri. Praep. hom. Grut. L. 2. Wasse.

Nam legere quam fieri tempore posterius, re atque usu

PRIUS EST. V. C. *Nam gerere quam fieri*, Et hunc locum sic est aemulatus Tacit. lib. II. *Nam culpa quam poena tempore prior; emendari quam peccare posterius est.* P. Victorius libr. VI. cap. 15. putat sumtum esse ex Olynth. Demosth. Τὸ γὰρ πράττειν, τοῦ λέγειν καὶ χειροτονεῖν ὕστερον ὂν τῇ τάξει, πρότερον τῇ δυνάμει καὶ κρεῖττόν ἐστιν. CIACCON. — *Gerere.* Sic quoque MSS. ad unum omnes, sic antiquitus excusi, ut mirer unde originem duxerit *legere*, quod substitutum loco *gerere*. GRUTER. — L. 3. *legere.* Caeteri *gerere*, uti et Ciacconii codex. ita aemulatus est Tacitus lib. II. *Nam culpa quam poena* tempore prior; *emendare quam peccare* posterius est. forma loquendi ex Demosthene hausta est; quod Victorius VI. 15. etiam observaverat. Ita enim ille Olynth. III. pag. 12. Τὸ γὰρ ΠΡΑΤΤΕΙΝ τοῦ ΛΕΓΕΙΝ καὶ χειροτονεῖν ̔ΥΣΤΕΡΟΝ ὂν τῇ τάξει, ΠΡΟΤΕΡΟΝ τῇ ΔΥΝΑΜΕΙ καὶ κρεῖττόν ἐστι. Thucydides autem praeivit I. 44. Ἰόντες τε οἱ ἄνθρωποι ἐς τοὺς πολεμίους, τῶν ἔργων πρότερον ἔχονται ἃ χρῆν ὕστερον δρᾷν· κακοπαθοῦντες δὲ ἤδη, τῶν λόγων ἅπτονται. et II. 40. Αὐτοὶ ἤτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα, οὐ τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις βλάβην ἡγούμενοι, ἀλλὰ μὴ ΠΡΟΔΙΔΑΧΘΗΝΑΙ μᾶλλον ΛΟΓΩι, πρότερον ἢ ἐπὶ ἃ δεῖ ἜΡΓΩι, ἘΛΘΕΙΝ. Livius XXVIII. 4. *Hoc et natura prius est, tua quo defenderis, aliena ire oppugnatum.* verum *gerere* et *fieri* coniungit Vegetius Praefat. ad Valentinian. lib. II. *Quid enim audacius, quam domino ac principi generis humani, domitori omnium gentium barbararum, aliquid de usu ac disciplina insinuare bellorum, nisi forte iussisset* fieri *quod ipse* gessisset. ibi Codex B. Pub. male *fecisset* pro *gessisset*. Infra: *quae illi audire.* Nobilium rebus agundis infantiam, qui vix primis studiorum elementis instructi ad Reipubl. gubernacula accedunt, (legere enim quam gerere natura prius) alludit Philelfus I. 12. Plin. VIII. 14. *Reducta* etc. *cogimur quaedam facere antequam nosse; erat autem antiquitus institutum, ut a maioribus natu non auribus modo, verum etiam* oculis discaremus. Claudian. IV. Cons. Honor.

> *Interea Musis animus dum mollior instet,*
> *Et quae mox imitere legas: nec desinat unquam*
> *Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas,*
> *Antiquos evolve duces, assuesce futurae*
> *Militiae.*

Plin. Paneg. XIII. *Postquam vero studium armorum* a manibus ad oculos, *ad voluptatem a laboribus translatum est.* innuit etiam τὴν ἀρετὴν τῶν ἔργων εἶναι, μήτε λόγων πλείστων δεομένην μήτε μαθημάτων· quod ait Antisthenes, in ea re Thucyd. secutus I. 121. Ὃ γὰρ ἡμεῖς ΦΥΣΕΙ ἔχομεν ἈΓΑΘΟΝ, ἐκείνοις οὐκ ἂν γένοιτο ΔΙΔΑΧΗι. Themist. Orat. IX. pag. 209. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τὰ Πλάτωνος ἀποστοματίζεις, μηδὲ τὰ Ἀριστοτέλους μεταχειρίζῃ, ἀλλὰ τά γε ἐκείνοις δοκοῦντα τοῖς ἔργοις βεβαιοῖς. Confer pag. 443. Orat. XVII. WASSE.

291 * QUAE ILLI AUDIRE ET LEGERE SOLENT, EORUM PARTEM VIDI, ALIA EGOMET GESSI. Gronovius leg. *eorum partim vidi, alia egomet gessi*; ut sit conforme illi Catonis, quem imitatur Noster, apud Gell. *Cum partim illorum iam saepe ad eundem modum fuit.* Vid. illum III. Obs. 2. —

Certum: sola lectio non sufficit, neque auditio. Cn. Pompeium eo nomine magni facit Cicero in Maniliana, quod nullum belli genus sit, in quo non illum exercuerit fortuna. RUPERT. — Reponendum *partim*. GRONOV. Observat. III. 2. Libri autem constanter *partem*. Haec omnia ex Plauti Milite desumta videntur, ubi Stratophanes ita infit:

*Ne exspectetis spectatores, meas pugnas dum praedicem,*
*Manibus duelli praedicare soleo; haud in sermonibus.*

et:

*Non laudandus est, cui plus credit qui audit, quam qui videt.*
*Non placet, cum illi plus laudant qui audiunt, quam qui vident.*
*Pluris est* oculatus testis *unus quam auriti decem:*
*Qui* audiunt *audita dicunt: qui* vident *plane sciunt.*

Cicero Acad. Q. II. 2. *Partim in percunctando a peritis, partim in rebus gestis legendis, in Asiam factus Imp. venit, cum esset Roma profectus rei militaris rudis. Habuit enim divinam quandam memoriam rerum; verborum maiorem Hortensius. sed quo plus in negotiis gerendis* res quam verba prosunt, *hoc erat memoria illa praestantior.* WASSE.

ALIA EGOMET. Sic in antiquioribus. τὸ *egomet* perperam est in recentioribus omissum. RIVIUS.

MILITANDO DIDICI. *Didici militando.* Grut. WASSE.

FACTA, AN DICTA PLURIS SINT. Valerius Cos. apud Livium lib. VII. cap. 32. *Facta mea, non dicta, vos milites sequi volo.* Scipio apud eund. lib. XXVIII. cap. 28. *Non quod verba, unquam potius quam res exercuerim.* et Fabius Maximus lib. XXVIII. cap. 40. *Rebus quam verbis assequi malui.* RUPERT. — Calanus apud Ambrosium Ep. II. 5. *Nec similes sumus Graeciae Philosophorum, qui* verba pro rebus *meditati sunt ad orationis celebritatem.* Isidorus Pelusiota III. 275. *Βίος ἄνευ λόγου μᾶλλον ὠφελεῖν πέφυκεν, ἢ λόγος ἄνευ βίου. ὁ μὲν γὰρ καὶ σιγῶν ὠφελεῖ, ὁ δὲ βοῶν ἐνοχλεῖ. εἰ δὲ καὶ λόγος καὶ βίος συνδράμοιεν, φιλοσοφίας ἁπάσης ἀποτελοῦσιν ἄγαλμα.* vide III. 123. *Contemnunt novitatem.* Sit huius rei exemplum oratio Tarquinii D. Halicarn. IV. 47. *Τίς γὰρ ἂν τῶν νοῦν ἐχόντων Μαμίλιον τὸν εὐγενέστατόν τε καὶ κράτιστον Λατίνων ἀπώσατο, τοῦτον δὲ κηδεστὴν ἠξίωσε λαβεῖν, ὃς οὐδὲ εἰς τρίτον πάππον ἀνενεγκεῖν ἔχει τὸ γένος.* WASSE.

CONTEMNUNT NOVITATEM MEAM, EGO ILLORUM IGNAVIAM. Tale quiddam Catonis illud apud Agellium libro XV. cap. 22. *Vitio vertunt, quia multa egeo; at ego illis, quia nequeunt egere.* URSIN.

* EGO NATURAM UNAM ET COMMUNEM OMNIUM EXISTIMO. Ardua et 292
a multis vexata haec quaestio est, *an generis nobilitas aliquid conferat ad virtutem*, h. e. an virtutis semina magis innascantur generosa stirpe ortis, quam plebeia et ignobili. Complures enim ex veteribus secundum Marium pronunciant, v. g. Menander apud Stob. Serm. 74. *Nullum opinor esse generis discrimen: sed si recte consideraveris, genuinus idem qui bonus; malus vero spurius est.* Item Sophocles: *In hominum genere una produxit ex patre et matre lux nos omnes, neque praestantior alius alio natus est.* Quibus et aliis multis veterum dictis consonans Apul. in Apol. *Enimvero*, exclamat, *animo hominum extrinsecus in hospitium cor-*

*patris immigranti, quid ex istis vel addi vel minui ad virtutem et malitiam potest?* Sed et in eadem haeresi Turcas hodie esse constat, de quibus praeter alios Vir Illustr. Aug. Busb. ep. I. *Neque enim*, inquit, *aut propagari traducive virtutem putant, sed partim a Deo dari, partim bona disciplina multoque labore et studio comparari.* Ceterum nos nihilo secius cum Platone ita censemus, consentaneum videri, meliores esse plerumque naturas nobili in genere, quam ignobili. In quam sententiam pluribus disserit Plutarchus: Absurda est sophisticarum contra nobilitatem calumnia, qui vulgaria etiam et omnibus notissima non considerant, nempe quod generandae sobolis gratia, generosi equi et canes eminantur: item vitium, olearum et reliquarum arborum optima quaeque semina; homini autem nihil ad futuram successionem generis nobilitatem conferre putant; sed tantundem valere, sive barbaram sive Graecam originem; neque credunt, latentia quaedam principia et semina virtutum in generatione liberis commonstrari, ut Telemacho Ulyssis, de quo Homerus clarissimo vocabulo utens dixit:

*Instillata patris virtus tibi.*

tanquam assereret, ad paucas seminum guttas paternae virtutis bona confluere. RUPERT. — Euripides: Τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶτον ὅτ' ἐγενόμεθα, διὰ δ' ἔκρινεν ἁ τεκοῦσα γαῖα βροτούς, ὁμοίαν χθὼν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄψιν· ἴδιον οὐδὲν ἔχομεν. A. MANUTIUS. — Legendum ex Rittershus. *aestimo.* Error ex falsa scriptura *extimo.* COLER.

SED FORTISSIMUM QUEMQUE GENEROSISSIMUM. Infra: *egentissimus quisque opportunissimus*, et: *fortissimum quemque tutissimum.* CIACCON. — Ita scripti meliores sine *esse*, quod aliis subiicitur expresseruntque editiones. GRUTER. — abest *esse* Bodl. Mart. Pemb. λ. Iulianus:

Καὶ γὰρ γνήσιον αἷμα διακρίνει Λακεδαίμων
Ἀλκῇ μαρναμένων, οὐ γενεῇ βρεφέων.

Menander:

Ὃς ἂν εὖ γεγονὼς ᾖ τῇ φύσει πρὸς τἀγαθά,
Κἂν Αἰθίοψ ᾖ μήτηρ, ἐστὶν εὐγενής.
Σκύθης τις ὄλεθρος; ὁ δ' Ἀνάχαρσις οὐ Σκύθης;
Οὐδὲν γένος γένους γὰρ οἶμαι διαφέρειν,
Ἀλλ' εἰ δικαίως ἐξετάσεις, καὶ γνήσιος
Ὁ χρηστός ἐστιν, ὁ δὲ πονηρὸς καὶ νόθος.

Infra: *ex patribus Albini.* L. 2. 3. *partibus*, operarum incuria. Statius Sylv. II. 6.

*Optarent multum Graiae*, cuperentque *Latinae*
Sic peperisse *nurus.*

Quinctilianus XI. 1. Institut. *Quod omnium sint vota parentum*, ut, honestiores quam sint ipsi, liberos habeant. Plin. Ep. XVI. 24. *Debent sapientes viri tales quasi a Repub. liberos suscipere*, quales a natura solemus optare. Cassiodor. Var. I. 24. *Vos autem quos et natura et amor opinionis exacuit, studete* tales filios relinquere, *quales vos constat patres habuisse.* Huc etiam spectat Plutarchus in Mario pag. 410. Ἐπυνθάνετο τῶν παρόντων, εἰ μὴ καὶ τοὺς ἐκείνων οἴονται ΠΡΟΓΟΝΟΥΣ αὑτῷ μᾶλλον ἂν ΕΥΞΑΣΘΑΙ παραπλησίους ἐκγόνους ἀπολιπεῖν, ἅτε δὴ μηδὲ αὐτοὺς

δὲ εὐγένειαν, ἀλλ' ὑπὲρ ἀρετῆς καὶ καλῶν ἔργων ἐνδόξους γενομένους. Herodianus de Marco Imp. I. 1. *Οὐ τοὺς γένους μακραῖς διαδοχαῖς εὐπατρίδας, οὐδὲ τοὺς πλούτου περιβολαῖς λαμπροὺς, κοσμίους δὲ τὸν τρόπον καὶ σώφρονας τὸν βίον, γαμβροὺς αὐτῷ γενέσθαι θέλων.* Apuleius Miles. X. pag. 172. *filium probe literatum, atque ob id consequenter pietate modestiaque praecipuum:* quem tibi quoque provenisse cuperes, vel talem. Plautus Mostell.

*Expoliunt, docent literas, iura et leges,*
*Sumtu suo et labore nituntur ut*
Alii sibi esse illorum similes expetant.

Sensum paucis complectitur Poëta Sat. VIII. 269.

* *Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis* 293
*Aeacidae similis, Vulcaniaque arma capessas,*
*Quam te Thersitae similem producat Achilles.*

ad quae Scholiasta ineditus: *Postquam Hercules migravit a terris, nepotes eius timentes insidias eorum quos avus afflixerat, Athenis sibi primi Asylum, hoc est templum, mire collocarunt, unde nullus posset abduci.* Legendum *misericordiae collocarunt.* Herodotus enim II. 113. talis Asyli meminit ad ostium Canobicum siti. De eo quod Athenis exstruxerunt Heraclidae, Statius Theb. XII.

*Urbe fuit media nulli concessa potentum*
*Ara deum, mitis posuit* clementia *sedem,*
*Et miseri fecere sacram, sine supplice nunquam*
*Illa novo: nulla damnavit vota repulsa,*
*Auditi quicunque rogant, noctesque diesque*
*Ire datum, et solis numen placare querelis,*
*Parca superstitio.*

Coniecturam meam firmat ibi Lactatius. Adde Cic. Tusc. Pausan. I. 17. Apuleium XI. 203. Claudian. B. Gild. 404. Eumenium Orat. pro restaurandis Scholis, Libanium et Heraclidem Ponticum. Mendum id genus insedit codices Hirtii lib. de B. Alex. XXVII. *Nam pars quaedam fluminis Nili* mire *derivata inter se.* Lego *a Myride d.* loquitur de regione Delta; illam efficit fissura Nili, quae etiam incipit a lacu Myride. confer Herodot. II. 13. Plin. V. 9. Ammian. XXII. 15. qui item corrigendus: *E quibus praecipitans, ruit potius quam fluit: unde* Atos *olim accolas, usu aurium fragore assiduo diminuto.* Lege et distingue, *fluit: unde Abatos.* teste in N. Q. IV. 2. Seneca, Lucan. X. 323.

*Hic* Abatos, *quam nostra vocat veneranda vetustas.*

Adi Philostratum VI. Cic. in Somn. Scip. Plin. V. 9. Infra: *quod si iure.* Palmer. ex coni. *quod ne iure.* eum vide, ea lege tamen, ut ne assensum praebeas. Wasse.

Ex patribus Albini etc. Vide Ciceron. Philipp. X. 2. Broukh.

Nisi sese liberos quam optimos voluisse. Xenophontis hoc est, omnium etiam sceleratissimorum parentum commune votum esse, ut filii quam optimi sibi nascantur. Rupert.

Quod si iure despiciunt me. Locus mire obscurus et corruptus, nec a quoquam Sallustii correctorum satis intellectus. Eum ex MSS.

Rittershusii mei sic restituo, et in apricum profero: *Quod si id: iure despiciunt me.* Satin' claram iam, quid sibi velit Marius? Coler.

Faciant idem maioribus suis. Non defuero, qui et sententiam et loquendi genus ignorantes, hunc locum depravare conati sunt, arbitrati pro *faciant* legendum *faciunt*, quasi dixerit Sallustius: eodem modo maiores suos despiciunt, sicuti me. quod aperte falsum est, et pulcerrima sententia deteriore commutatur. Est autem horum verborum haec significatio: *si me iure despiciunt, faciant idem, quod maiores sui fecere: id est, imitentur maiores suos in recte factis: non enim debent et me despicere et maiores suos non imitari.* Graeca loquendi ratio, parum explorata, sententiae tenebras offudit. sic locutus ante Sallustium Lucretius, post Horatius. Lucretius lib. II.

— *Animalia cum sint,*
*Atque animalibus sint mortalibus una eademque.*

pro unum, et idem, quod animalia mortalia sunt. et lib. III.

294 * *Sceptra potitus* eadem aliis *sopitus quiete est.*

pro, eadem qua alii. et lib. IV.

*Nempe* eadem *facit, et scimus facere omnia* turpi.

pro, eadem quae turpis. Horatius autem in libro de Arte poetica ad Pisones: sic enim malo appellare, quam, ut quidam, epistolam: ex Quinctiliano libro VIII. cap. 3. Prisciano, Diomede lib. III. cap. 1. Donato in Terent. Adelph. Act. V. Sc. IV. Servio in Virg. Aen. I. et Probo, etsi Carisius lib. II. adversetur:

*Invitum qui servat, idem facit occidenti.*

pro, idem ac si occideret. De Graecis autem Sophocles in Aiace:

Ὑμεῖς θ' ἑταῖροι ταὐτὰ τῇδέ μοι τάδε
Τιμᾶτε.

et in Tyranno:

— ἢν γὰρ εὑρεθῇ λέγων
Σοὶ ταὔτ', ἐγώγ' ἂν ἐκπεφευγοίην πάθος.

Euripides quoque apud Gellium lib. XII. cap. 24.

Δὶς ταὐτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος.
Ἥκω γὰρ εἰς γῆν φησὶ καὶ κατέρχομαι,
Ἥκω δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ κατέρχομαι.
Νὴ τὸν Δί' ὥσπερ εἴ τις εἴποι γείτονι,
Χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει κάρδοπον.

Et Xenophon in Cyri Paedia sic: *Τὸ αὐτὸ ἡμῖν σπεύδεται.* et infra in eadem saepe. Item Isocrates Ἀπολλωνιάτης in oratione πρὸς Δημόνικον· *Ταὐτὰ πάσχει τοῖς ὄρμασι.* Et Aristoteles in libro de Arte poetica: *Αὐτὸς ἂν εἴη μιμητὴς Ὁμήρῳ Σοφοκλῆς.* et Rhetor. lib. III. *Ἔφη δ' δὲ, οἴκοιν σὺ ταὐτὰ τούτοις ἔθου.* A. Manut. — Naz. et a prima manu Pal. alter et quart. *item*; sicque alias legi subnotatum ad Pal. tert., nam quint. *faciant idem de maioribus.* Manutius multa heic commentatur praeter rem; quis enim non videt, velle auctorem, nihilo magis se despici posse a globo nobilitatis, quam eorundem maiores, homines aeque novos atque ipse. Gruter.

Ex virtute nobilitas coepit. Haec vero nobilitas, nec unquam illi alteri postponenda. Plinius in Panegyrico: *Non debet deterior conditio esse eorum, qui posteros habere nobiles meruerunt, quam qui parentes habuerunt.* Imo praeferenda iudice Solone apud Ausonium; ibi: *Pulcrius multo parari quam creari nobilem.* Consulendus Marq. Freher. in Not. ad Petrum de Andlo lib. II. cap. 11. Vossius lib. I. Instit. Orat. cap. 5. n. 13. quibus adde insignem locum Cic. lib. III. ep. 7. ad Att. pag. 332. sub fin. Rupert. — Ita Tullus Hostilius apud Dionysium Antiq. III. 2. *Ἄρχει τε καὶ βουλεύει καὶ τὰς ἄλλας τιμὰς καρποῦται παρ᾽ ἡμῖν οὐχ ὁ πολλὰ χρήματα κεκτημένος, οὐδὲ ὁ πολλοὺς πατέρας ἐπιχωρίους ἀποδεῖξαι δυνάμενος, ἀλλ᾽ ὅστις ἂν ᾖ τούτων τῶν τιμῶν ἄξιος. οὐ γὰρ ἐν ἄλλῳ τινὶ τὴν ἀνθρωπίνην εὐγένειαν ὑπάρχειν νομίζομεν, ἀλλ᾽ ἐν ἀρετῇ.* Scite Antisthenes cuidam inquilinum esse dicenti: *Καὶ ἡ μήτηρ τῶν θεῶν Φρυγία ἐστίν.* ei probro danti quod non esset *ἐκ δύο ἐλευθέρων· Οὐδὲ γὰρ ἐκ δύο, ἔφη, παλαιστικῶν, ἀλλὰ παλαιστικός εἰμι.* Huc respicit Isidorus Pelusiota Ep. II. 291. *Εἰ δὲ μὴ μόνον ἐναβρύνοιτο, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔχοντας τὸ τῆς ἀρετῆς ὑπέρλαμπρον ἀξίωμα διαπτύει, οὗτος οὐ μόνον ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς προγόνους ἅτε ἀσήμους καὶ ἀφανεῖς κωμῳδιεῖσθαι παρασκευάζει.* Wasse.

Invideant labori et innocentiae. Illa *et* copula non est in manuscriptis, ac maiore cum gratia abest. quamvis in Beroaldino bis eadem ponitur, *et labori et innocentiae.* Rivius.

Quasi honores vestros contemnant. Dum enim male gerunt, certe honoribus honorem nullum habent, sed potius eos conculcant ac contumelia afficiunt. Rupert.

Nae illi falsi sunt, qui diversissimas * res pariter expe- 295
tant. Manuscriptum *exspectant.* quomodo et in caeteris fere. Praeterea ibidem *ignaviae voluptatem*, quod est in recentioribus omissum, idque, nisi fallor, ignavia et incuria typographorum. Per *praemia virtutis* honores intelligit Sallustius; nam hi propter magna merita claris viris deferuntur et dantur. Paullo inferius *honorum praemia* dicit, eodem sensu. *Nam ubi flagitiis*, inquit, *se dedecoravere turpissimi viri, bonorum praemia ereptum eunt.* Rivius. — *Pariter*, hoc est, simul, eodem tempore. Porcius Latro XXXIII. *Vigent enim in illa clade* res diversissimae pariter, *continentia et libido.* Demosthenem sequitur qui ita adv. Midiam pag. 412. *Ἐν δὲ τῷ κρίνεσθαι παραχρῆμα ἐλεηθήσῃ; μεγάλην μέντ᾽ ἂν ἀρχὴν, μᾶλλον δὲ τέχνην εἴης ἂν εὑρηκὼς, εἰ ΔΥΟ τὰ ἘΝΑΝΤΙΩΤΑΤΑ ἙΑΥΤΟΙΣ ἐν οὕτω βραχεῖ χρόνῳ περὶ σαυτὸν δύναιο ποιήσασθαι, φθόνον ἐξ ὧν ζῇς, καὶ ἐφ᾽ οἷς ἐξαπατᾷς, ἔλεον.* Wasse.

Quod contra est. Illustre hoc est inversionis genus. Si quis homo improbus, sed claris ortus maioribus, tanto se maiorem altero dicat, quanto melius natus sit; atque id sic invertas, tanto potius deteriorem esse, quia ne domestico quidem exemplo, quo alter caruerit, potuerit ad virtutem incitari. Ceterum quod hic Marius dicit, nobilitatem non tam prodesse quam obesse, quippe quae solis instar et recta et prava omnibus reddat conspicua; id ipsum Iuvenalis monet Sat. VIII. quem vide. Rupert.

Et profecto ita res se habet. Est in quibusdam *habent*, ut in Veneto et Schurreriano, sed perperam, ut mihi videtur. nam sic fere dicimus: *Ita se res habet.* vel omisso accusativo: *Ita res habet.* pro *sic est*, quomodo Graeci οὕτως ἔχει. Rivius.

Maiorum gloria posteris quasi lumen est. Vide Ciceron. II. de Officiis 13. Broukh. — Τὸ *quasi* non est in ullo MS. sed mihi recte sane addi videtur. nam ad hunc modum et Cicero saepenumero hac particula utitur. Rivius. — Agnoscunt *quasi* Pemb. L. 3. γ. Grut. Ar. Reg. Schol. vetus Iuvenalis ad Sat. VIII. 139. et legit, *neque bona neque mala.* quomodo et Reg. Pemb. caeteri fere, *neque mala neque bona.* neque agnoscunt *quasi.* Silius VIII. 247.

> *Atque illi* sine luce *genus, surdumque parentum*
> *Nomen.*

Iuvenalis VIII. 163.

> *Quod si praecipitem rapit ambitio atque libido* etc.
> *Incipit ipsorum contra te stare parentum*
> *Nobilitas, claramque* facem praeferre pudendis.

Codices B. Pub. Cantab. Amstelod. Basil. *ambitus.* Dinarchus contra Demosthenem pag. 19. *Τοὺς μὲν γὰρ τυχόντας τῶν κρινομένων, ὅταν ἁλῶσιν, οὐδεὶς οἶδεν οὐδὲ ζητεῖ πυθέσθαι τί πεπόνθασι· τοὺς δ' ἐνδόξους πάντες πυνθάνονται.* Cyrus ad filios apud Xenoph. VIII. pag. 237. *Οὐ γὰρ ἘΝ ΣΚΟΤΩι ὑμᾶς οἱ θεοὶ ἀποκρύπτονται, ἀλλ' ἘΜΦΑΝΗ πᾶσιν ἀνάγκη ἀεὶ ζῆν τὰ ὑμέτερα ἔργα.* Confer pag. 421. Euripides: *Τὰ τῶν βασιλέων ἁμαρτήματα πάντες ἴσασι.* Claudianus IV. Cons. Honor.

> *Ut te totius medio telluris in ore*
> *Vivere cognoscas, cunctis tua gentibus esse*
> *Facta palam; nec posse dari regalibus usquam*
> Secretum vitiis. *nam lux altissima fati*
> Occultum nihil esse sinit, *latebrasque per omnes*
> *Intrat et abstrusos explorat fama recessus.*

vide Euripidem Hecuba 389. Cic. II. Offic. Senecam de Clement. I. 8.
296 Gulielmus Brito IV. * Philipp. de regia Maiestate:

> *Quaesitosque negans sibi caligare tenebras*
> *Proditur, et latebras mediis non invenit umbris,*
> *Dum quocunque specu* proprio splendescit ab igne.

Galenus II. Suasor. pag. 2. *Αἰσχύνη ἡμῖν αὐτοῖς, τόσῳ δὲ μείζων, ὅσῳ καὶ τὸ γένος περιφανέστατον. οἱ μὲν γὰρ ἀμαθεῖς παντάπασιν ἌΣΗΜΟΙ τῷ γένει, τοῦτο γοῦν αὐτὸ κερδαίνουσι, τὸ μὴ γινώσκεσθαι τοῖς πολλοῖς ὁποῖοί τινες εἰσίν· ὅσοις δὲ λαμπρὸν καὶ διάσημον τοῦ γένους οὐδὲ τοῦ λαθεῖν ἐξουσίαν δίδωσι, τί ἄλλο ἢ περιφανέστερον οὗτοι δυστυχοῦσι. καὶ μέν γε καὶ καταγιγνώσκονται μᾶλλον οἱ ἈΝΑΞΙΟΙ τοῦ ΓΕΝΟΥΣ. ὥστ' εἰ καὶ τις ἠλίθιος ὢν ὑπομιμνήσκοι τὸ λαμπρὸν τοῦ γένους, ἀσυγγνωστότερον ἑαυτῷ τὸ κακὸν ἀποφαίνει. οὐ γὰρ ὁμοίως ἐξετάζομέν τε καὶ βασανίζομεν τοὺς ἘΠΙΤΥΧΟΝΤΑΣ ἀθρώπους τοῖς ἐκ γένους λαμπροῦ. ἀλλὰ τοὺς μὲν κᾶν μέτριοί τινες ὦσιν, ἀποδεχόμεθα, τῇ δυσγενείᾳ τῆς ἐνδείας τὴν αἰτίαν*

ἐνεφέροντες, τοὺς δ' εἰ μηδὲν τῶν προγόνων ἄξιον ἔχοιεν, οὐδέπω θαυμάζομεν. Infra: *inopiam patior*. Palmerii Codex *potior*. Plautus quidem:

*Fortiter qui malum potitur, idem post potitur bonum.*

Codd. nostri aliorumque vulgatae favent. denique vocem *multo* a secunda manu, idque in margine exhibet Pemb. WASSE.

HUIUSCE REI EGO INOPIAM PATIOR, QUIRITES. Bene scriptus: *inopiam potior*. potiri enim non bona solum, etiam mala dicebant. Plautus:

*Fortiter qui malum potitur, idem post potitur bonum.*

Terentius Phormione:

*Nam, utut erant alia, illi certe consuleres, quae nunc tuae est domi;*
*Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali.*

*pateretur* vulgo, male: nec tacuit vetus interpres, in antiquis esse *poteretur*. PALMER.

MEA FACTA MIHI DICERE LICET. In vetustis *meamet facta mihi* etc. id rectius esse puto. nam illud *met* adiecticium facere magnopere ad rem videtur, id quod perfacile sentiet, qui superiora diligenter expenderit: *Meamet*, inquit, *facta*, *non maiorum meorum*, *ita uti nobiles isti faciunt*. nam hi fere oratione maiores suos extollunt et eorum fortia facta memorando clariores sese putant: ut idem inquit. RIVIUS.

EX MEA NON CONCEDUNT. *Concedere* verbum disceptantium, συγχωρεῖν. Cicero Verrin. IV. *Concedo: forsitan aliquis aliquando eiusmodi quippiam fecerit*. sic Quintilian. Institut. L. I. IX. 2. Verum ille cui aliquid concessum est, dicere nequit *confessimus*; quare illa Boetii de Consol. III. Pros. XII. sic legerim: *Sed quae proposuimus intueamur? nonne in beatitudine sufficientiam numeravimus, Deumque beatitudinem esse consensimus*. non ut vulgo, *concessimus*; uti et infra. verum adversantur Codices nostri aliorumque. Supra Pros. IX. *Paulo ante monstrasti dum falsae* (beatitudinis) *causas aperire conaberis. Nam, ni fallor, ea vera est, et perfecta felicitas*. superius dixerat *forma falsae felicitatis*. Codex Coll. Iesu pro *beatitudinis* habet *felicitatis*. Membranae B. Pub. antiquissimae utrumque omittunt, quibus lubens subscribo. infra: *o te felicem sentio*. dele verbum, auctoribus iisdem, ut sua auctori constet venustas; uti et dicam Pros. XI. Quid, quod *omnes velut in terras ore demerso trahunt alimenta radicibus*. Vulgati insulse, *quid dicam quod*. WASSE.

QUIA IMAGINES NON HABEO. Quae ad incendendos ad virtutes maiorum persequendas posteros nimium quantum facere testatur Cicero. Afranius Vopisco: *Cuius te suscitat imago? cuius effigia? Quo natus patre?* Sic enim locum maculosissimum quasi spongia quadam detergeo, cum legeretur antea apud Nonium: *Cuius effigia? cognatus * patre? cognatus* facile obrepsit pro *quo natus*. Alius locus de imaginibus aut signis potius exstat apud Priscianum lib. VIII. sed idem quoque corruptissimus. Is vero est Catonis illius Censorini: *Miror audere atque religionem non tenere, statuas deorum, exempla earum facierum, signa domi pro supellectile statuere*. Lego audacter: *atque religionem contemnere, statuas deorum, exempla aenearum facierum* etc. Similia de signis et statuis lege apud Ciceronem in Verrinis. COLER. 297

QUAM ACCEPTAM CORRUMPISSE. Fuit prius in Naz. corrumpisse; sed emendatum ad nostram faciem, ab eadem manu. alias potuisset alicui placere alterum. GRUTER. — Solon apud Ausonium: *Pulchrius multo parari quam creari nobilem.* alterum illud execrabile. Victor Caes. XVII. *Quae* (memoria maiorum) *posteris eo usque grave est, ut absque communi in impios odio, quasi corruptores generis execrabiliores.* Alcimus Avitus:

> — *quod si vitam post degat honestam,*
> *Natales faciens sibimet, iam nobilis inde est.*

Euripides Helena 947.

> — *Παιδὶ γὰρ κλέος τόδε*
> *Κάλλιστον, ὅστις ἐκ πατρὸς χρηστοῦ γεγὼς*
> *Εἰς ταὐτὸν ἦλθε τοῖς τεκοῦσι τοὺς τρόπους.*

Statius Sylv. I. 4.

> *Genus ipse suis.*

Poggius in Fun. Aretini pag. 253. pro melius legisse videtur multo. WASSE.

## CAP. LXXXIX.

NON PLACUIT RETICERE: NE QUIS MODESTIAM IN CONSCIENTIAM DUCERET. Non semper adversus calumnias defendere nos possumus generoso silentio vel patientia. Legimus apud Tacit. III. Hist. cap. 10. *quum T. Ampius Flavianus adversus se concitatos milites omni mansuetudinis genere mollitum iret; id ipsum apud infensos incitamentum fuisse, tanquam nimius pavor conscientiam argueret.* Neque vero semper fallit hoc argumentum. Curtius de Lynceste Alexandro, qui insidias struxerat Regi suo, lib. VII. paulo post pr. *Igitur Alexander ex custodia educitur: iussusque dicere, quanquam toto triennio meditatus erat defensionem, tamen haesitans et trepidus, pauca ex iis, quae composuerat, protulit: ad ultimum non memoria solum, sed etiam mens eum destituit.* Nulli erat dubium, quin trepidatio *conscientiae indicium esset, non memoriae vitium.* RUPERT. — Nolui tacere, ne quis diceret, me tacere non propter modestiam: sed quia conscius sum, adversarios vera dicere. SOLDUS. — Ar. *si placuit.* supra abest *ego* Bodl. λ. *implacuit.* supra, pro *non.* ex abbreviatura profluxisse crediderim, *non placuit.* Noster Demosthenem sequitur ut alias, περὶ παραπρέσβ. *Τῷ μηδὲν αὑτῷ συνειδότι δεινὸν εἰσήει, εἰ πονηρῶν καὶ δεινῶν ἔργων δόξῃ ΚΟΙΝΩΝΕΙΝ, τῷ ΣΙΩΠΗΣΑΙ.* Cicero pro Sextio §. 18. *Me vero non movit illius oratio, sed eorum taciturnitas, in quos illa tam improba oratio conferebatur: qui tum, quamquam ob alias caussas tacebant, tamen hominibus omnia timentibus, tacendo loqui*, non inficiando, confiteri *videbantur.* L. 142. D. de Regulis Iuris: *Qui tacet, non utique fatetur, sed tamen verum est, eum non negare.* Cyprianus ad Demetr. *Sed enim cum dicas plurimos conqueri, quod bella crebrius surgant, quod lues, quod fames saeviant, quodque imbres et pluvias serena longa suspendant, nobis imputari, tacere ultra non oportet, ne iam non verecundiae*, sed diffidentiae *esse incipiat*, quod tacemus; *et dum*

*criminationes falsas contemnimus refutare, videamur crimen agnoscere.* Lampridius Heliog. XI. *Erubescentibus senibus exclamabat: erubuit, salva res est!* silentium *ac ruborem* pro consensu ducens. Rodolphus Agric. Comment. in Boethium de Consol. legit *deduceret.* aliter libri atque, ut vides, Lampridius. WASSE.

NAM ME QUIDEM EX ANIMI SENTENTIA. V. C. habet, *ex animi* mei *sententia.* Quae videtur optima lectio. est enim antiqua formula loquendi, qua utuntur frequenter veteres Iurisconsulti; ut lib. III. paragrapho eiusdem Digestis de Testamentis: *Ex sententia* animi tui *te aestimare oportet.* * et Petronius Arbiter in Satyra, foederis tabulas in haec 298
verba factas esse commemorat: *Ex tui animi sententia Tryphena, ut nec iniuriam tibi factum a Gytone quereris, neque si quid ante hunc diem factum est, obiicies vindicabisve, aut ullo alio genere persequendum curabis.* et infra: *Licha ex* tui animi *sententia, ut tu Eumolpum nec verbo contumelioso insequeris nec vultu.* URSIN. — Scripti meliores cum illo *mei,* quod male exclusum plerisque editionibus. GRUTER. — Omittunt L. 2. Mart. notae deterioris codices. verum paucis interpositis sequitur. a sec. manu et intra lineas exhibent γ. λ. et sine pronomine saepius ea formula concipitur. Sueton. Tiber. 59. Crispinus ita explicat: quomodo virtute mentem et animum composui. Non capit. exponas licet, *ex conscientia.* Supra: *maledictis lacerent.* ita Dictys II. 29. 84. WASSE. — *num eorum poenitendum sit.* Sic MSS. uno ore omnes, nec non olim cusi. Carrionis editio, *num id poenitendum.* GRUTER. — *eorum* L. 3. 2. Venetae, Mart. γ. λ. Pemb. Reg. WASSE.

NULLA ORATIO LAEDERE POTEST. Ut ignis in aquam coniectus continuo restinguitur, *sic falsum crimen in castam vitam*, ut loquitur Mario subscribens Cicero; sed eloquentius, quam verius. Sic enim credere nos iubent tot purissimae vitae et in exemplum nati homines, de quibus non paucos impudentia triumphos egit, eosque sane quam efficaces, dum sanguinem omnem ab iis succumque duxit bonae famae. RUPERT.

QUIPPE VERA NECESSE EST PRAEDICET. In manuscriptis est, *bene praedicet.* quomodo et sententia postulat, et Beroaldinum habet. RIVIUS.

ETIAM ATQUE ETIAM ANIMIS REPUTATE. Illud *animis* non habent alii codices. Sed cum superius idem Marius dicat: *Quaeso reputate cum animis vestris, num id mutari melius sit;* existimo, quemadmodum illic cum praepositione, ita hic absque praepositione cum verbo *reputate* posse legi. Mox *praesidia agitare* ambigue dictum; si de hostium praesidiis intelligere placet, *agitare* acceptum est pro *vexare*, vel ut Badius exponit, *urbibus expellere.* GLAREAN. — *Etiam atque etiam reputate.* Sic et manuscriptum pro *diligenter considerate.* In quibusdam est, *animis reputate.* haud scio quam recte. quamvis et antea Sallustius, *reputate*, inquit, *cum animis vestris;* addita videlicet praepositione *cum.* quomodo Cicero, *rogitate cum animis vestris*, inquit. RIVIUS. — L. 3. omittit prius *etiam*, male. Liv. II. 22. *Quapropter dum adhuc res in manibus est*, etiam atque etiam *providete.* Bodl. *animis rep.* WASSE.

NUM EORUM POENITENDUM SIT. Manuscriptum Fabricii, *num id*

*poenitendum sit:* nempe quod summum mihi honorem et maximum negotium imposuistis: pro quo ante dixit, *num id mutari melius sit.* In aliis tamen est vulgata lectio. Rivius.

At si res postulat. Emenda Nonium Marcellum, apud quem in voce *Phalerae* vitiose legitur: *Ac sibi restitui et hastas.* pro, *Ac si res postulet hastas.* Putsch.

299 * Adverso corpore. Sic et manuscriptum volumen; in quibusdam est, *in adverso corpore*, sed eodem sensu. Est apud Ciceronem: *Cicatrices* adverso corpore *exceptas ostendere.* pro quo idem *cicatrices adversas* alicubi dixit. quomodo et Sallust. in Historiis. ut est apud Gellium libro Noctium Atticarum II. cap. 27. Q. Curtius: *Multis* adverso corpore *vulneribus acceptis.* lib. IX. Rivius. — Vide Liv. XLV. 39. Wasse. — Multa huc pertinentia congesserunt Savaro ad illa Sidonii Carm. XXIII.

*— in corpore fortium virorum*
*Laus est amplior, amplior cicatrix.*

et Dempster. in Antiq. Rosini X. 11. Rupert.

Meae imagines. *Haec sunt m. i. γ. λ.* Plutarchus pag. 410. *ΤΡΑΥΜΑΣΙΝ* οἰκείοις πρὸς τὸν δῆμον, *ΟΥ ΜΝΗΜΑΣΙ* νεκρῶν *ΟΥΔΕ* ἀλλοτρίαις *ΕΙΚΟΣΙ* νεανιεύεσθαι. Accius Diomede:

*Non genus virum ornat, generis vir fortis loco.*

Cicero ad Hirtium, citante Nonio pag. 437. *Quum enim nobilitas nihil aliud sit quam cognita virtus, quis in eo quem veterascentem videat ad gloriam, generis antiquitatem desideret.* Caeterum de donis militaribus vide Gellium II. 12. Lipsium de Mil. Rom.. alios. pro *ostentare* peiores habent *ostendere.* potiores firmat Nonius pag. 554. Deniquè *caussa* abest MSS. Stewechianis. adi eum ad Arnob. pag. 132. Budaeum, Anton. Augustinum, et Gulielmium in Verisimil. Ausonius in Paneg. receptam lectionem obtinet pag. 716. *Non possum fidei caussa ostendere imagines maiorum meorum.* *Ostentare* tamen in bonam partem accipit Liv. II. 23. *Ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum cicatrices* adverso pectore ostentabat. Atque ita apud Nostrum. pro *corpore* R. in textu *pectore.* Grut. *haec mea nob.* Wasse.

Non sunt composita verba mea. Sic supra in orat. Caesaris: *Bene ac composite.* Paullo post legendum ex sententia Palmerii et ad mentem Marii: *Parum id ago.* quamvis in Nonio quoque legitur: *parvi id facio.* Coler. — Optime ex sententia Marii Sempronius Asellio lib. XIII. Rerum gestarum: *Facta sua spectari oportere, dicta non, si minus facundiosa essent.* Varro: *Maiores nostri quum allia et caepe verba illorum olerent, tamen optime animati erant.* Putsch. — Quemadmodum omnium fere militum sermo horridus, incomtus, inpolitus, inconditus, denique sine ullo ornatu et cultu esse amat, v. g. illius militis, qui scripsit diarium belli Hispanici, adiunctum commentariis Iulii Caesaris et Oppii sive Hirtii, quo scripto quum vix quicquam Latinius concipi possit, horridum tamen est et incultum, adeoque prorsus incomtum et inconditum, ut facile militem eius auctorum agnoscas. Sed vis est in ephiteto *compositi.* Attius poëta:

*Composita dicta pectore evolvunt suo:*
*Quae cum componas, dicta factis discrepant.*

Rupert.

Parvi id facio. Ex Thosano et Coloniensi: *parum id ago.* optime. quod, inquit, non est composita oratio mea, indiligenter ibi sum. *Hoc agere* est *animum adhibere, operam sumere.* ita Comici. et contrarium, *aliud agere.* Palmer.

Se virtus satis ostendit. Pemb. in marg. et a sec. manu exhibet illud *satis*, quod plane respuit Mart. servantibus aliis omnibus. Supra: *non sunt composita.* Ita libri et Nonius pag. 260. Thosan. et Colon. *id ago.* vide Palmerium. pro *parvi* γ. λ. Pemb. Ar. Reg. L. 2. 3. Venetae, Mart. Carrio, Oxonienses omnes *parum.* Gruteriana, at sola, *parvi.* Infra: *oratione tegant.* Victor Caes. VIII. *Caesarum gens adeo literis culti atque eloquentia fuere, ut in cunctis vitiis (absque Augusto) nimii forent; tantae* artes *profecto* texissent modica flagitia. Isocrates de Permutat. pag. 507. *Τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους ΠΕΙΡΑΣΘΑΙ γε ΛΑΝΘΑΝΕΙΝ ΚΑΚΟΥΡΓΟΥΝΤΑΣ.* ingenium Marii tangit Cicero pro Licin. §. 19. Wasse. — Adde Ciceron. pro Archia cap. 9. Broukh.

* Illis artificio opus est, ut turpia facta oratione tegant. 300
Thucydides lib. III. *Ποιήσατε δὲ τοῖς Ἕλλησι παράδειγμα, οὐ λόγων τούτοις ἀγῶνας προθήσοντες, ἀλλὰ ἔργων, ὧν ἀγαθῶν μὲν ὄντων, βραχεῖα ἡ ἐπαγγελία ἀρκεῖ, ἁμαρτανομένων δὲ, λόγοι ἔπεσι κοσμηθέντες προκαλύμματα γίγνονται.* Ald. Manut.

Parum placebat eas discere, quippe quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt. Versus est Pacuvii, quem Macedo Philosophus scribi debere censebat pro foribus omnium templorum: Bern. ad Germ. Tac. Qu. Misc. 72. et 99. et 100. et in Agr. Qu. 172. et 174.:

*Ego odi homines ignava opera et philosopha sententia.*

Haec Gell. lib. III. Noct. Att. cap. 8. Talis apud Tacit. XV. Annal. cap. 32. *P. Egnatius Philosophiae dehonestamentum, auctoritatem Stoicae sectae praeferebat, habitu et ore ad exprimendum imaginem exercitus; ceterum animo perfidiosus.* Videndus idem Tacit. cap. 45. et Seneca epist. 24. ubi turpissimum ait, *verba nos Philosophiae, non opera tractare.* Ac de istis hic loquitur, vel saltem loqui debet Marius. Nam de studiis liberalibus in se ac sua natura, falsum est, nihil ad virtutem prodesse. Et infelicissimum Marium iure censuimus nota ad Flori lib. I. cap. 5. §. 1. qui nunquam Musis sacrificavit. Quamvis enim Seneca ep. 88. dixerit: *Liberalia studia ad alia multum conferre, ad virtutem nihil:* tamen sufficit, quod sequitur: *Quare ergo liberalibus studiis filios erudimus? Non quia virtutem dare possunt, sed quia animum ad virtutem praeparant. Quemadmodum prima illa literatura, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes, sed mox praecipiendis locum parat: sic liberales artes non perducunt animum ad virtutem, sed expediunt.* In quem sensum Philo de Congressu quaer. erudit. gratia: *Ὥσπερ ἐν οἰκίαις αὔλειοι πρόκεινται κλισιάδων, ἐν δὲ πόλεσι τὰ προάστεια, δι' ὧν εἴσω βαδίζειν ἔνεστιν· οὕτως καὶ ἀρετῆς πρόκεινται τὰ ἐγκύκλια. Ταῦτα γὰρ ὁδός ἐστιν*

εἰς ἐκείνην φέρουσα. i. e. *Ut in aedibus vestibula sunt ante fores, in oppidis prourbia, per quae in ipsa itur: sic virtuti praeiacent liberales artes. Haec enim via est, quae fert ad illum.* Sufficit, inquam, dixisse, *praeparare animos.* Nec dissimulat alibi Seneca, *valide facere doctrinam ad virtutem.* v. g. ep. 90. ubi de virtute: *Non contingit ea, nisi animo instituto et edocto.* Quinctilian. lib. XII. cap. 11. pr. de eadem: *Etsi quosdam impetus a natura sumit, tamen perficienda doctrina est.* Horat. IV. Od. 4. *Doctrina sed vim promovet insitam.* Adde Lips. in Manuduct. lib. I. disc. 1. et 2. Miscell. Cent. I. epist. 16. Tu, quisquis imperator, hanc tibi commendatam habe. *Quis melius, quam literatus, imperat?* aiunt Senatores ad Tacitum, cum eum Imp. eligerent apud Vopisc. in eius vita in pr. Principis doctrina omnibus potest prodesse subiectis: Vegetius in Prologo. Sed tamen habeto cum modo. Nam ita suadent plerique, qui, quid sit Remp. administrare, intelligunt. Cic. lib. II. Tuscul. *Neoptolemus apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis. Nam omnino haud placere.* Potest huc referri, quod Cephesias tibicen discipulo, contentius tibias inflanti, dixit: *Οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα.* Scal. lib. I. Poët. cap. 18. Sic Demosthenes, cum vidisset ineptum quendam demagogum, magna voce concionantem, dixit: *Ἀλλ' οὐ τὸ μέγα εὖ ἐστι, τὸ δέ εὖ μέγα. Non magna res statim bona est, sed bona statim est magna.* Stobaeus Serm. IV. qui et Serm. I. istud Aeschyli citat:

*Qui fructuosa, non qui multa scit, sapit.*

ut vertit Lips. I. Polit. cap. 10. sive, ut alius:

*Non qui multa tenet, sed qui scit idonea vitae,*
*Is, dici sapiens cur mereatur, habet.*

sive, ut Martialis lib. II.

*Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit.*

Seneca lib. de Tranq. cap. 9. *Studiorum quoque quae liberalissima impensa est, tamdiu rationem habebo, quamdiu modum.* Quae igitur discenda? inquis. docet idem lib. VII. de Benef. cap. 1. *Egregie hoc dicere Demetrius Cynicus* (vir meo iudicio magnus, etiamsi maximis compararetur) *solet: Plus prodesse si pauca praecepta sapientiae teneas, sed illa in promptu tibi et in usu sint, quam si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum. Quemadmodum,* inquit, *magnus luctator est, non qui*
301 ** omnes numeros nexusque perdidicit, quorum usus sub adversario rarus est, sed qui in uno se aut altero bene et diligenter exercuit et eorum occasiones intente expectat: nec enim refert quam multa sciat, si scit, quantum victoriae satis est: sic in studiis multa delectant, pauca vincunt.* Huc pertinet, quod Plut. habet de solertia animalium: erinaceorum sui defensio et custodia genuit proverbium:

*Πόλλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.*

*Scit multa vulpes, magnum echinus unum habet.*

*Nam, accedente, ut aiunt, vulpe, ipse corpus convolvens in morem nucis pineae, spinis horrens riget, ne vel morderi queat vel tangi.* RUPERT. — *Ad virtutem doctoribus.* Lege Plutarchum in eius vita. Valer. autem Maximus egregie: — *Quapropter non es damnandus rustici rigoris C. Mari,*

*qui gemina lauro coronatam senectutem, quam Numidicis et Germanicis illustrem trophaeis, victor devictae gentis facundia politiorem fieri noluisti.* Testatur ibidem gravissimus scriptor Graeca eloquentia et mores Romanorum et curias corruptas esse. quam ob caussam puto eidem facundiae inimicum hostemque fuisse Catonem. quamvis idem eas in senectute didicit, et omnino ita Graecissavit, ut et pallio uteretur. Tertullianus: *Sed lingua iam penes Latium est. cum voce vestis intravit. atque adeo ipse, qui Graecos pellendos urbe censebat, litteras eorum vocemque senex iam eruditus. Idem Cato Iuridicinae suae in tempore humerum exsertus, haud minus palliato habitu Graecis favit.* Coler. — MSS. plerique *profuerant.* quidam etiam exclusere illud *quippe.* utrumque placet. Gruter. — L. 3. Ball. λ. Pemb. *profuerant.* hoc est, a servitute non vindicarant, exponente Plutarcho pag. 406. *Λέγεται δὲ μήτε γράμματα μαθεῖν Ἑλληνικά, μήτε γλώττῃ πρὸς μηδὲν Ἑλληνίδι χρῆσθαι τῶν σπουδῆς ἐχομένων· ὡς γελοῖον γράμματα μανθάνειν ὧν οἱ διδάσκαλοι δουλεύοιεν.* etiam Nostro II. ad Caesarem de Rep. Ord. cap. 55. *Parantur haec disciplina Graecorum; sed virtus, labor, vigilantia apud Graecos nulla sunt: quippe cum domi libertatem suam per inertiam amiserint, censesne eorum praeceptis imperium haberi posse?* Hunc colorem tractat Lactant. III. §. 26. Vide Lampridium Severo LIII. Wasse.

Hostem ferire. In manuscriptis omnibus *hostes* reperi. sed vulgata lectio mihi magis arridet. quamquam, quod ad sensum attinet, parum refert, utrum legas. Rivius. — *Hostes ferire.* Sic et nostri Pall. praeter Pall. quart. quint. sext. sept. nonum, in quo *hostem*, quod aeque mihi arridet ac Rivio. Gruter. — Sic Reg. Pemb. λ. Bodl. Ennius apud Cic.

Hostem *qui feriet mi erit Carthaginiensis.*

vid. Sueton. Claud. 1. Wasse.

Praesidia agitare. Id est, expellere oppidis praesidia, scilicet hostium. vel praesidia hostium in fugam agere. Badius.

Turpem famam. Tacitus An. XII. 49. *Quod ubi* turpi fama *divulgatum.* Arnobio *inhonesta* VII. pag. 219. inhonestas *vos* famas *adiungere diis vestris.* Supra Noster: *Nisi quia turpis vita* integra fama *potior fuit.* Capitolin Anton. Pii XII. famae detestandae *honor.* Liv. XXVII. 28. *Libens reticuissem, ni ex* mala fama *in bonam vertisset.* sic etiam Hieronym. Ep. II. Lucret. III. 65.

Turpis *enim* fama *et contemtus.*

sic Graeci *κληδόνα* utuntur. Euripides Alcest. 315.

*Μή σοί τιν' αἰσχρὰν προσβαλοῦσα κληδόνα.*

Wasse.

Humi requiescere. Vid. not. ad Iustin. lib. XXIII. cap. 1. §. 8. et adde Freinsh. ad Curt. lib. III. cap. 2. §. 15. Bern. in Plin. Paneg. 15. Rupert.

Praeceptis hortabor. Tacitus An. III. 55. *Sed praecipuus adstricti moris Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu victuque; obsequium inde in principem, et aemulandi amor,* validior quam poena ex legibus et metus. Victor Caes. IX. *Praeterea legibus aequissimis monendo, quod-*

*que vehementius est*, vitae specie *vitiorum plura aboleverat.* Sidonius V. 555.

302 * — — *sic agmina voce*
*Erigis*, exemploque levas, *primusque labores*
*Aggrederis quodcunque iubes: tum caetera paret*
*Turba libens*, servit propriis cum legibus auctor.

Ausonius:

Pareto legi *quisque legem sanxeris.*

Synesius de Regno pag. 12. *Ἔνθα καὶ ἱππεῖ συνιππεύσει, καὶ πεζῷ συνθεύσεται, καὶ συνοπλιτεύσει τῷ ὁπλίτῃ, καὶ τῷ πελταστῇ συμπελτασθήσεται, καὶ συνακοντιεῖ τῷ γυμνίτῃ, τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἔργων εἰς ἔμψυχον ἑταιρείαν ἕκαστον προσαγόμενος, ἵνα μηδὲ πρὸς τούτους εἴρων ἢ συστρατιώτας καλῶν, ἀλλὰ δημηγοροῦντα ἐπιγινώσκωσιν αὐτὸν, καὶ μαρτυρῶσιν ὡς ἐκ τῶν ἔργων ἄρα τὸ ὄνομα λέγεται.* Vide Paulum IV. Sentent. Tit. V. *de inofficiosa querela*, lib. IV. cap. de Leg. L. 27. *de Legatis.* Livium XXVIII. Valerium VIII. 6. Cassiodorum V. Ep. 18. Hoc pacto laudem sibi conciliasse Theseum in Helenae Laud. Isocrates narrat pag. 311. *Οὐ γὰρ ὥσπερ ἕτεροι τοὺς μὲν πόνους ἄλλοις προσέταττε, τῶν δ᾽ ἡδονῶν αὐτὸς μόνος ἀπέλαυεν· ἀλλὰ τοὺς μὲν ΚΙΝΔΥΝΟΥΣ ΙΔΙΟΥΣ ἘΠΟΙΕΙΤΟ, τὰς δὲ ὠφελείας ἅπασιν εἰς τὸ κοινὸν ἀπεδίδου.* hunc locum legisse Sallustium res abunde probat. Claudian. IV. Cons. Honor.

*Primus iussa subi. tunc observantior aequi*
*Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipsum*
Auctorem parere sibi.

Silium sequi videtur, cuius, nisi fallor, haec sunt:

— *in medio praecedens agmine ductor*
Imperium perferre suum.

illum Sidonius:

— *tum caetera paret*
*Turba libens*, servit propriis *quia* legibus auctor.

Pacatus: *in proelium primus ire, postremus proelio excedere,* dux esse consilio, miles exemplo. Silius XV. 574.

*Hortandi genus acer habet praecedere ductor.* Wasse.

Neque illos arcte colam, me opulenter: neque gloriam meam laborem illorum faciam. Veteres Impp. in expeditionibus aeque, imo plus laborabant, quam milites sui. De Hercule profecto refert Dio Chrysostomus Orat. I. de Regno: *Non igitur et in hoc verum dicunt, quod solus circumiverit, absque exercitu; neque enim civitates expugnari, neque hominum tyranni pessumdari, et omnibus ubique mandata dari possunt, sine copiis. Quia autem ipse manibus atque animo promtus erat, corpusque habebat validum, et plus omnibus laborabat: ideo solum ivisse dicunt, et fecisse omnia, quae volebat.*' Vide Gruter. Disc. 15. in Taciti XIV. Annal. cap. 24. ad verba: *Sola ducis patientia mitigabantur, eodem plura, quam gregario milite, tolerante.* Rupert. — In Veneto, quod est a Pincio excusum, *ut me opulentent.* In aliis quibusdam, *ut me opulentem.* Cui otium est, excutiat hunc locum diligenter; mihi vulgata lectio bene habere videtur, ut inter sese opponantur *arcte* et *opu-*

*lenter.* est enim sensus: *non ego illos arcte contenteque habebo, me ipsum molliter e delicate.* vel, *non tractabo illos nimis aspere atque iniuriose, me ipsum indulgenter.* nam hunc esse sensum, ea quae sequuntur indicant. *Namque cum tute* etc. Simile quid Livius de Catone scribit lib. IV. dec. 4. *Sed in consule*, inquit, *ea vis animi atque ingenii fuit, ut omnia maxima minimaque per se adiret atque ageret; nec cogitaret modo imperaretque, quae in rem essent, sed pleraque ipse transigeret: nec in quemquam omnium gravius severiusque quam in semetipsum imperium exerceret: parsimonia et vigiliis et labore cum ultimis militum certaret, nec quidquam in exercitu suo praecipui praeter honorem atque imperium haberet.* Est a sciolo quopiam hic depravatus locus, qui putarit *arcte colere* idem esse quod *ambitiose nimis colere et quasi laxiore imperio habere eos quibus praesis.* quomodo Cicero *arcte complecti aliquem* dixit. *opulentare* vero idem quod *opulentum et divitem reddere.* Nam sic nescio quis interpretatus hunc locum fuerit, sed perperam videlicet. tametsi *opulentare* quidem reperitur apud Columellam VIII. pro *instruere* et *exornare: Et eisdem*, inquit, *familiarem focum mensamque pretiosis dapibus opulentent.* Rivius. — Venet. 1470. Ball. *ut me opulentent.* supra pro *optuma Reip.* Mart. *oportuna*, ex interprete. λ. *arcte c. nec opulenter.* Wasse.

Neque gloriam meam laborem illorum faciam. Sic in vetustis, atque etiam manuscriptis. *ubi labore* fere est in recentioribus, idque perperam, si sensum spectes. Rivius. — Vide egregiam dissertat. 303 Cl. Bernecceri ad illud Taciti in vita Agricolae cap. 4. *Summa rerum et recuperatae provinciae gloria in ducem cessit.* Rupert.

Civile imperium. Vetus Glossarium: *Civile imperium*, πολιτεία. Coler. — Vocabulum *Civile* quam vim habeat in scriptis politicorum, docent Torrentius et Casaub. ad lib. II. Suetonii cap. 58. Berneccerus ad eiusd. Caes. cap. 75. §. 10. lit. d. Rupert.

Cum tute per mollitiem agas. Vide notam ad Iustini lib. III. cap. 2. §. 8. et Piccart. dec. 12. cap. 1. Rupert. — In manuscriptis est, *cum tute.* quae syllabica adiectio facere ad rem mihi videtur. In eodem, *per mollitiam*, ut sit primae inflexionis nomen. Utrumque reperitur apud Ciceronem, et *mollities* et *mollitia. Qui officia*, inquit, *deserunt mollitia animi*, id est, *laborum et dolorum fuga.* Idem: *Civitatum mores lapsi ad mollitiem.* Rivius. — L. 2. 3. Bodl. Ball. Mart. Venetae, *nam cum;* atque ita citat Aretinus Ep. VI. 9. qui etiam pro *hoc* exhibet *id*, quomodo item et λ. Bodl. Ball. Idem Aretin. *imp. esse*, ut nostri omnes. locum ita citat Guibertus Abbas Gest. D. per Fr. IV. 2. *Si tu te molliter agas, exercitum autem imperio cogas, hoc est dominum non imp. esse.* Wasse.

Exercitum supplicio cogere. Hoc est, *malo cogere.* Infra: *pudore magis quam malo exercitum coercebat.* Ciaccon.

Id est dominum. Manuscripta cuncta, *hoc est dominum* etc. sed eodem sensu. Cicero utroque modo loqui consuevit. Rivius. — Sic optimi MSS. nostri, non, *hoc est dominum;* eodem quidem redit, sed legitimus partus ubique praevalet supposititio. si cui tamen utraque vox eradenda videtur, eidem suffragio meo accedam. Gruter.

Haec atque alia nostri maiores. Legendum e manuscriptis: *Haec atque talia*. Rivius. — Ball. et γ. *alia talia* intra lineas exhibet. mihi tamen atque animo meo satis arridet. vide cap. 90. tum quae supra notavimus. Wasse.

Omnes honores. Leg. *omneis hon.* Rivius.

Quasi debitos. Ita Codices, sed malim *debita*. alterum iuris, honoris alterum; honores enim meritis debiti. *meritus* et *debitus* idem sonant. Cicero: meritos *alicui honores et* debitos *decernere*. vel sic distinguendum, *quasi debitos a vobis, repetit*. vulgatam tuetur Livius III. 47. *prensare homines coepit, et non orare solum* precariam opem, *sed* pro debita *petere*. In alium sensum verba Thucydides inflexit II. 40. *Οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες, κτώμεθα τοὺς φίλους· βεβαιότερος δὲ ὁ δράσας τὴν χάριν, ὥστε ὀφειλομένην δι' εὐνοίας ᾧ δέδωκε σώζειν· ὁ δ' ἀντοφείλων ἀμβλύτερος, εἰδὼς ΟΥΚ ἐς ΧΑΡΙΝ, ἀλλ' ἐς ΟΦΕΙΛΗΜΑ τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων*. Liv. VI. 41. *Est aliquis qui se inspici, aestimari fastidiat? qui certos sibi uni honores inter dimicanes competitores aequum censeat esse? qui se arbitrio vestro eximat? qui vestra necessaria suffragia pro voluntariis et serva pro liberis faciat?* Wasse.

Virtutem non reliquere. Aristoteles docet, verisimile esse, e nobilibus strenuos gigni. Sed scimus etiam dici ab Aristotele: *Nobilium posteros ut plurimum degenerare. Causa est, quod natura in generando deficiat, et velut effoeta reddatur. Per se quidem optimum sibi proponit: verum nihil sub coelo perpetuum est, omniaque finem sortiuntur.* Vid. Bern. ad Agr. Tac. Q. 181. Nec tamen haec inter se pugnant, quia
804 verisimile etiam est, quod * raro fit, modo, vulgo ut plurimum fieri, sit persuasum: quomodo verisimile est, oriente cometa mortem magni nominis principi portendi; item bubonem in tecto stridentem, funus domo minari; quia ita autumat vulgus, quamvis raro eventus huic opinioni respondeat. Adde, quod non temere hoc de nobilium liberis in vulgus persuasum est, cum in ceteris rebus ita videat usuvenire, ut plurimum fiat, quod natura intendit: quod vero hic aliter fit, id est ex accidenti, quia vires deficiunt naturam, producendo multos praestantissimos maiores iam lassatam, ut dicebamus. Rupert. — *Relinquere*. Legendum *reliquere*; operarum incuria est hoc commissum. Rivius.

Neque dono datur neque accipitur. Sic in orat. Cottae: *Ut sine dedecore cum civibus fama et fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur*. Ciaccon. — Hegesippus I. 41. *Concubina* dono datur *atque* accipitur. ibi vox *antiquus* recte abest a meis, uti et eo quo usus olim Gualtherus. vid. Isaeus in fine Orat. V. Wasse.

## CAP. XC.

Sordidum me et incultis moribus aiunt. Vid. not. ad Catil. cap. 52. §. 6. Rupert.

Neque histrionem ullum. Histriones solebant ad convivia adhiberi, ut et mimi. Quod apparet ex Plinio et aliis. Macrobius lib. II. cap. 6. *Cum iratus esse P. Clodius Decimo Valerio diceretur, quod ei nu-*

*mimum petenti non dedisset: Quid amplius, inquit, mihi facturus es, nisi ut Dyrrachium eam et redeam?* Mirum est in tanta copia et aemulatione correctorum hunc locum auctoris tam illustris corruptissimum etiam nunc vulgari. Lege meo periculo quisquis es: *Cum iratus esse P. Clodius D. Laberio diceretur, quod ei mimum petenti non dedisset.* Clodius petierat mimum a Decio Laberio, non numum a Decimo Valerio. Fundus huius emendationis est caput sequens de eodem Laberio. Coler.

Neque pluris. Illud *pretii* non omnes habent codices, nec ego quid hic eo opus sit, video. Quidam pro *pretii*, *petii* legendum putarunt, pro *emi*. certe L. Valla tolleret, ut puto, *pretii*. Paulo post: *Ibi senectutem agunt in conviviis, dediti ventri*: incertum est, ubi distinguendum, antene an post *in conviviis*. Glarean. — L. 3. Mart. Ball. *pluris coquum*: quomodo locuti Plautus, Cicero, Columella, Iuvenalis, Plinius N. Hist., Horatius, Livius, omissa voce *pretii*. unde heic infeliciter, ut solet, delendum existimat Glareanus, quasi illam nunquam retinerent. Plautus Bacchid. IV. 3. 17. mortuus pluris pretii *quam ego*. rarius quidem at ἀρχαϊκῶς. Terent. Heautont. I. 1. ad eandem formam:

*— agrum in his regionibus*
*Meliorem neque* pretii maioris *nemo habet.*

Adelph. V. 6.

*Geta, hominem* maxumi pretii *esse te animo iudicavi meo.*

Hecyr. V. 3.

*— — Aedepolne esse meam*
*Herus operam deputat* parvi pretii?
*Qui ob rem nullam misit.*

Haec Noster ex Catonis Carm. de Moribus. *Vestiri in foro honeste mos erat, domi quod satis erat*; *equos* carius quam coquos emebant. Confer Plutarchum pag. 338. Livius XXXIX. 6. *Tum* coquus vilissimum antiquis mancipium *et aestimatione et usu et pretio esse, et quod ministerium est, ars haberi* coepta. Musonius περὶ τροφῆς· Ἀλλ' ὅμως τὸ χαίρειν ἐκείνου τοῦ ἐλαχίστου, ὃν ἡδόμεθα, παρασκευὴ μὲν ὄψων γίνεται μυρίων, πλεῖται δ' ἡ θάλαττα μέχρι περάτων. *ΜΑΓΕΙΡΟΙ δὲ ΓΕΩΡΓΩΝ ΠΕΡΙΣΠΟΥΔΑΣΤΟΤΕΡΟΙ.* Wasse. — De his ipsis vide Plinium. Sed videtur Marius prisci aevi morem alludere, quo saepe villicus pro coquo fuerit. Varro Ταφῇ Μενίππου· *Nec pistorem ullum nossent, nisi eum qui in pistrino pinseret farinam.* Idem lib. I. de vita populi Rom. *Nec pistoris nomen erat nisi * eius, qui ruri far pinsebat.* Haec de pi- 305
store ideo addidi, quia Festus scribit, coquum et pistorem apud antiquos eundem fuisse. Livius lib. XXXIX. *Tum coquus, vilissimum antiquis mancipium, aestimatione et usu in precio esse, et quod ministerium fuerat, ars haberi coepta.* Coler.

Et ex parente. *Et* abest L. 2. proque *ex* habet *a.* et *ex aliis, ex* abest Commelin. L. 3. Bodl. *γ.* Mart. Venetis. Hinc orationi reverentiam conciliat Demosthenes adv. Leptin. pag. 368. *Ἀναγκάζομαι δὲ λέγειν πρὸς ὑμᾶς ταῦτα, ἃ παρ' ὑμῶν τῶν ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝ αὐτὸς ἈΚΗΚΟΑ.* Plato in Timaeo pag. 21. ἐγὼ φράσω, παλαιὸν ἀκηκοὼς λόγον, οὐ νέου ἀνδρός. Vid. Psalm. XLIV. 1. Infra: *munditias.* citat Petrar-

cha Epist. III. 10. Reg. omittit *bonis*. haeret etiam in Marg. Pemb. a manu secunda. abest *que* L. 2. Ball. WASSE.

ET EX ALIIS SANCTIS VIRIS. Comm. haud adest *ex*, neque postulat sententia. GRUTER.

DIVITIARUM: ARMA. Abest *esse* L. 2. 3. Ball. caeteri rectius servant. verba eiuscemodi congeminare amat Cato. Pro *decori* Nazar. [ut ait Grut.] initio habuit *decorum*, erasa deinde litera novissima, factumque *decora*. Mart. *decori meo*. WASSE.

MUNDITIAS MULIERIBUS. Vid. not. ad Catil. cap. 13. §. 2. RUPERT.

OMNIBUS BONIS OPORTERE PLUS GLORIAE QUAM DIVITIARUM, ARMA, NON SUPELLECTILEM DECORI ESSE. Sic in cunctis manuscriptis atque item Florentino, quamvis aliter Gymnicus; utra lectio verior, alii iudicent. RIVIUS.

CARUM AESTUMANT. Ita Cicero Offic. I. 4. Caesar B. G. V. 33. B. Civ. III. 59. Terent. Phorm. II. 2. Liv. XLII. 47. VIII. 34. XXI. 21. XXII. 42. Seneca Consol. ad Marc. XXIII. Passio Sancti Victoris Massiliensis: *cum omnium dolore carorum per summa tormenta ad interitum festinare.* Cyprianus de Lapsis pag. 135. Pontius Diaconus pag. 9. Hoc sensu *suave* et *dulce*. Petron. pag. 106. *Amici, inquit, nondum mihi* suave erat *in triclinium venire, sed ne diutius absentivus morae vobis essem, omnem voluptatem mihi negavi.* vide pag. 136. Virg. Aen. IV. 137.

*Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam*
Dulce *meum.*

cui praeiverat Sophocles in Aiace Fl.

*Ἀλλ' ἴσχε κἀμοῦ μνῆστιν· ἀνδρί τοι χρεὼν*
*Μνήμην προσεῖναι, ΤΕΡΠΝΟΝ εἴ τί που πάθοι.*

Statius Sylv.

*Sive vaporiferas - - littora Baias,*
*Enthea fatidicae seu visere templa Sybillae*
Dulce sit.

et Theb. II. 79. Sic *τὸ γλυκὺ* apud Aeschylum alicubi in Prometh. vinct. *Μή μου προκήδου μᾶσσον ὡς ἐμοὶ γλυκύ.* et apud Demosthenem de falsa Legat. *τὸ ἡδὺ* pag. 228. *ἩΔΥ πολλοὺς ἔχειν;* Homer.

*Νόστον δίζηαι ΜΕΛΙΗΔΕΑ.*

Lesbonax pag. 204. *Ἃ περὶ πλείστου ποιούμενοι, κατελιπομένη ΓΛΥΚΥ.* Theocritus Eid. III.

*Ὡς μέλι τοι ΓΛΥΚΥ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο.*

Homerus Odyss. IX.

*— — — Οὔτι ἔγωγε*
*Ἧς γαίης δύναμαι ΓΛΥΚΕΡΩΤΕΡΟΝ ἄλλο ἰδέσθαι.*

*ἡδὺ* apud Aristoph. Nub. *Οἷς ἡδὺ καὶ λέγειν.* Voce *φιλτάτων* usus in Nigrin. pag. 22. Lucianus: *Ἐλυποῦμεν ἐλελεγμένων μοι τῶν ΦΙΛΤΑΤΩΝ, πλούτου τε καὶ ἀργυρίου καὶ δόξης.* *dulcedo* autem Livius II. 54. *quod si consulatus* tanta dulcedo *sit.* vide Lucretium VI. 1264. Idem effert vocibus *amoena* et *amabilis* Plautus Stich. V. 4. *blandi* Gellius in

Praefat. *Et satis hoc blandum est, non haec neque in scholis decantata,
neque in commentariis protrita.* Thysius vel Oiselius *tolerandum* ineptis-
sime, ut saepe alias, legit; contra autem MS. Aul. Pemb. Nostrum se-
quitur Livius XXVI. 2. *Cn. Fulvio * fugam ex proelio, ipsius temeri-* 306
*tate commisso, impunitum esse: et eum in ganea lustrisque*, ubi iuventu-
tem egerit, senectutem acturum. Wasse.

Turpissumae parti. Cicero Orat. *Cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat.* Seneca de Ira II. 14. *Athletae in* vilissima sui parte *occupati.* Epictetus: Ἀφυΐας σημεῖον τὸ ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα. Huc respexit Apuleius Miles. VII. *in* novissima parte corporis *totum me periturum deflebam.* Wasse.

Quibus illa epulis cariora sunt. Sic vetus Poëta apud Nonium:

*Nam in te iucunditatis plus inest mihi,*
*Quam commercatis conquisite eduliis.* Coler.

Haec veri *ac germani* militis nota. Contra merito notatur a Tacito II. Hist. Vitellianus miles, *quod esset impatiens solis, pulveris, tempestatum.* Rupert. — Hausit Noster ex Hesiodi Scut.

— λελαιόμενοι πολέμοιο
Φυλόπιδα στήσειν. τά σφιν ΠΟΛΥ ΦΙΛΤΕΡΑ ΘΟΙΝΗΣ.

Vide simile quid in Epistola Abu Obeidah, quam ex MS. Pocock. Num. 362. in Historiam suam Saracenicam transtulit Orientalium Lingg. callentissimus Ocleius. Wasse.

Nam ubi flagitiis etc. In manuscriptis duobus est, *Nam vos flagitiis qui dedecoravere* etc. quod non sane displicet. Rivius. — *Nam ubi omnibus flagitiis.* Sic Gruteriana; nostri, Oxonienses, Carrio, non agnoscunt *omnibus*, nec in notis ille rationem eius rei reddit. Cicero II. Philipp. *Ex omnium* omnibus flagitiis *nullum turpius vidi.* Infra: *primum omnium.* ita reddit Homericum πάμπρωτον. Hegesippus IV. 8. *primo omnium.* at MS. B. Pub. recte *primum.* Livius in simili sententia omittit *omnium* XXVI. 49. *Vocatis obsidibus*, primum *universos bonum animum habere iussit.* retinet Mamertinus Paneg. III. *Nam* primum omnium, *quicquid immortale est, stare nescit.* Polyaenus IV. 3. 34. ἵνα ἀγαθὰς ἔχοιεν περὶ τοῦ κινδύνου ἐλπίδας. Wasse.

Iugurtham tutata. Nolui recedere a consensu MSS. Pall. etiam Bong. et Commel. alias haud abhorrebat animus a Carrionis *tuta.* Gruter. — *Tuta* Mart. Digb. λ. *tu* supra habet, iis calculum addiderim. Wasse.

Nam quae usque ad hoc tempus. Manuscripta, *quae ad hoc tempus*, omissa illa particula *usque*, quomodo etiam pleraque ex impressis, pro, quae hactenus Iugurtham tutata sunt. τὸ *usque* ex glossa irrepsit. Rivius.

Aetas est. L. 2. Ball. Veneta 1478. *inest m. aetas.* alii, *aetas est.*
potest utrumque abesse. Tacitus * An. II. 60. *Referebat habitasse quon-* 307
*dam septingenta millia* aetate militari. Livius tamen XXII. 11. *Quibus
liberi essent*, et aetas militaris. Infra: *vobiscum adero.* Tacitus IV. 24.
*Ipse* consultor aderat *omnibus.* *Adesse* proprie dicuntur patroni. vide

Plin. VIII. 7. 1. 5. Sueton. Aug. Huc respexit Ammianus pag. 364. 2. Brasidas Thucydideus: *Ἐγώ τε δείξω οὐ παραινέσαι οἷός τε ὢν μᾶλλον τοῖς πέλας ἢ καὶ αὐτὸς ἔργῳ ἐπεξελθεῖν.* pro *meque vosque*, quomodo Carrio aliique, L. 2. 3. Mart. Bodl. Ball. Grut. *me vosque*, atque ita in textu γ. sed supra scribitur *que.* pro *geram* L. 3. *agam.* Pemb. primo omiserat *rebus*, quod postea additum est a manu recentiore pro *laus.* Bodl. *laetitia.* Wasse.

Egomet in agmine etc. Quaedam, *atque in proelio.* manuscripta ad hunc modum: *Egomet in agmine, in proelio, consultor idem et socius periculi vobiscum adero.* Haec mihi lectio maxime omnium placet. Rivius.

Consultor idem. Sic infra: *Uti fautor consultorque adsis.* Tacitus lib. IV. *Ipse consultor aderat omnibus.* Ciaccon. — Vide notam ad Catil. cap. 20. §. 2. in f. Rupert.

Omnia matura sunt. Respexisse videtur ad illud Catonis de Re Rust. cap. 106. *Nullus sumtus est, et si sumtus esset, tamen valetudinis caussa experirer.* vel ut est in aliis, *experturus.* Ciaccon.

Tamen omnes bonos reip. subvenire decebat. Manuscripta duo, *tamen omnibus bonis.* verum perperam, ut opinor. nisi quis hellenismum esse putet, quomodo Terentius: *Ita nobis decet.* quo loco tamen interpres antiquus ait, si adderent statim infinitivum, *nos decet facere*, loqui solitos; sin minus, *nobis decet.* itaque cum hic infinitivus addatur, si quid interpreti credimus, vulgata lectio relinquenda erit. Rivius. — *Decet.* Ita quidem primo Naz. sed factum ab eadem manu *deceret*, quod et in Pal. 8. nam tert. habet *decebat*, ut et quart. ac sept. Gruter. — Ball. Pemb. *deceret.* sed *ret* a manu secunda. λ. *decebat.* γ. *decet.* Infra: *Strenuis abunde dictum.* Isaeus orat. X. pag. 574. *Ἐγὼ μὲν γὰρ ὡς εὖ φρονοῦσιν ὑμῖν ἱκανὰ τὰ εἰρημένα νομίζω.* Lesbonax orat. hortator. pag. 212. *Τοῖς μὲν γὰρ μὴ θέλουσιν ἀγαθοὺς εἶναι, μάταιον καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν.* Thucyd. V. 69. *Εἰδότες ἔργων ἐκ πολλοῦ μελέτην πλείω σώζουσαν ἢ λόγων δι' ὀλίγου καλῶς ῥηθεῖσαν παραίνεσιν.* Wasse.

Immortalis factus est. Τὸ *est* non habent exemplaria in membrana descripta. Rivius. — Carrio et nostri *nemo ig. imm.* Wasse.

Neque quisquam parens. Sumpsit Sallustius hanc sententiam ex Platone. Sic enim inquit in Epitaphio: *οὐ γὰρ ἀθανάτους σφίσι παῖδας εὔχοντο γενέσθαι, ἀλλ' ἀγαθοὺς καὶ εὐκλεεῖς.* A. Manut. — *neque* abest Bold. Ball. Mart. *optavit sed.* sententia sic supplenda: *magis quam uti boni honestique.* Wasse.

Honestique vitam exigerent. Duae voces postremae absque intertrimento sententiae eradicari poterant. Gruter.

Si timidis virtutem verba adderent. Vid. not. ad Catil. cap.
808 58. §. 2. Rupert. — In Catilina: *Compertum ego * habeo milites, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri.* et Xenophon libro tertio Cyri Paedias: *Οὐδεμία γὰρ οὕτως ἔσται καλὴ παραίνεσις, ἥτις τοὺς μὴ ὄντας ἀγαθοὺς, αὐθήμερον ἀκούσαντας, ἀγαθοὺς ποιήσει.* A. Manut.

## CAP. XCI.

Huiuscemodi oratione habita. An non abundat *habita?* Grut.

Manlium. Plinius lib. XXXIII. cap. 1. *Manilium* vocat. A. Manut. — Hic, ut opinor, in aureo numismate L. Sullae Quaestor describitur, cum hac inscriptione: A. MANLI. A. F. Q. et fortasse L. Manlii frater est, qui in argenteis denariis, L. item Sullae, PRO Q. dicitur hoc titulo: L. MANLI. PRO Q. Ursinus. — Sic et manuscriptum. ceterum Plinius Manilium vocat, qui legatus C. Marii fuerit Iugurthino bello; quam recte, alii viderint: mihi librarii errore commissum hoc videtur, ac proclivis error fuit propter affinitatem vocum: tu, si lubet, Plinium vide lib. XXXIII. 1. Rivius. — Vox *legatum* abest soli Regio, retinet Noster cap. XCV. Wasse.

Capite censos plerosque. Agellius XVI. cap. 10. Ciaccon. — Huc respicit Quintilian. Decl. III. pag. 33. *Quanta cura robora militum legeris Imp. ut hostibus prope humanas vires excedentibus opponeres parem delectum, vel ex eo manifestum est, quod cum scires* non ex censu esse virtutem, praeterita facultatum contemplatione, *vires tantum animosque spectasti.* vocem *tantum* non agnoscunt membranae Ioannenses. caeterum illa, *robora militum*, ex Livio hausit. *Robora virorum cerno*, inquit Hannibal, Miltiades apud Graecos primus armavit servitia, teste Pausan. in Achaicis. Vid. Iustin. III. 5. Romani post pugnam ad Thrasimenum. Vid. Liv. Flor. II. 6. 23. confer Merulam in notis ad Ennium, Gellium XVI. 10. et Nonium in voc. *proletarii.* Wasse. — Vid. not. phil. ad Flori lib. III. cap. 1. §. 13. et adde Lips. I. de Mil. dial. 2. Rupert.

Egentissimus quisque opportunissimus. Vid. not. ad Catil. cap. 37. §. 2. Aliam tamen huius facti C. Marii causam reddit Val. Max. lib. II. cap. de Institutis antiquis, ne scil. a militibus locupletibus sperneretur, ipse olim capite census, et qui manuum mercede inopiam in iuventute toleraverat: *Civis*, inquit, *alioqui magnificus, sed novitatis suae conscientia, vetustati non sane propitius, memorque si militaris ignavia humilitatem spernere perseveraret, se a maligno virtutum interprete veluti capite censum imperatorem compellari posse. Itaque fastidiosum delectus genus in exercitibus Romanis obliterandum duxit, ne talis notae contagio ad ipsius quoque gloriae suggillationem penetraret.* Quod dum lego, venit mihi in mentem, quod de Hercule refert Athenaeus lib. VI. Quum is esset spurius, factum, ut Athenis in templo, cui nomen Cynosargis, etiam spurii in ordinem sacerdotum cooptarentur. Rupert.

Neque sua cara. In manuscriptis omnibus est, *cui neque sua curae*, quomodo et Florentinum. Rivius. — *Curae.* Commelinianus refert *cura;* additumque, *cara.* et vero *cara* restat in omnibus item MSS. hoc modo nempe: *cui neque sua cara;* solum Pal. sextus, *cui neque sua cura;* ut item editio prima. Gruter. — * Sic primo Pemb. postea 309
factum *cara*, sed manu recenti. λ. *cara* in textu, et a prima manu. sic Venetae. Mart. Bodl. Ball. Reg. L. 2. Grut. et Carrio *curae.* et sic

Riviani omnes et Florentinum. sane *cara* aeque Sallustianum est, et frequentius opponitur *honesto.* Tacitus An. I. 67. *At victoribus decus, gloriam, quae domi* cara, *quae in castris* honesta. sed et egentissumis, inquies, sunt sua cara, liberi, coniuges. verum haec obiectio contra utramque lectionem militat. Nam liberi, coniuges etc. curae esse debent. Gellius: *Ut lubido cuiusque erat.* et, *celebratusque.* Infra: *quippe quae.* ita Codd. et Apuleius Apolog. pag. 293. *Quos tamen nullos ad testimonium produxere;* quippe qui nulli fuerunt. Wasse.

Maiore numero. L. 2. *m. manu.* Noster Catilin. *maximas hostium copias* parva manu *fuderit.* sed aliter visum MSS. λ. *aliq. n. maiore.* Infra: *capi aut occidi.* lubens delerem *aut,* quod tamen universos codices insedit. illud autem omittunt Noster CVIII. Liv. VII. 33. Idem autem copulam adhibet IX. 27. *omisso certamine* caedi capique *Samnites.* Wasse.

Audita animus. Com. et Pal. quint. *animis.* Gruter. — Bodl. quoque, pereleganter: Noster alibi: Quantis animis *ierit in P.* infra de pluribus, quod usitatius, XCIII. *Laetissumis* animis *excipitur.* Hirtius B. Civ. I. 15. *Cunctae earum regionum praefecturae* libentissimis animis *eum recipiunt.* Tacitus An. III. 49. *Quanto rarior apud Tiberium popularitas, tanto* laetioribus animis accepta. sic illi. verum Codd. Sallustii *excipitur.* Apollonius Collatius pag. 732.

> — — — *urbem*
> *Ingreditur, magno populi* excipiente *favore.*

Seneca Hippol.

> *O socia thalami, siccine adventum viri*
> *Et expetiti coniugis* vultum excipis?

*Amplexu* excipere Ovid. Epist. et Colum. Excipere *brachiis.* Claudian. *domus* Excepit *reduces.* ita etiam Silius aliique. λ. *accipitur.* sic primo Reg. supra *exc.* uti et Gruteriana. quam haud invitus sequor. Caeterum quod Metellus in hoc negotio, Antonia in funere Germanici fecit. Tacit. III. 3. *Matrem Antoniam* etc. *ullo insigni officio functam, seu valetudine praepediebatur, seu victus luctu animus magnitudinem mali* perferre visu *non poterat.* Uterque sapienter; quoniam, ut ille:

> *Segnius irritant animos demissa per aurem,*
> *Quam quae* sunt oculis subiecta.

inde Pyrrhi scelus exaggerat Priamus Aen. II.

> — *Qui nati* coram *me* cernere *letum*
> *Fecisti, et patrios foedasti funere* vultus.

Liv. III. 51. *Et immisti turbae militum togati, quum eadem illa querendo docendoque quanto* visa *quam* audita indigniora *potuerint videri.* Wasse.

## CAP. XCII.

Ceterum alia levia aliis. Leg. credo, *Ceterum levia, alia aliis locis facere.* Ciaccon.

Novi milites sine metu pugnae adesse. Quemadmodum fere

solent tirones. *Inexpertis* * enim, ut ille ait, *dulcis est pugna*. Hinc 310
de Pallante suo miser senex Euander apud Virg. lib. XII.

*Haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis,*
*Et praedulce decus primo certamine posset.*

Ceterum tironibus praelium cupientibus non temere fidendum monent, qui de re militari scripserunt, ac differendum esse certamen, si exercitati bellatores metuunt dimicare. Ac licet tirones in campicursione, in sagittando, in iaculando, in ordinanda acie etc. ad plenum fuerint eruditi, ne sic quidem temere occasione captata, ad publicam deducendos esse pugnam, sed ante minoribus praeliis imbuendos praecipit Veget. III. de R. M. 9. RUPERT.

ET ALIA OMNIA TEGI. Vox *alia* non visitur in Commeliniano. GRUTER.

NOVI VETERESQUE COALUERE. Sic in orat. de Rep. ordin. *Concordia inter veteres et novos coalescat*. CIACCON. — L. 3. *corruere*, male. vide Livium L. 2. Iustin. XXXI. 3. et Cat. VI. WASSE.

MOX REFUSOS HOSTES INVADI POSSE. Vide not. ad h. l. cap. 54. §. 7. et Indices nostros in Iustin. et Flor. in verbo *Securitas*. RUPERT.

LAXIUS LICENTIUSQUE. Sic libri et Priscian. pag. 1185. Plato *Πολιτ. γ. Μαλακώτεροι αὖ γίνονται ἢ ὡς κάλλιον αὐτοῖς*. pro ἢ ὡς προσήκει, apud eundem. infra Bodl. *adtendere*. WASSE.

## CAP. XCIII.

METELLUS INTEREA. Paterculus lib. II. *Metelli tamen et triumphus fuit clarissimus et meritum, virtutique cognomen Numidici inditum*. COLER.

LAETISSIMIS ANIMIS EXCIPITUR. Solebant Imperatoribus plebs patresque obviam ire, ac laetitiam suam hoc modo testari. Cicero in Pisoniana: *Unus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, quo in patriam redii, quum senatum egressum vidi P. Q. R. universum, cum mihi ipsa Roma, prope convulsa sedibus suis, ad complectendum conservatorem suum procedere visa est.* Sed et ibidem Pisonem exagitat, quod illi ex Macedonia redeunti Romamque adventanti nullus obviam venerit. *Sic*, inquit, *iste a tanto exercitu, tanta provincia, triennio post Macedonicus Imp. in urbem se intulit, ut nullius negotiatoris obscurissimi reditus fuerit desertior*. Legenda sunt etiam, quae de Catone, e Cypro redeunte, produnt Vell. lib. II. et Plut. in eius vita. RUPERT. — *Accipitur*. In manuscriptis est *excipitur*, id quod rectius esse puto. nec in Beroaldino secus. RIVIUS.

POSTQUAM INVIDIA DECESSERAT. Noster alibi: *Demtis obtrectatoribus, ipsa se virtus magis magisque extollit*. RUPERT.

EXPLORARE ITINERA REGUM. Vid. not. ad Flori lib. II. cap. 12. §. 5. et lib. III. cap. 4. §. 4. RUPERT.

TUTUM PATI. Sic 108. *Neque fugere neque* quietum pati. et 70. *Nihil* intactum neque quietum pati. confer Septimium II. 28. Hegesipp.
I. * 30. Reddenda etiam vox sua Palladio Ian. XV. *Locis frigidis*, 311

*ubi metus est de pruina* etc. *ubi iam* tempus *videbatur ut debeant germinare.* Codex C. C. C. *tutum.* Alterutrum certe ex glossa. Huc spectat Ambrosius Serm. LXXIX. *Nihil* tutum, *nihil otiosum, nihil* patitur *esse* securum. etiam Livius XXXIX. 1. WASSE.

EX NOSTRIS SOCIIS PRAEDAS AGENTES. Manuscripta, *ex sociis nostris;* ut sequatur pronomen, quomodo et impressa pleraque. RIVIUS. — Abest pronomen Pemb. *praedam* Reg. WASSE.

ITINERE. Ante cusi *in itinere.* sed non visitur praepos. in membranis tribus melioribus. GRUTER. — Abest in Venet. 1470. Ball. L. 2. 3. caeteri tenent. WASSE.

CIRTA. Vid. supra cap. 21. WASSE.

QUAE POSTQUAM GLORIOSA MODO, NEQUE BELLI PATRANDI COPIAM COGNOVIT. Priscianus hunc locum citans XVIII. *copiam* omittit, et *caussam* subaudiri testatur. mihi quoque sic legendum videtur: *neque belli patrandi cognovit;* ut subaudiatur *esse.* pro, *non spectare ad conficiendum bellum, non facere ad bellum patrandum.* quomodo Hirtius de Bello Alexand. *Multa contra morem consuetudinemque militarem fierent, quae dissolvendae disciplinae severitatisque essent.* pro, *quae pertinerent ad dissolvendum disciplinam.* Eodem modo Livius interdum; velut quinto ab U. C. *Quid illos aliud aut tum timuisse creditis aut hodie turbare velle, nisi concordiam ordinum? quam dissolvendae maxime tribuniciae potestatis rentur esse.* Idem VII. dec. III. *Nam tum quidem quae temere agitassent, ea prodendi imperii, tradendae Hannibali victoriae esse.* pro, *spectare ad tradendam victoriam.* RIVIUS. — Alii *Quae postquam gloriosa facta sunt, neque belli patrandi* copiam *cognovit*, castigarunt, adiuti, ut opinor, ab antiquis libris. Sed ea mihi displicet lectio. nam duo haec verba *facta* et *sunt* ab imperito, qui sensum parum integrum credebat, addita sunt, nonnulla item desunt, sine quibus sensus perfectus non est. Conservandam igitur puto priorem hanc lectionem, eoque minus immutandam, quod et Priscianus lib. XVIII. ita legat. Verba eius haec sunt: *Romani quoque frequenter hac praetermissione utuntur in genitivo nominum, quae supinorum terminationes habent; ut: populi servandi laborat, Reipublicae defendendae periclitatur. deest* caussa. *Sallustius in Iugurthino: Quae postquam gloriosa modo, neque belli patrandi cognovit.* Sensus autem hic est: Marius cum res bellicas strenue prudenterque gereret, et nihil Iugurtha agere, nihil moliri posset, quin consiliis et insidiis eius anteveniret, ea praeclara facinora gloriosa ei quidem fuere, non tamen belli patrandi copiam praebuere. C. POPMA. — *Neque belli patrandi.* His verbis haec est subiecta sententia: *Neque ad bellum patrandum pertinere cognovit.* A. MANUT.

OPPORTUNISSIMAE. Suspectam habeo vocem, ac si esset invecta ab librariis. GRUTER. — Grutero accedimus et nos. Tacit. Hist. IV. 7. 8. *Suis quisque locis pugnam ciebant; Gallos pro libertate, Batavos pro gloria, Germanos ad praedam instigantes: et* cuncta pro hostibus erant, *donec legio una et vicesima, patentiore quam caeterae spatio conglobata,*
312* *sustinuit ruentes.* Curtius etiam IX. 9. *Pedites parumper addubitavere, an in urbem subducerent copias; quippe* pro equitibus planities erat. WASSE.

Id simulaveritne, quo inprovisus gravior accederet. Ita V. C. et ita infra, ubi est: *Ac statim profecti, quia de improviso accesserant dubio atque haesitante Iugurtha.* Alii tamen libri habent *acciderel*, quomodo Caesar lib. III. de Bell. Gall. cum ait: *Et tela emissa a Gallis gravius acciderent.* Ciaccon. et Ursin. — Pemb. *id se.* sed *se* a manu secunda locum mutavit. et sic λ. infra: *castellaque. que* abest Pemb. caeteri, Carrio, etiam Grut. agnoscunt. Wasse. — Bene et ex arte imperatoria Bocchus. Livius lib. III. cap. 8. *Nec opinata res plus trepidationis facit.* Curt. lib. VIII. *Etiam capacia bonae spei pectora et saepe se experta, improviso tamen pavore percutiuntur.* Veget. lib. III. cap. 26. *Subita conterrent hostes, usitata vilescunt.* Rupert.

Accederet. Non improbem *acciderel*, quod est in Pal. Naz. vocis tamen huius nullum in nono vestigium. Gruter. — Caesar B. G. III. *tela missa a Gallis* gravius acciderent. Noster tamen infra: *quia de improviso* accesserant. huius rei rationem reddit Heliodorus II. pag. 103. *Συμφορᾶς γὰρ τὸ μὲν ἀπροσδόκητον, ἀφόρητον, τὸ δὲ προεγνωσμένον, οἰστότερον· τὸ μὲν γὰρ ἡ διάνοια φόβῳ προληφθεῖσα κατέπτηξε, τὸ δὲ ἡ συνήθεια τῷ λογισμῷ διήτησε.* Plutarchus Consol. ad Apoll. pag. 112. *Ἀλλ' οὐ γὰρ ἤλπιζον, φησί, ταῦτα πείσεσθαι, οὐδὲ ΠΡΟΣΕΔΟΚΩΝ. Ἀλλ' ἐχρῆν σε προσδοκᾶν καὶ προκατακεκρικέναι τῶν ἀνθρωπείων τὴν ἀδηλότητα καὶ οὐθένειαν, καὶ οὐκ ἂν νῦν ἀπαράσκευος ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων ἐξαίφνης ἐπελθόντων ἐλήφθης.* de animi Tranq. pag. 474. *Ὁ μὲν οὖν Καρνεάδης ἐπὶ πραγμάτων μεγάλων ὑπεμίμνησκεν, ὅτι πᾶν καὶ ὅλον ἐστὶν ΕΙΣ λύπην καὶ ἈΘΥΜΙΑΝ ΤΟ ἈΠΡΟΣΔΟΚΗΤΟΝ.* Scriptum illud Carneadis in commentarium retulit Clitomachus, ut id obiter moneam; testis Cicero III. Tusc. 28. qui multis contra hanc Cyrenaicorum sententiam disputat. vide etiam III. 13. Livius I. 11. *Novissimum ab Sabinis bellum ortum,* multoque id maximum fuit. *Nihil enim per iram aut cupiditatem actum est.* nec ostenderunt bellum prius quam intulerunt. III. 8. Nec opinata *etiam* res plus trepidationis *fecit.* Hinc Aeneae cuncta discrimina leviora, quia non improvisa:

*— — non ulla laborum*
*O virgo*, nova *mi* facies inopinave *surgit:*
*Omnia praecepi, atque* animo *mecum ipse* peregi.

Haec a Musaeo derivata putat Gellius, mihi autem pro fonte erit Euripides:

*Ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ Σοφοῦ τινὸς μαθὼν*
*Εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην*
*Φυγάς τ' ἘΜΑΥΤΩι ΠΡΟΣΤΙΘΕΙΣ πάτρης ἐμᾶς*
*Θανάτους τ' ἀώρους καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς,*
*Ἵν' εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐδόξαζον φρενί,*
*Μή μοι ΝΕΑΡΟΝ ΠΡΟΣΠΕΣΟΝ μᾶλλον δάκῃ.* Wasse.

## CAP. XCIV.

Metu, aut praemia ostentando. Sic supra: *formidine aut ostentando praemia.* Ciaccon.

Avortere. Sic Naz. pro *avertere*, ut passim antea editi. Gruter.

Gerebat. Vox *gerebat* Gronovio non placet, neque mihi. cetera sine ea pulchre cohaerent: *mediocria castella* etc. Bodl. *mediocriter gerebat*. λ. *mediocriter agebat*. Wasse.

313 In manus venturum. Supra: *Si qui in manus* * venerant *obtruncare*. Livius: *ubi* ad manum venisset *hostis*. Ciaccon. — Libentius legerem, *ad manus venturum:* quomodo habent quidam impressi codices. et ita sane loquitur etiam Cic. in Verr. orat. VII. *Nonnunquam etiam res* ad manus *atque ad pugnam veniebat*. Castil.

Oppidum magnum atque valens, nomine Capsa. Ptolemaeus *Capsae* meminit ad occasum Tritonidis paludis. Strabo libro ultimo [et Oros. V. 15. W.] ait, Iugurthae thesauros fuisse in eo oppido: cum hic noster auctor in oppido Suthul eos fuisse supra dixerit. Fieri autem potuit, ut in diversis locis, firmis ac munitis, thesauros suos habuerit Iugurtha, ut de Thala quoque supra dicit, pleresque eius thesauros ibidem fuisse. Sed mirum est commentatores nostros ne unius quidem loci meminisse quem explicarent, unde lux auctori maior accederet. Sat est si dicant, fuisse civitatem Numidiae. Mox: *nam praeter oppido loca propinqua:* temere haec in Aldino codice mutata sunt, nempe in hanc lectionem: *nam praeter oppida propinqua*. Neque enim verisimile est, oppida illi oppido propinqua fuisse, sed loca quaedam, ut villas, vicos etc. Glarean. — Vulgati libri: *Oppidum magnum atque validum*. Nos pro *validum*, *valens* reposuimus, duorum MSS. Codd. fidem secuti, idque antiquitatem sapit. et eodem in libro *opulens*, non *opulentum*, dixit Sallustius. C. Popma. — *validum* Gruter. *valens* nostri. Wasse.

Levi imperio. Vide Berneco. in Iustin. lib. V. cap. 1. §. 11. Freinsh. in Curt. lib. IV. cap. 7. §. 1. Virdung. ad Agricolam Taciti cap. 7. Freher. in Petr. de Andlo lib. I. cap. 3. E quorum virorum observationibus discere possunt principes, *remissius imperantibus melius pareri*. Adde Polyb. lib. I. cap. 72. Eryc. Putean. in lib. VI. Hist. Ins. pag. 321. n. 12. Bern. in Tuba Pacis pag. 31. Berneccerus mavult *leni*, nota ad Iustinum, quam citavimus. Rupert.

Fidelissumi habebantur. Magis officit huic loco dictio postrema, quam prosit. Gruter.

Muniti adversum hostes. Manuscriptum *advorsum hostes*. id antiquario convenire magis videtur. Rivius.

Nam, praeter oppido propinqua loca, alia omnia vasta, inculta, egentia aquae, infesta serpentibus. Hic quidem quadra illa orationis postulat: *nam praeter oppidum propinqua*, *alia omnia vasta incultu*, *egentia aquae*, *infesta serpentibus*. Sic prope arbitrabar scribendum apud Terentium:

*— praeterea una ancillula*
*Erat, ea texebat una pannis obsita,*
*Neglectu, inmundu, illuvie.*

obsita pannis, neglectu, inmundu, illuvie. *Pannis*, hoc ad vestitum: *neglectu*, hoc ad capillum: *inmundu*, ad aurum atque argentum: *illuvie*,

ad imbalnitiem, quam appellat Lucilius. *Inmundum* autem Plautus Mercatore dixit Act. I. Sc. 1.

*Adeo arte cohibitum se esse a patre:*
*Multo opere immundo rustico se esse exercitum.*

quamvis *in mundo* duabus dictionibus legi malim. In eodem Sallustii exemplo ex Thosano legendum est: *leni imperio et ea fidelissimi habebantur*. scriptura tuta auctoritate antiquitatis: apud quos *ea* pro *propterea* notum. Asinaria Act. I. Sc. 1.

*Istud dictum tibi non amplius irascor.*

Sic scripsit Plautus; sensit, *propter istud dictum*. Numero multitudinis Persa:

*Cum bene nos, Iuppiter iuvisti, diique alii omnes coelipotentes,*
*Ea vobis grates habeo, atque ago.*

Palmer. — Legendum, * *praeter opido propinqua*, uti ex manuscriptis duo habent; ut de locis loquatur *opido vicinis*, vel quae circa *opidum sint*. quomodo Tacitus dixit: *Per urbem et urbi vicina conquisiti*. Sic sensus exposcit. quamvis Fabricianum, *praeter opidum propinqua*. Rivius. — Palmerius e Thosano reponit *leni*, cui favet Ball. delet et *ob*; at clare *levi* γ. λ. Venetae. in caeteris nescias utrum hoc an illud. Plautus Capt. V. 3. 314

*Nunc servitus si evenit, ei vos morigerari mos bonus est,*
*Eamque* herili imperio, *ingeniis vostris* levem *reddere*.

E contra *levia imperia* apud Horat. I. Ep. Tacitus autem receptam lectionem tuetur I. 31. *in finibus Ubiorum* habebantur *per otium aut* levia munia. ibi apparet verbum *habebantur*, quod Grutero tantopere displicet. Infra *immunes*, ἀτελεῖς Glossae. *immunis* et *vectigalis* contraria. sic Cic. V. Verrin. Ambrosius in Hexaëm. V. 24. *Repetunt diversae aves aviaria sua, quas vesper nocte cogit discedere, et se in latibulis suis abdunt, canoro occasum diei carmine prosequentes,* ne immunes *abeant* gratiarum *quibus Creatorem suum omnis creatura collaudat*. i. e. *non soluto laudum tributo*. Hoc pacto falsus ille Smerdis apud Herodotum populi benignitatem allexit III. 19. *προεῖπε ἀτελήϊην εἶναι στρατηΐης καὶ φόρου*. confer etiam Caesarem B. Gall. VII. 76. Wasse.

Omnia vasta, inculta, egentia etc. Sic referunt membranacei nostri, malimque quam *incultu*, quod nupere inculcatum editionibus nostris; nam *vastum* est *incultu*, quod cultu tamen fertilescere potest, id non contingit locis sabulosis, locis ab aquis sterilibus, qualia ista. Gruter. — Claudian. IV. Cons. Hon.

— *per* vasta *cucurrit*
*Aethiopum*. Wasse.

Egentia aquae. Alibi ait, *aquae penuria*. Apuleius Met. I. *Civitatem summo vertice montis exasperati sitam, et ob id* ad aquas sterilem. Wasse.

Inopia cibi acrior. Vox *cibi* abundare videtur. Ciacc. et Ursin. — omittit L. 3. Wasse.

Ipsa perniciosa. Ar. L. 2. 3. λ. Ball. omittunt *ipsa*; male. *ipsa* enim hoc in loco valet *cum per se sit*, vel *omnino*. Cicero: *Triginta*

*dies erant* ipsi, *cum dabam has literas.* Servius ad Georg. III. 434. *quod genus siti.* Nicander Ther. pag. 8. ed. 1557.

*Εἰ δέ που ἐν δακέεσσιν ἀφαρμάκτῳ χροῒ κύρσῃς*
*Ἄχμηνος σίτων, ὅτε δὴ κακὸν ἄνδρας ἰάπτει.*

infra:

*Ἢ ὅτε σὺν τεκνοῖσι θερειομένοισιν ἄβοσκις*
*Φωλειοῦ λοχάδην ὑπὸ γωλεὰ δίψας ἰαύει,*
*Ἢ ὅτε δὴ λίπτῃσι μεθ' ὃν νόμον.*"

dein:

*Μὴ σύγ' ἐνὶ τριόδοισι τύχοις.*

Virgil. Georg. III. 432.

*Postquam exusta palus, terraeque ardore dehiscunt,*
*Exsilit in siccum et flammantia lumina torquens*
*Saevit agris*, asperque siti atque exterritus aestu:
*Ne mihi tum molles sub divo carpere somnos,*
*Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas.*

Lucan. IX.

*Alliciunt gelidas nocturno frigore pestes:*
Innocuosque diu rictus *torpente veneno*
*Inter membra fovent.*

quo in loco:

*Et gravis in geminum* surgens *caput Amphisbaena.*

Codex B. Pub. et Isidorus Hispalensis *vergens.* sane *vergo* idem quod *desino.* Cicero: *Omnibus eius partibus in medium* vergentibus. Sed re-
315 tinendum *surgens;* nam illud Virgilii expressit: *surgentem * in cornua cervum.* firmat Solinus pag. 61. *Amphisbaena* consurgit in caput geminum. Eius formam et indolem depingit Nonnus Dionys. V. pag. 149.

*Δίστομος Ἀμφισβαινα μέσῳ μηρύεται ὁλκῷ*
*Ἰὸν ἀποπτύουσα δι' ἀμφοτέροιο καρήνου.*
*Ἀμφελελιζομένη, μελέων ἑτερόζυγι παλμῷ*
*Ἐς κεφαλὴν δὲ κάρηνον ἐφερπύζουσα συνάπτει,*
*Λοξῇ καμπύλα νῶτα περισκαίρουσα πορείῃ.*

Vide Lucianum de Dipsadibus pag. 924. Est et alius eiusdem poetae locus, quem ob materiae affinitatem, tum quia mendosus est, adducere non gravabor. IV. 724.

*Aspidas ut Pharias cauda sollertior hostis*
*Ludit, et iratas incerta provocat umbra:*
*Obliquansque caput vanas serpentis in auras*
*Effusae* toto *comprendit guttura morsu.*

Codex Caiensis, uti et B. Pub. *tuto.* Ita legendum suadent sequentia:

*Letiferam* citra saniem: *tunc* irrita pestis
*Exprimitur, faucesque fluunt* pereunte veneno.

Sed caudam eos aeque ac fauces petere atque ita in flumen trahere narrat Strabo lib. XVII. Nec verum est quod ait Noster de serpentibus bestiis solummodo, sed de omni genere ferarum. Apuleius VI. 178. *Nec vero istius orae contra formidabiles oves feras aditum, quoad de solis flagrantia mutuato calore,* truci rabie solent efferri. Codex Paraei *efferoi*

unde aliquando coniecceram *efferari*. infra Met. IX. *Certe venenatis morsibus contacta nonnulla iumenta, efferari iam simili rabie.* Apolog. I. pag. 318. *neminem tyrannide efferavit.* Ammian. XXIV. 4. *Quo efferati gaudio.* De leonibus Ammian. XVIII. 7. *At ubi solis radiis exarserit tempus, in regionibus aestu ambustis, vapore sideris, agitantur sic, immaniaus efferescunt.* WASSE.

QUAE PROCUL A MARI INCULTIUS AGEBAT. In Veneto ac plerisque aliis non est additum *a*. Cicero fere in similibus praepositionem addit, velut: *Insula Delos tam procul a nobis.* Idem: *Procul a terra abripi.* et: *Non procul a suis finibus.* nisi ubi poetice loquitur, ut in Arato: *Et procul Arcturo.* Item in Epistolis e poëta quopiam: *Patriis procul.* Plinius tamen V. capite 9. ubi Nilum ait originem habere in monte inferioris Mauritaniae: *Non procul Oceano*, inquit. et Curtius IV. *Procul hostium conspectu.* Paullo post: *Haud procul Carthaginis muris locaverant castra.* et: *Haud procul munimentis urbis emersit.* et postea: *Iamque haud procul Memphi erat.* Idem V. *Haud procul moenibus fluxerat.* et IX. *Haud procul amne per quem erat navigaturus.* Idem tamen praepositionem interim addit. velut V. *Qui haud procul ab urbe tendebat.* et IX. *Haud procul a Perside aberant.* sed et X. *Esse haud procul a continenti insulam palmis frequentibus consitam.* nisi quis mendum forte subesse putet. RIVIUS. — Carrionis et Gruteri edd. *p. a mare.* vide quae supra notavimus. WASSE.

LACTE ET FERINA VESCEBANTUR. Manuscripta, *ferina carne*; sed mihi prior lectio magis arridet, ut subaudias substantivum, quomodo Virgilius I. Aeneidos:

*Implentur veteris Bacchi pinguisque ferinae.*

Ita fere dicimus, *suilla, bubula, caprina*, ut subaudiatur *caro*. Linacer tamen cum manuscripto facit, ut et ex impressis quaedam. Sed et supra Sallustius, *Quis cibus erat caro ferina*, inquit, de Gaetulis loquens. RIVIUS. — Nonnulli manuscripti et impressi codices *Lacte et ferina carne vescebantur* habent. Ego dictionem *carne* numquam a Sallustio scriptam fuisse arbitror, sed ab imperito quodam, qui tamen sibi valde doctus videretur soloecismum committi existimans, additam: ignorant saepe apud probatos auctores soloecismum inveniri, ut in hoc versu Virgilii:

*Implentur veteris Bacchi pinguisque ferinae.*

debet enim *carnis*. Sic apud Ciceronem de Divinatione in Verrem: *Si quis vestrum, iudices, aut eorum qui adsunt, forte miratur, me, qui tot annos in caussis iudiciisque publicis ita sim versatus, ut defenderim multos, laeserim neminem, subito nunc mutata voluntate, ad * accusandum* 316
*descendere.* Toto enim hoc exordio soloecismi species continetur, nisi addas *et* aut *idem*, ut sit: *et subito nunc mutata voluntate ad accusandum descenderim*: id quod Pedianus quoque observavit. C. POPMA. — Haud aliter MSS. Pall. addita voce *carne*, quam tamen cum Rivio mallem abesse. GRUTER. — Retinent libri et Noster infra, idque rectissime, et ἀρχαϊκῶς. sic vestis *contexta* ferina, apud Lucretium. Columella Prooem. 10. *Largior tamen pauperibus fuit usus epularum, lactis copia ferinaque ac domesticarum pecudum* carne. Sallust. Iug. XII. *occultans*.

*se tugurio* mulieris ancillae, vide, quae ad locum annotavimus. Inde: *salem neque alia.* L. 2. omittit *alia*, sed inepte. Caeteri et Charisius pag. 82. agnoscunt. firmat Auson. Technopaeg.

Irritamentum, *quibus* additur *aequoreum* sal.

vide Pausan. in Atticis. Plutarch. Sympos. VI. Q. 10. Columellam Praefat. Strabonem XVII. pag. 835. si vocem *gulae* omisisset, auctore Tacito id fecisset. III. 54. *Cur ergo olim parsimonia pollebat? quia sibi quisque moderabatur: ne* irritamenta *quidem eadem.* verum et libri et ille alibi retinuit. Vid. Hist. II. 62.* atque ita Ammianus pag. 520. confer Sulpicium Dialog. I. 8. Salis et vini usum ignorasse aetate sua Sarracenos ait Ammianus. Confer Eustath. Odyss. XI. 122. Wasse.

Cibus illis adversus famem etc. Codex Fabricianus, *adversus famem et sitim.* quomodo et ille Parisiis a Badio impressus. Utrumque apud Ciceronem atque alios primae notae scriptores reperitur, *adversus* et *adversum.* At in exemplari Veneto, Argentoratensi, aliis plerisque est additum quiddam, quod in superioribus, si minus necessarium est, abest; si opus est, deest: *Cibus potusque illis adversus famem atque sitim.* videlicet ut *cibus* ad famem, ad sitim *potus* referatur. Mihi utra lectio verior, haud dum satis liquet. nisi si quis adeo probandam esse ducat lectionem vulgatam, quod et cibi pariter et potus vicem praebeat lac, quo illi fere vescebantur. qua de caussa iidem et *γαλακτοφάγοι* dicebantur, quasi dicas, *lacte vescentes.* atque item *γαλακτοπόται*, sicuti lib. VII. testatur Columella, quo loco *nationibus quibusdam frumenti expertibus victum commodare lac* docet. Rivius. — O beatas gentes! Vos mortalium ceteri,

*Discite, quam parvo liceat producere vitam,*
*Et quantum Natura petat!*

ut illud Lucani huc traham. Beatas vero agnosceret etiam Seneca qui epist. 25. *Panem et aquam natura desiderat; nemo ad haec pauper est; intra quae quisquis desiderium suum claudit, cum ipso Iove de felicitate contendat.* Vide ibi Lipsium. Ruperti.

## CAP. XCV.

Credo Diis fretus: nam contra tantas difficultates consilio satis providere non poterat. Quamvis bona fortuna seu felicitas sit fere comes consilii et rationis: tamen paulo benignius eandem quibusdam a Deo attributam esse, negari non potest. Constat enim esse quosdam hoc astro, ut iis ad amplitudinem et gloriam et ad res magnas gerendas divinitus adiuncta fortuna videatur et, ut verba M. Tullii usurpem, *etiam venti tempestatesque obsecundent.* Contra *sunt quidam fataliter infelices*, ut diximus ad Iustini lib. XXVII. cap. 2. §. 5. Quam inaequalitatem fortunae in hominibus poëta Graecus apud Stobaeum Serm. 103. deplorat hisce: *Papae! quam inaequales sunt mortalium fortunae. Alii enim prospere agunt, aliis calamitates durae adhaerent, quamvis pii sint erga Deos et vitam omnem diligenter et provide cum iustitia agant, sine dedecore.* Quae cum ita sint, ad aliquod publicum negotium *bene*

feliciterque gerendum, sive e sententia conficiundum, prudenter feceris, si non solum prudentem, sed et felicem, sive cuius prudentiae et virtuti crebro etiam fortuna subscripserit et aspiraverit felicitas, socium tibi delegeris. Adde not. ad Flori lib. IV. cap. 2. §. 37. Rupert. — Volumen Fabricianum, omissa illa particula *contra*, * *nam difficultates tan-* 317
*tas* etc. haud scio an perperam. nisi quis *providere* pro eo quod est *praecavere tantas difficultates* positum velit. quomodo Terentius in Andria: *Quae si non astu providentur.* pro *caventur*, *vitantur.* ut adnotavit ibidem interpres. Mihi vulgata lectio bene habere videtur, ac potest incuria librarii τὸ *contra* omissum esse; nam in aliis manuscriptis est. Rivius. — Comparet in omnibus MSS. illud *contra*; itaque Fabriciano codici casu abesse putarim, non de industria. Gruter.

Natum fuerat. *Nasci* etiam de inanimis. Varro I. R. R. cap. 17. Nata herba *ad spem foenisecine.* Virg. Ovid. Celsus II. 18. *Quod aut nimis humido aut nimis sicco nimiumque aut frigido aut calido* natum est. Varro: *Ad summum parum illi bona* lana nascebatur., *arietes a Tarento emit, et eos curavit in gregem. Mel Atticum ut domi* nasceretur, *apes ab Athenis iussit adferri.* Lex Licinia apud Gellium II. 24. *Si quicquam esset* natum *e terra, vite, arbore, promisse atque indefinite largita est.* Sic Graeci: ἀπὸ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου. Plato in Axiocho: Ἄφθονοι μὲν ὧραι παγκάρπου γονῆς βρύουσι. hoc modo voce *creat* utuntur Latini. Seneca de Ira II. 15. aliique. Supra pro *quod Numidae* Vella VI. 41. Mart. Pemb. *quia N.* Wass.

Ea tempestate. Illa *ea tempestate* videntur a glossa. Gruter. — *ager autem* etc. citat Nonius pag. 498. Wass.

Expeditis ad. L. 2. omittit *expeditis* et L. 3. *ad*, eleganter. Wass.

Oppidum Laris. Sic et MSS. in quibusdam *Larim.* sed perperam. Rivius. — Si ita legas, erit *Laris* patrius casus, ut apud Virgil. *urbem Patavi*, id est, Patavium. veteres tamen impressi codices habent *oppidum Larim:* a Ptol. Λάρης dicitur. Castil. — *Lares* Cirtesiorum oppidum ponit Ptolemaeus aliquanto magis ad meridiem, quam Vaccam (ipse *Vagam* appellat) ad Iuliam Cirtam. Caeterum cum paulo ante retulerit auctor Marii cum duobus regibus pugnam ante Cirtam, interea vero aliquot oppida castellaque capta; denique venisse in mentem ei, ut Capsam tentaret, quae satis longe a Cirta abest atque a Laribus: commentatoribus venia dari potest, etiamsi ea ne verbo quidem attingunt; cum auctor ipse tam negligens in re seria fuerit, ipse inquam Africae provinciae Praetor, quam non absque nominis sui infamia spoliasse fertur. Ubi enim Tanam flumen, quod hic subiungit, fuisse existimemus? Itinere a Cirta Capsam flumina duo sunt a Ptolemaeo descripta, Rubricatus et Bagrada, praeterea paludum Sisarae et Hipponitidos flumen. Fieri tamen potest et plura alia interfuisse; sed dubitet lector mecum. Nam, ut antea conquestus sum, ex Africae topographia non temere apud hunc auctorem et Livium se explices. Glarean. — In Concil. Carthag. nominatur Hortensius *a Laribus* Episc. A. Popma.

Diritque se etc. Vox prima tolli posset, nisi eam retinerent MSS.

ad unum omnes. GRUTER. — Sane infra cap. 114. eandem vocem a- trudunt Pemb. Ar. Reg. L. 3. *appellat, dixitque se a patre Boccho* etc. et 38. quamquam *intelligat P. Rom.* [*dicit se*] *velle manifesta magis* etc. sic enim L. 2. pessime. ita tamen locutus cap. 120. multo elegantius Maro Aen. IX.

*— Tunc Nisus et una*
*Euryalus, confestim alacres admittier orant,*
Rem magnam *pretiumque morae* fore.

Ar. omittit *se*. WASSE.

318 SIC INCOEPTO SUO OCCULTATO. Hoc est, *consilio*, * Infra: *prava in- coepta consultoribus noxae esse.* CIACCON.

TANAM. Arond. *Thanam*, Pemb. et L. 2. *Tanaim*, quomodo et editio Oxoniensis 1701. quid ergo oppidum *Laris* iuxta *Tanaim?* imo

*Ante pererratis amborum finibus exul*
*Aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim;*

quam id nos credemus. WASSE.

## CAP. XCVI.

PECUS EXERCITUI PER CENTURIAS, ITEM PER TURMAS AEQUALITER DISTRIBUERAT. Manuscripta, *per centurias, item turmas*, omissa repetitione praepositionis *per*, quomodo et ex impressis habet codex Badianus atque alii quidam. RIVIUS. — Quod a nemine notatum adhuc ex ullo libro, legitur in Cod. Rittershus. *item turmas* XXXII *aequaliter distribuerat.* COLER. — Legerem, *distribuebat.* Sequitur enim, *ut fieret curabat.* CIACCON. — Praepositio *per* ante *centurias* omitti non debet. Illud autem quod statim deinde sequitur: *simul et inopiam frumenti lenire*: quomodo lenierit, non satis clarum. GLAREAN. — L. 2. *per turmas* XXXII *aequaliter.* Ball. *quotidie quadraginta duum pecu.* WASSE.

ET EX CORIIS UTRES UTI FIERENT. Freinsh. in Curt. lib. XVII. cap. 5. §. 18. RUPERT.

SIMUL ET INOP. Copula *et* non habetur in Pal. pr. aut secundo. GRUTER. — nec in G. aut R. delendam puto. WASSE.

IGNARIS OMNIBUS. Veteres codices *omnia*, et eo fuerunt, qui sic ederent: *et ignaris omnia parare:* et post etiam (o stultitiam) in annotationibus de eo, si Diis placet, se iactarent. Scribo: *et gnavus omnia parare, quae mox usui forent.* PALMER. — Palmerius: *et gnavus omnia parare.* quod in vett. libb. omnibus reperisset *omnia* pro *omnibus.* COLER. — *Ignarus omnia parare.* Secutus sum codices antiquos, in quibus ita scriptum est, quemadmodum edendum curavi: et ita esse legendum sensus ipse postulat. C. POPMA. — Sic Codd. universi. Palmeriani vero, *ignaris omnia*, uti et alii; unde ille, *et gnavus omnia.* cave credas. Supra Noster: *sic incoepto suo occultato, pergit ad flumen.* quod eius commentum satis redarguit. Idem fere de Antigone Nepos XVIII. 8. *Ad hanc conficiendam imperavit* quam plurimos utres, *atque etiam culleos comparari, post haec pabulum, praeterea cibaria cocta dierum de-*

*cem, atque quam minime fieret ignis in castris.* Iter *quod habebat*, omnes celat. WASSE.

OMNIBUS SARCINIS ABIECTIS. Est in nonnullis, *omnibus abiectis sarcinis.* quae collocatio verborum melior. RIVIUS. — λ. *sarcinis* in marg. exhibet. WASSE.

DEIN TERTIA MULTO ANTE LUCIS ADVENTUM. Coloniensis, *non multum ante lucem;* alii, *ante lucem advenientem.* mihi suspecta est inconstantia, * et mirum ni scripsit Sallustius *ante lucem adventam.* Terent. Andria: 319

*Ego commodiorem hominem adventum ad tempus non vidi.*

*homo adventus*, qui advenit. Phormione:

*Adeon' rem rediisse, quod mihi consultum esse optime velit,*

*Phaedria, patrem ut extimescam ubi in mentem eius venti venit.*

*patris venti* dixit, ut *lucem adventam* hic Noster. Scio aliter circumferri: sed vetus interpres, quod ego restitui, in veteribus esse fatetur. Nihilo secus *sol occasus* in XII, qui occidit: *Sol occasus suprema tempestas esto:* quomodo Qu. Claudius in Annal. PALMER. — Palmerius in Spicilegiis tomo IV. Facis Criticae pag. 652. legit *dein tertia multo ante lucem adventam*, contra omnium et MSS. et excusorum fidem: atque id censet, levissimo impulsus argumento. nempe non alio, quam quia in Coloniensi simpliciter esset, *ante lucem;* in aliis, *ante lucem advenientem.* Vulgatam lectionem reperit in MSS. suis Vossius; et sic editiones veteres (in his Mediolanensis A. 1508. a Pomponio Laeto et Hyacintho Arpinate castigata) et recentes ex MSS. fide doctissimorum hominum industria recensitae: ut quin ea sit germana scriptura, minime debeat dubitari. RUPERT. — Colon. *non multum ante lucem.* alii, *ante l. advenientem*, unde Palmer. *ante l. adventam.* at nostri omnes, uti et Gerardi Vossii, lectionem editam tuentur. vide Vossium Analog. IV. cap. 13. Supra: *noctem t.* i. e. *itinere* [*per*] *noctem perpetem facto. facere iter* optimis auctoribus frequentatum. Cic. Ovid. Liv. Lucret. Senec. etiam *castra facit* pro *consedit.* Dares cap. XIX. cuius prima verba Daceriam mire torquent: ea sunt huiusmodi: *Deinde quum Argivis non constaret, exeundi ad Troiam clam noctu an interdiu fieret*, Palamedes suadet *etc.* Subintelligit Anna *consilium*, posse se praeterea nihil ingenue professa. Membranae Sidneienses pro *fieret* habent *opportunum*, quod sane haudquaquam intempestivum. legendum, *opportunum foret.* ut subintelligatur *tempus*, more Graecanico. vel si MS. non satis audies, *exeundum.* Infra: *ibique quam.* Reg. *ibi quam.* infra L. 2. omittit *multi*, caeteri servant. WASSE.

PARS CIVIUM EXTRA MOENIA IN HOST. POT. Scribitur Pal. 6. inter lineas sic, tanquam praecedere deberet vocem *extra*, *comprehensa.* et vero si ego Sallustius fuissem, scripsissem potius tribus verbis, *pars civium comprehensa*, sive adeo ut erat in Popmae libris, *deprehensa*, quam alia illa omnia, quae tamen ambigas an sint ab auctore: nam Pal. tert. *pars civium extra moenia in manibus hostium.* ut forte fuerit, *pars civium hostium potita;* aut verbum aliud vulgo ignotius. GRUTER. — Veneta 1570. Balliol. *potestate deprehensa.* caeteri cum vulgatis. WASSE. — Duo

MSS. Codd. *In hostium deprehensa potestate.* Neque haec scriptura absurda cuiquam videri debet, etsi non omnium veterum librorum auctoritate confirmata sit. C. Popma.

320 * Cogere uti. Adblanditur magis lectio Commeliniani, *cogere*, quae item extat in aliquot Pall. poterat quoque recisis vocibus duabus scribi, *cogere deditionem.* Gruter. — L. 2. Mart. *cogere.* Wasse.

Ceterum oppidum incensum: Numidae puberes interfecti. Similia sunt illa Taciti XIII. Annal. cap. 39. de Volando castello: *Capta incensa munimenta omnesque puberes trucidati* etc. *et imbelle vulgus sub corona venumdatum: reliqua praeda victoribus cessit.* Ceterum quod in Nostro sequitur: *Id facinus, contra ius belli, non avaritia neque scelere consulis admissum; sed quia locus Iugurthae opportunus.* ea vero calva excusatio est, licet non inusitata veteribus: v. g. Saxonum legati, pactis tandem cum Valentiniano et Valente Impp. induciis, domum abeuntes, ex insidiis ad unum omnes caesi sunt. Funestum scelus! sed id similiter excusat Amm. Marcell. At *licet*, inquiens, *iustus quidam arbiter rerum factum incusabit perfidum ac deforme: pensato tamen negotio non feret indigne, manum latronum exitialem tandem copia data captam.* Haec ille. Quod sane nihil aliud est, quam dicere: turpe factum fuisse, sed utile. Sed mihi sedet, nulla utilitate huiusmodi perfidiam excusari posse. Vide Grot. lib. III. de I. B. ac P. cap. 11. n. 15. Rupert.

Ante neque beneficio neque metu coercitum. Ita edd. etiam primae, satis rotunde; sed contra MSS. quorum insigniores ignorant illud *ante.* sed et eis fere adest illud *coercitum* ab interpolatorum calamis, fuitque prius aut *cohercceretur*, aut aliud quid. certe Pal. primus clare praefert: *a neque beneficio neque metu cohercetur;* ac deinde factum *ac neque.* sunt etiam codices, in quibus, *ante neque benef. neque metu coercebatur;* item *coherceretur.* adeo ut liceat suspicari forte fuisse prius: *mobile, infidum; neque b. neque m. coercendum.* Gruter. — Nostri nihil movent; abest solummodo λ. vox *ante.* Transtulit haec ad Idumaeos Hegesip. IV. 6. *genus mobile, inquietum.* Alludit etiam Tacitus An. VI. 36. *Adfluentibus paullatim, qui metu magis quam benevolentia subiecti.* Wasse.

## CAP. XCVII.

Postquam tantam rem Marius — patravit. Visitur quidem illud *patravit* in Pal. sec. sed tantum inter lineas; littera vero eius nulla in Nazar. aut Commelin. neque tamen eius loco aliud quid substitutum. at Pall. tert. ac quint. sex. sept. oct. habent: *postquam tantam rem peregit Marius sine ullo suorum incommodo, magnus.* quart. *postquam tantam rem egit sine* etc. ambigas, an fuerit: *patrata tanta re sine ullo suorum incommodo, magnus* etc. Gruter. — L. 2. 3. *rem peregit.* et sic Venetae, Bodl. at λ. *postquam gessit.* dissensione ex varia interpretatione vocis *patravit* orta. Wasse.

Maior atque clarior haberi coepit. Illud *coepit* invectum est ab inscito Grammaticello. Gruter. — At nostri omnes agnoscunt. *Bod.*

Ball. Soldus, *maior clariorque*. L. 2. *maior clarier*. Nescio an reliquerit auctor *mage clarior*, quod certe Plautinum:

*Nec me miserior foemina'st, neque ulla videatur magis.*

Amphitr. V. 1. et Menaechm. Prol.

*Nam nisi qui argentum dederit, nugas egerit.*

*Qui dederit*, magis maiores nugas *egerit*.

Aulul. III. 2. 8.

*Ita fustibus sum mollior magis quam ullus cinaedus.* 321

Virgil. Culice:

*Qui magis optato queat esse beatior horto.*

Valerius III. 7. *Sed uterque nostrum magis invidia quam pecunia* locupletior *est*. Mela II. 6. *magis magisque latior*. Ita etiam libenter Arnobius, Boethius, Arator, Cassiodorus Var. I. 28. Martianus VI. pag. 227. *magis, quod lussa, pulchrior*. et sic tres Codices quibus usi sumus. Habes etiam apud Arnobium, nisi fallit memoria, *magis clarissimum*. Locutio a Graecis tracta est. Aristoph. Plut.

Τίς γὰρ γένοιτο μᾶλλον ὀλβιώτερος;

Noster autem Catil. LXII. Cato clarus *atque* magnus *habetur*. vide Cl. Perisonium ad Sanctium pag. 150. Caeterum vulgatam tuetur Sulpicius Hist. II. *Daniel clarus ante*, clarior haberi *coepit*. Wasse.

Omnia non bene consulta in virtutem trahebantur. His verbis quidam codices haec addunt verba: *verum etiam casu data in virtutem trahebantur.* Sed sive ea legamus, sive omittamus, intelligenda videtur coniunctio *etiam*; ut sit sensus: *Omnia etiam non bene consulta.* Soldus ad *hosteis* retulit. *Si hostes*, inquit, *non bene consulebant*, *et Marius ita vinceret*, *laudabatur a plerisque*. Badius addit *solum*: *Omnia non solum bene consulta*, *verum etiam casu data*, *in virtutem trahebantur*. Ita copiosa est ignorantia nostra, quoties haeremus; quemadmodum non ita multo post quod sequitur, *aut Deorum nutu cuncta portendi*: ubi Badius exponit: *significari et adduci*, scilicet, *illi*. Soldus: *Diis auctoribus fieri*; quod magis placet. Glarean. — Sic et Aldinum pariter ac manuscriptum: in Veneto autem, cuius aliquoties memini, atque item aliis quibusdam addita nonnulla sunt, nimirum haec, *verum etiam casu data*. Ego quamvis priorem lectionem probo, tamen quid hic suspicer, paucis dicam. Fortasse legendum, *omnia non bene consulta modo*, *verum etiam casu data*, *in virtutem trahebantur*. ut sit sensus: *non solum quae erant sapienter provisa*, *sed et ea quae casu aliquo ac felicitate quadam acciderant*, *virtutis esse existimabantur*; hoc est, non temere neque casu facta, aut forte fortuna, sed virtute consilioque potius gesta esse credebantur quaecunque bene evenerant. Sic et Q. Curtius de Alexandro lib. III. *Iam primum*, inquit, *nihil nisi divina ope aggredi videbatur*; *nam cum esset praesto ubique fortuna*, *temeritas in gloriam cesserat*. Rivius. — Aliquid esse etiam heic minus integri, produnt membranae Commel. in quibus *trahuntur*; forte fuit, *in virtutem trahi*. nam quae hoc loco citat ex aliis editionibus Rivius nititurque emendare, sciamus licet, nata, post editiones primas, ab Pomponio Laeto. Gruter. — Quidam Codd. *verum etiam casu data in virtutem trahebantur*. Glar. Sic Venetae. γ.

supra, *consulta* habet, *et bene consulta*, etiam, *in virtute tr.* quod non displicet. Bodl. Ball. *modo neque etiam data casu.* Noster cap. 94. *gloriam ex culpa invenit.* Huc respexit Plinius Epist. V. 21. *Est omnino iniquum, sed usu receptum, quod honesta vel turpia, prout male aut prospere cedunt, vel probantur vel reprehenduntur.* Pindarus *Ol.* 6.

*Εὖ δὲ ἔχοντες σοφοὶ καὶ πολίταις ἔδοξαν ἔμμεν.*

Wasse. — Infra cap. 94. in f. *Sic forte* (i. e. fortuna) *correcta Marii temeritas, gloriam ex culpa invenit.* Plautus in Pseudolo Act. II. Sc. 3.

— — — *ut quisque fortuna utitur,*
*Ita praecellet, atque exinde sapere eum omnes dicimus.*
*Bene ubi quod consilium discimus accidisse, hominem catum*
*Eum esse declaramus: stultum autem illum, cui vertit male.*

Consulendus Freinsh. in Curt. lib. III. cap. 6. §. 18. et lib. III. cap. 8. 29. Rupert.

Omnes socii atque hostes. Nas. *atque cohortes*; mihi *hostes* non
322 displicet, sed *omnes* supervacaneum * videtur. Gruter. — Bodl. Venetae, Mart. Arond. Reg. μ. λ. In 1. 2. 3. agnoscunt *omnes.* Bodl. praeterea habet, *omnes socii, cives atque.* Ceteri Oxonienses, teste Cl. Hudsono, universalitatis nota defecti sunt, quod sane demiror. Wasse.

Illi aut mentem divinam esse aut Deorum nutu cuncta portendi. Caesar II. de B. Gall. cap. 31. de Aduaticis: *Non se existimare Romanos sine ope deorum bellum gerere.* Eamque opinionem de se excitavit Titus apud Ioseph. lib. VI. B. Iud. cap. 11. Rupert. — *Deorum nutu.* i. e. *auctoribus diis.* nutus enim necessitatis et voluntatis signum.

Annuit, *et totum* nutu *tremefecit Olympum.*

Virg.

— — nutu *saevae Iunonis eunt res.*

*Οὐ γάρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλὸν,*
*Οὐδ' ἀτελεύτητον γ' ὅ,τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.*

Glossae, *nutus,* ῥοπὴ, *impulsus*; quo sensu *θεία ῥοπὴ* alicubi apud Chrysostomum. Tacitus Hist. II. 4. *Ubi laeta et congruentia exta magnisque consultis annuere Deum videt. Numen* pro *nutu* teste Servio ad IV. Aen. Lucretius:

*Terrificas capitum quatientes* numine *cristas.*

Catullus Nupt. Pel.

Annuit *invicto coelestum* numine *rector.*

Confer Apuleium Met. VI. pag. 92. 98. Sulpicium Hist. Sacr. I. 16. Vitruvius Praefat. ad lib. I. *Cum gentes omnes subactae tuum spectarent* nutum, ubi *et magnis cogitationibus* ex superiore linea in inferiorem delatum esse suspicor, sed agnoscit Arond. Pro *nutu portendi* auctores fere *monitu* usurpant. Ovid. Met. XIII. 723.

— — — *quae cuncta fideli*
*Priamides Helenus* monitu praedixerat.

et Fast. III. 53. *Terreor* admonitu. Wasse.

Bene evenit. Non habetur illud *bene* in Commel. et poterat sane abesse. Gruter.

DESERTA PROPTER. Venet. 1470. Pemb. γ. λ. Bodl. Bull. omittunt *deserta*. λ. supra vocem *propter* habet, i. e. *iuxta*.

ALIAM REM ADGREDITUR. Cum supra modo dixerit, *ubi ea res bene evenit*; maluerim, *alia aggreditur*; et postea *difficilia*. GRUTER.

NAMQUE HAUD LONGE A FLUMINE MULUCHA. Vide ut saltum facit auctor, a Capsa ad Mulucham, quae tam longe distant invicem loca; nisi excusemus, quod ait: *Multis locis potitus*. GLAREAN. — Manuscriptum, *Muluchae*. rectene an secus, haud dum equidem scio: nisi si quis putet sic dictum, ut Virgilius *urbem Patavi* dixit Aeneidos primo, et *fontem Timavi*, ibidem. et septimo, ni fallor, *flumen Hymellae*. aut Cicero, *in oppido Antiochiae*. si modo sic idem scriptum reliquit. RIVIUS. — Ita haec dictio scripta in Nazar. neque recedit Palat. sec. nisi quod is *Mulutchae*; quomodo et ceteri MSS. Palatini, excepto quod eis alius casus, *Mulucha* nempe. At Com. servat *Mulcha*. GRUTER. — R. *Mulca*. Bod. *Mulucсha*. WASSE.

QUOD IUGURTHAE BOCCHIQUE REGNUM DISIUNGEBAT. Sic idem lib. IV. Histor. *Qua in parte Cappadocia ab Armenia disiungitur*. CIACC. — *dividebat*. Manuscripta et alia pleraque *disiungebat*, pro, regni fines discernebat, disterminabat. Nam hic amnis ingentium olim regnorum terminus Bocchi Iugurthaeque fuit, uti Pomponius inquit. RIVIUS.

* ERAT INTER CETERAM PLANICIEM MONS SAXEUS etc. Nimium inepte tandem, *inter ceteram planitiem mons saxeus:* tanquam mons quoque planities esset: nam ea vis est huius *ceteram*. emendo: *Erat inter cetera planitiem mons saxeus, mediocri castello satis patens, immensum editus, uno perangusto aditu relicto; nam omnia natura, velut opere atque consulto, praeceps*. Haec emendatio est: nunc videamus argumenta. Thosanus codex, nunquam satis laudatus: *erat inter cetera planitie:* ita ille diserte. Quis dubitet saltem cui cor sapiat, quin verum sit *inter cetera planitiem? cetera* ut in illo Virgilii: 323

*Consertum tegmen spinis, at cetera Graius.*

et apud Tacitum in vita Agricolae: *Hic cum egregius cetera, arroganter in deditos, et ut suae quoque iniuriae ultor consuleret durius*. Erat ergo cetera planities, id est, ad cetera quod attineret; sed unus inibi mons saxeus. PALMER.

MONS SAXEUS. Vide Frontinum, Strab. lib. III. cap. 9. Florus autem lib. III. cap. 1. urbem *Mulucham* vocat. CASTIL.

IMMENSUM EDITUS. Non extat *editus* Pal. tert. ceterum omnibus adest praepositio *in*. GRUTER. — Pro *editus* Reg. a manu prima *conditus*, contra caeteri. Septimius I. 11. *in immensum edito*. pro *patens* Pemb. *potens*, et supra a recenti manu *patens*, quod servant universi. Thosanus *cetera planitie*, unde Palmer. *caetera planitiem*. ea forma, qua *caetera Graius*; hercle non nimium infeliciter. Liv. I. 32. *Proximum regnum*, caetera egregium, *ab una parte haud satis prosperum fuerat*. Noster supra XXII. *praeter nomen*, caetera ignarus *P. Romani*. λ. *planitiem*, sed ultima litera a manu, ut videtur, secunda. Certe Pemb. a manu prima clare praefert, *caetera planitiem*. reliqui nihil movent. De hoc castello Frontinus II. 9. *cetera parte velut consulto praecipiti*. WASSE.

NAM OMNIS NATURA, VELUT OPERA. In manuscriptis est *opere*, sed eodem sensu. in quibusdam sed impressis *praeceps erat*, quod non sane displicet. Illud non probo quod in antiquioribus est, *nam per omnia natura* etc. id ex glossa addita irrepsisse in contextum videtur. Codex Badianus ad hunc modum: *nam omnia natura velut opera atque consulto praeceps habebat.* Mihi legendum videtur *omnis*, ita uti fere in recentioribus est. Hoc autem dicit Sallustius: *totum montem fuisse natura praecipitem, ac si humana industria sic et opere manuque factus esset.* Forsan aliquis illud *omnis* explicare volens in spatio quod versus dirimit suprascripserat *per omnia*, cum intelligi vellet, *ex omni parte*, ut Caesar loquitur. id postea in contextum irrepsit. Iul. Frontinus III. Stratag. totum hunc locum, sed aliis interdum verbis repetit. RIVIUS. — Varie hoc per libros vulgatur. nam alii, *per omnia natura*; alii, *iter per omnis natura*; quidam, *nam omni natura.* quae omnes scripturae, ut verbo dicam, assis non sunt: una autem recta nostra. qua enim facie *cetera*, eadem *omnia* accusandi casu ponitur, pro, omnes in partes, usquequaque. Acceptum hoc est in vulgus: *homo est, nisi quod superbus, cetera bonus*; illud insolentius: *homo est, omnia bonus.* i. e. sine exceptione; at utrumque eadem forma et pari veterum usu. Sic ergo Sallustius, *mons omnis praeceps*, nihilo aliter quam antea ausus erat, *inter cetera planitiem.* Haec iam dictaram, cum Rivium consului. Is, *codex*, inquit, *Badianus, ad hunc modum: Nam omnia natura velut opera atque consulto praeceps habebat.* Quid quaeris? plausi mihi, qui coniectura ad verum pervenissem. nam illud *habebat* quis insertum non videt, quod scripti nulli libri repraesentant? *Cetera* autem et *omnia* hac figura e Graecia sunt, ut pueri sciunt. Unum addam: recepta lectio *omnis natura* ab emendatorum ingenio est, quod eo volui, ne quis illam nobis imputaret. PALMER. — *Nam omnis natura velut opere.* Sic quidem Commelinianus; sed prius ei fuerat *omnia*, quod et in Naz. ac Pal. sec. quippe tertius ac sextus, *nam per omnia natura*, quod et occupat edd. primas. GRU-
324 TER. — Ball. *per omnia.* * et sic Pembr. sed *per* supra lineam, et a manu recente. uti apud γ. λ. *Nam omni n.* et intra lineas, *vel per omnia.* sic etiam L. 2. 3. Venetae. at Reg. *omnis mons.* ibi τὸ *mons* glossa manifestaria. si edita lectio displiceat, lege, *nam omnia* etc. *praeceps.* mihi tamen altera scriptura satis arridet. Gryphii edd. *per alia omnia.* Frontinus III. 9. *Quod una et angusta semita adibatur*, cetera parte *velut consulto praecipiti.* unde dubitari possit, sintne genuinae voces illae *opere atque*; codices tamen agnoscunt. ceterum apud eundem pro *eripi posse castellum* Petrensis *ascendi p.* in c. ibidem *perfectissimos* mihi suspectum. male etiam capit Sallustium: hic enim: *ex copia tubicinum atque cornicinum quinque numero quam velocissumos delegit, et cum his, praesidio qui forent, quatuor centuriones.* ille autem: *Paucos centuriones, quibus perfectissimos cum velocissimis militibus aeneatores immiscuerat.* Vide an rectius: *p. c. quibus quam velocissimos aeneatores im.* Nihil enim hic de militibus, et vox altera ad sensum minime omnium facit. WASSE.

VIRORUM ATQUE ARMORUM SATIS MAGNA VIS — ET FONS AQUAE.

Sic et MSS. Pall. sine *erat* post *vis*, quod invasit editiones aetatis mediae, non primae. ego praeterea adhuc delibero, an non possit distingui: *virorum atque armorum satis; magna vis et frumenti; et fons aquae.* Gruter. — Ar. *frumenti erat.* γ. *vis erat.* caeteri non agnoscunt. *turribusque* in marg. tantum exhibet Pemb. et a manu recenti, uti et *locus*. λ. pro *aliis* habet *altis*, quomodo primo habuerat Pemb. Infra: *utrimque praecisum.* Reg. L. 2. 3. Venetae, Mart. γ. λ. Pemb. Ball. Bodl. *praecisae.* eam vocem Badius et Soldus ad *vineae* ineptissime referunt. Carrio et Gruterus dederant *praecisum*, hoc est, utroque latere abruptum, utrimque ad perpendiculum praecipiti rupe. Graece ἀμφίκρημνον, ἀπότομον. Arrianus de Exped. Alex. IV. 282. καταλαμβάνει ΠΑΝΤΗι ἈΠΟΤΟΜΟΝ ἐς τὴν προσβολήν. Accius Oenomao: *Quemcunque institerum grumum, aut* praecisum iugum. Mela III. 9. *Omnia vastis* praecisa montibus, *ripae potius sunt quam littora.* Hoc sensu *concisa* apud Caesarem B. G. III. 9. et *circumcisa* VII. 36. Infra: *cum ingenti periculo frustra.* ita libri. alii, *et frustra;* sunt etiam qui *cum ing. p.* pro superfluis habent; sed minus recte. Tacitus An. XII. 45. *Ita Rhadamistus* frustra, *vel* cum damno *tentatis munitionibus.* Wasse.

Nam cum haec paullo processerant. In nonnullis est *paullulum*, quomodo Cicero *aliquantulum procedere* dixit. sed prior lectio in manuscripto quoque. Rivius. — Pronomen supervacaneum est. Gruter. — abest Mart. Wasse.

Milites neque inter vineas sine peric. administr. etc. Manuscripta, consentientibus aliis: *milites neque pro opere consistere propter iniquitatem loci, neque inter vineas sine periculo administrare; optumus quisque aut cadere aut sauciari.* sic fere et Venetum exemplar. itaque vides quam multa desint in recentioribus. Rivius. — Etiam atque etiam considerandum, num *intra vineas* legendum potius; quamquam ego nihil assevero. Glarean.

Administrare. Vide Iug. XXXI. Vox operibus belli accommoda. Caesar VII. B. G. Civil. II. 2. 8. Vegetius II. 21. Varro de L. Lat. pag. 24. Iustin. XIV. 2. rarius autem absolute ponitur. Plautus tamen Stich. II. 7. 1.

* *Iube famulos rem divinam mihi apparent.* 825

G. *Vin'* administrem?

nempe, *sacra;* quomodo supplet A. Victor Orig. ubi de Potitiis haec habet: *Eosque tam religione quam etiam* pietate *edoctos, mysteria eiusmodi fideliter custodivisse.* Haud iurarem non scripsisse, *quam impietate;* Pinariorum scilicet, qui pecunia ab Appio illecti, sacra sua servis propinarant, eiusque sceleris poenam solverant. Nam intra 30 dies ex quo hoc admiserunt, illorum familia extincta est. Ut revertamur, Plautum excipit Nepos IX. 4. *Id ut Lacedaemoniis est nunciatum, non sine cura* administrarunt, *quod maius bellum imminere arbitrabantur.* Sic apud eundem *facere* in Eumene: *Ut omnia perdant, neque minus eos, cum quibus steterint, quam adversus quos* fecerint. *stipendia* nimirum. quod imperitis dictum velim; nam Courtinus locum non capit. Wasse.

Optumus quisque cadere aut sauciari. Vide Grut. ad illa Ta-

citi lib. V. Histor. cap. 16. *Superesse, qui fugam animis, qui vulnera tergo ferant.* Discursu 14. et adde notam ad huius historiae cap. 57. Rupert.

## CAP. XCVIII.

Anxius trahere cum animo suo. Qui appeteret brevis esse, omitteret omnia haec praeter vocem primam. Gruter.

An fortunam opperiretur. Ut plerique generosi. Vide notam ad Flori lib. IV. cap. 8. §. 3. Rupert.

Qua saepe prospere usus erat. *Tò erat* non est in vetustis omnibus, ac citra detrimentum sensus abesse poterit; in manuscriptis *fuerat* legitur. Rivius. — Illud *fuerat* adscititium correctoris, eiusque loco MSS. aliquot referunt *erat.* Gruter. — L. 3. omittit *fuerat.* At. Reg. *erat.* L. *est.* male omnes. Wasse.

Quae cum multos dies noctesque aestuans agitaret. Et septem istas voces eodem iure neglexisset. Gruter.

Quod adversum praeliantibus erat. Ego, reclamantibus omnibus exemplaribus, legendum puto *aversum* non *adversum.* *Adversa* enim pars anterior erat, ubi praelium fiebat, *aversa* autem posterior, ubi solitudo ac securitas. Lector ipse huius totius loci verba sequentia secum perpendat, et videbit nos non temere id asseruisse. Glarean. — Lego censeo, *aversum.* Ciaccon. — Lege, *quod avorsum praeliantibus erat.* ita postulat sensus. Putsch. — Suspecta iterum vox *erat*, dixissetque alius, *latere castelli advorso praeliantibus.* porro illud *advorsum* visitur in MSS. omnibus melioribus, Comm. Bong. Naz. Pal. sec. quart. quint. sext. sept. oct. neque debet mutari in *aversum*, nisi summam vim inferimus menti auctoris. Gruter. — Nostri *advorsum.* λ. *advorsum* puncto literae *d* supposito. contra quos Ciacconius et Glareanus legunt *aversum*, quia nimirum in postica, non antica parte solitudo erat. Sed non advertunt Nostrum dicere, *haud* procul ab *eo latere* quod advorsum *erat.* ergo non in eo latere ubi procincta classis, sed loco diverso. Potest etiam τὸ *advorsum* accipi pro *difficile*, ut alibi: *Metello virtus militum erat, locus advorsus.* Confer Iug. LIX. Catil. LVIII. et LXVIII. Confusa saepius verba *adversum, diversum, aversum.* Ampelius pag. 40. *Iussu Hostilii deligatus ad currum in adversa actis equis.* lege *diversa.* Silius I. 555.

*Tardaque paullatim, et dubio vestigia nisu*
*Alternata trahens, aversus ab aggere cedit.*

ibi legerim *adversus.* cedit, sed more leonis, cui Turnum adsimulat Maro, quem hoc in loco, ut alias fere, sequi videtur:

326 ** — ceu saevum turba leonem*
*Cum telis premit infensis: at territus ille,*
*Asper, acerba tuens, retro redit:* et neque terga
*Ira dare aut virtus patitur:*
*Haud aliter retro dubius vestigia Turnus*
*Improperata refert.*

Idem de Aiace Homerus:

Τρέσσε δὲ παπτήνας ἐφ' ὅμιλον, θηρὶ ἐοικώς,
'ΕΝΤΡΟΠΑΛΙΖΟΜΕΝΟΣ, ὀλίγον γόνυ ΓΟΥΝΟΣ 'ΑΜΕΙ-
ΒΩΝ.

Caeterum pro *aquatum* L. 2. 3. Venetae, *aliquantum*. Ball. *aliquantulum*, inficete. WASSE.

ANIMADVERTIT COCHLEAS. Tacit. Histor. III. *Advortit ea res Vespasiani animum an potius accendit.* CIACCON. — Codex Fabricianus *animum advertit*, ut sint duae dictiones, non una composita. RIVIUS. — Naz. quidem ac Commel. *animum advertit*, sed cum idem mox repeteretur, malui alterum, quod item in plerisque Rivianis, ut et Pall. GRUTER. — Male, mea quidem sententia, ob infirmam hanc ratiunculam a vera lectione abstinuit, quam e nostris tantum asservat Marchii γ. Vide Plinium N. Hist. XXI. 1. Tacitum et V. Cl. Rich. Bentleium ad Ciceronis Tusc. cap. 85. Verum ne nimis cito occurrat eadem constructio, potes, *animum advortunt repentes cochleae.* quod insolentius. B. Alex. *Qui ubi* advertit Caesaris animum. Tacit. *Advertit ea res Vespasiani animum.* Denique, si non fallunt Codices Prisciani, vox *animadverti* etiam antiquis in usu erat. vide lib. I. pag. 551. Certe Iustinus, qui Nostrum fere sequitur, ubique coniunctim effert. usus absolute Boëthius I. Pros. VI. Carm. *an. adv.* WASSE. — *Cochleae* non tantum antiquis in pretio, atque coenis expetitae, ut testatur Plinius lib. IX. cap. 56. sed et hodieque nonnullis gentibus in deliciis. De iis ita Dioscorides: *Terrestres cochleae stomacho utiles sunt, et non facile corrumpuntur. Optimae Sardonicae, Africanae, Astypaleicae, et quae in Sicilia aut Chio gignuntur, et quae in Liguriae Alpibus*, Pomatiae, *id est, operculares cognominatae. Quae vero supribus fruticetisque conglutinatae cohaerent, ventrem stomachumque turbant.* PUTSCH.

STUDIO LEGENDI. Idem *legundi*. RIVIUS.

* MORE INGENII HUMANI CUPIDO DIFFICILIA FACIENDI ANIMADVERTIT. Manuscripta cuncta, *animum vertit*, quo modo exemplar quoque Beroaldinum. Nonius Marcellus quo loco *ignarum* esse dicit, et qui nesciat, et cui quid sit incognitum, ita hunc locum citat: *more humanae cupidinis ignara visundi.* pro, *ignota explorandi et inspiciundi.* nam *cupidinis* pro *cupiditatis* dixit, ut alias saepe. Hanc lectionem magis ad sensum Sallustii quadrare suspicor. nam habet eodem modo Gellius quoque libro IX. cap. 12. quo loco et ipse docet, *ignarum* utroversum dici, non solum qui ignoret, sed et qui ignoretur. Id vero sic habere, cum ex hoc ipso auctore, ut cum ait: *Praeter nomen cetera ignarus pop. Rom.* tum ex aliis etiam liquet. Tacitus: *Per occulta et vigilibus ignara.* Idem: *Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta et astus oppugnationum.* Contra *gnarum* pro cognito apud eundem: *Idque nulli magis gnarum*, inquit, *quam Neroni.* et: *Campos madentis et ipsis gnaros.* pro *cognitos.* RIVIUS. — Pro, *visundi ea, quae ignorantur.* sic Gellius lib. IX. cap. 12. et Nonius in verbo *Ignarus* recitat. quo modo Tacitus locutus libro II. *Per occulta, et vigilibus ignara.* et libro III. *Non sibi quidem ignara quae vulgabantur.* et libro XII. *Nihil tam ignarum barbaris, quam ma-* 327

*chinamenta et astus oppugnationum.* et idem Sallustius: *Regio hostibus ignara.* *Gnarus* item pro *cognitus* apud eundem Tacitum: *Idque nulli magis gnarum, quam Neroni.* et: *Campos madentes et ipsis gnaros.* A. Manut. — Locum corruptum testatur Non. Marcel. qui sic citat in *Ignarum: Amore humanae cupiditatis ignara visundi.* et Agell. lib. IX. cap. 13. *More humanae cupidinis ignara visundi.* et explicat *ignara* τὰ ἄγνωστα. Sed Nonius corruptus est, apud quem lege ex MS. *more cupidinis humanae.* et lectionem veram apud Sallustium repone: *Ubi postquam solitudinem intellexit, more humanae cupidinis ignara visundi, animum vertit.* Optima locutio et Sallustiana. Sulpicius tamen Severus Crispi, quantum tempora et aetas illa ferebat, aemulus: *His more humani ingenii consilium fuit.* et Apul. in Florid. *Propius accessit, ut et cognosceret more humani ingenii quisnam esset.* Petron. *Vitio gentis humanae concupiit scire, quis aut quidnam faceret.* Putsch. — Nonius Marcellus et A. Gellius ita hunc locum recitant, ut passim in vulgatis excusisque libris legitur. Antiquorum tamen codicum mira est in huius loci lectione varietas. Quidam enim habent: *More humanae cupidinis ignara visundi animum accendit.* alii: *more ingenii humani, cupidus difficilia faciundi, animum vertit.* alii: *more ingenii humani cupido difficilis faciendi animum accendit.* Lector sequatur quod velit. C. Popma. — *More humanae cupidinis ignara visundi.* Debemus locum istum Nonio Marcello, a cuius scriptura immensum abeunt membranae nostrae, aliaeque edd. Nam primae: *more ingenii humani cupido difficilia faciundi animum invadit.* neque secus sequentes, nisi quod meliores, *animum vertit* vel *advertit*; deteriores, *faciundi intendit.* Gruter, — Venet. 1470. et Mart. *cap. diff. f. animum vertit.* L. 3. *difficillima.* L. 2. *c. ad difficilia faciunda an. invadit.* Pemb. *d. faciundi an. ad.* Formulam ex parte servat Petronius pag. 390. *Vitio* gentis humanae *concupiit scire, quis aut quid faceret.* Confer Valer. I. 7. Sueton. Claud. XIX. Liv. XXI. 22. Q. Septim. II. 38. Apuleium IV. Miles. Florid. IV. pag. 245. *Propius accessit, ut etiam cognosceret,* more ingenii humani, *quisnam esset?* atque ita pro *cupidinis* Pemb. Ar. Bodl. et Sulpicius Dial. I. *maris mollitie adtineri, egressos in terram, ut est* mos humani ingenii, *naturam locorum cultumque habitantium voluisse cognoscere.* Codex Aul. Trin. *mollitia.* forte legendum, *malacia.* Idem H. Sac. I. 16. *more* ingenii humani. Caeterum vox *ubi* in MS. Pemb. a sec. manu visitur; mallem abesset. *Postquam* apud Nostrum auspicatur sententiam. Catil. Postquam *divitiae honori esse coeperunt.* et alibi saepe. Wasse.

328 Grandis ilex. λ. *gr. il. illa*, ultima voce erasa. * Mallem *g. arbor ilex.* Sisenna: *Vetus atque* ingens *erat* arbor ilex, *quae circum proiectis ramis maiorem partem loci summi tegebat.* quid vult auctor per voces *prona* et *flexa*, si minus intelligis, audi Statium interpretem Sylv. II. 3.

*Stat, quae perspicuas nitidi Melioris opacat*
*Arbor aquas; complexa lacus, quae* robore ab imo
Curvata in nodos redit inde cacumine recto
Ardua, ceu mediis iterum nascatur ab undis.

*Atque habitat vitreum tacitis radicibus amnem.*

Confer vs. 45.

— *latebrosa cubilia nymphae*
*Tu saltem declivis ama, preme frondibus undam.*

et infra:

*Sic ait; illa Dei veteres animata calores*
*Uberibus stagnis*, obliquo pendula trunco
Incubat, *atque umbris scrutatur amantibus undas.*
*Sperat et amplexus, sed aquarum spiritus arcet,*
*Nec patitur tactus; tandem* eluctata sub auras,
Libratur fundo, sursusque enode cacumen
*Ingeniosa* levat, *veluti descendat in imos*
*Stirpe lacus alia.*

*aucta in altitudinem* idem valet, atque aucta in longum, vel secundum longitudinem, cuius contrarium est *pandere se*, quod dici solet, quando arbores patulae sunt et humiliores. Columella III. 3. *multaque* materia frondentem. Quam proprie dicatur arbos *frondere materia*, viderint alii; certe Codex Arondel. habet *pandentem*. Virg.

— *annosaque* brachia pandit.

Wasse.

Planitiem praescribit. Manuscripta duo *perscribit*, quomodo et sensus postulat; error ex affinitate vocum ortus. Rivius. — Alii libri *pervenit*. Ciaccon. — Alii, inquit Ciaccon., *pervenit*. MSS. duo Rivii *perscribit*. Reg. a manu pr. *perscribit*, spatiolo inter syllabas ult. et penult. relicto, forte pro *perscribsit*. Mart. L. 2. *praescribit*. Pemb. *describit*; pro *notat* ait interpres ad oram Reg. Non ita Crispinus; ille praeterea, *il prit le plan.* Militemne gregarium, eumque ex Liguria, graphidis peritum scilicet; hominem famelicum chartulis et fuco ad cochleas accessisse? peniculone rem gessisse Mario imperante? Mars tuam fidem! Agedum, concedamus quod in usu fuerint eiusmodi tabulae; praesertim cum Herodotus τῆς γῆς Περίοδον, Anaximandri Milesii inventum tempore Tulli regis, ἐν τῷ πίνακι ἐντετετμημένην, et *pictam in pariete Italiam* memoret Varro R. R. I. 1. Verum haec elegantiora quam ut ad castrense peculium pertinerent. Neque gregarios tam ex eorum in literis profectu, quam vi lacertisque legisse censendus est Imp. ἀναλφάβητος. At fuit unus e multis ille Ligus; esto. quid tandem in hac re arte sua opus? quae deformationis necessitas? Num sine tabula docere nequibat, aversa castelli intuta esse, et a propugnatoribus deserta? Sed manum de tabula; haec enim plane γελαστὰ καὶ οὐκ ἐπιεικτά. *Perscribere* idem ac perlustrare oculis. aream ergo loci perlustrat, intento *ad scribendi necessitatem*, animo ac sensibus, ut loquitur Quintilianus. Saepenumero id quod unius sensus proprium est, alteri adscribitur; ut oculis metiri locum, capere, ambulare, equitare, devorare, vesci, contrectare. Nonnus Dionys. V. pag. 158.

Ἀγνὸν ἀνυμφεύτοιο δέμας ΔΙΕΜΕΤΡΕΕ κούρης
Ἀγχιφανής.

uti et VII. pag. 215. Virg. Aen.

*Atque* oculis spatium emensus *quantum satis hastae.*

Georg.

*Ante* locum capies oculis.

Tertullian. ad Nat. II. 4. *Merito ergo Milesius Thales, dum totum coelum examinat atque* ambulat oculis, *in puteum cecidit.* Ennius:

*His equitat curritque*, oculis equitare *videmus.*

Martial. I. 79.

— *sed spectat* oculis devorantibus *Draucos.*

Accius Athamante:

*Priusquam infans facinus* oculi vescuntur *tui.*

Neque tantum quod oris est, sed quod etiam aurium et manuum, oculis additur. Plautus Pseud. II. 2.

329 * *Hi sunt loci, atque hae regiones, quae mihi ab hero sunt demonstratae,*
*Ut ego* oculis rationem capio.

Tacitus An. III. 12. *nudare corpus*, et contrectandum *vulgi* oculis *permittere.* Locus mendo vacat. Ovid. Met. VII. 478.

*Spectat eam Tereus*, praecontrectatque videndo.

Tacitum sequi videtur aemulus eius S. Severus VIII. 23. *Curiosius tamen* oculis *aut digitis* attrectata, *non aliud quam vestis videbatur:* Ante omnes Cicero Tusc. III. 15. *Ad conspiciendas totaque* mente contrectandas *varias voluptates.* eumque, ut assolet, imitatus Lactantius de Opif. D. *Quae a nobis longe remotae, neque* oculis contrectari, *neque tangi manu.* Favent Silius X. 452. pertractans *vulnera* visu. et Statius Achill. II.

*Tum vero intentus vultus ac pectora Ulysses*
Praelibat visu.

Ad hanc formam Horat. Ep. I. 16.

Scribetur *tibi forma* loquaciter, *et situs agri.*

alibi:

— exsurdant *vina* palatum.

Virg.

— rumore *incensus* amaro.

Et *ater odor*, uti apud Sallustium, *levis.* Sed et Aristoteles de An. III. 1. τῇ ᾿ΟΨΕΙ τὸ ΓΛΥΚΥ ΑΙΣΘΑΝΟΜΕΘΑ. Plautus alicubi: lippiunt *fauces fame.* Atque ut reliqui corporis actiones oculis, ita etiam menti animoque et memoriae tribui solent. D. Hieronymus, bonorum aemulus, Ep. ad Heliodor. *Tu Paradisum* mente deambula. Sophocles Aiace Fl.

Φώνημ᾿ ἀκούω καὶ ΞΥΝΑΡΠΑΖΩ ΦΡΕΝΙ.

Saepius vero insculpere, depingere, deformare, scribere. Dicunt veteres: φαντασίαν εἶναι ΤΥΠΩΣΙΝ ἐν ἡγεμονικῷ. animamque fingunt in speculi modum visa excipere: ad quam illorum imaginem praeclare Ach. Tatius V. pag. 307. Ἕλκουσα δὲ τοῦ ἐρωμένου τὸ εἴδωλον ἀεὶ, ἐναπομάσσεται τῷ τῆς ΨΥΧΗΣ ΚΑΤΟΠΤΡΩι, καὶ ἀναπλάττει τὴν μορφήν· ἡ δὲ τοῦ κάλλους ἀποῤῥοὴ δι᾿ ἀφανῶν ἀκτίνων ἐπὶ τὴν ἐρωτικὴν ἑλκομένη καρδίαν, ἐναποσφραγίζει κάτω τὴν σκιάν. illaque idea vocibus ἄγαλμα, παράδειγμα, ὑπογραφὴ efferri solet. Synesius Epist. CXXIII. Philo et M. Antonin. III. 10. Cicero Acad. IV. 48. *quae* cogitatione depingimus. Acad. Q.

II. 2. *Ut litteris consignamus, quae monumentis mandare volumus: sic ille* in animo res insculptas *habebat*. Plautus Pseud. II. 3. *Iam instituta, ornata, cuncta in ordine animo ut volueram, Certa*, deformata *habebam*. Cic. de N. D. I. 100. *habebam* in animo insitam informationem *Dei*, *et quidem barbati Iovis*. et, quod proxume Sallustium est, Terent. Andr. I. 5. *etiam nunc mihi* scripta *illa dicta* sunt in animo Chrysidis. Seneca Praef. in I. Contrqv. de Porcio Latr. *Supervacuos sibi fecerat codices, aiebat se* scribere in animo. Hoc ille ab Antisthene habuit, qui, prodente Laërtio, Ἔδει γὰρ ἘΝ ΤΗι ΨΥΧΗι αὐτὰ καὶ μὴ ἐν ταῖς χάρταις ΓΡΑΦΕΙΝ. Libb. καταγράφειν. uti etiam citat Arsenius, at frustra. Sophocles Philoct. 1356.

Καὶ ταῦτ' ἐπίσω καὶ ΓΡΑΦΟΥ φρενῶν ἴσω.

Aeschylum secutus, qui Prometh. vinct. 788. dixerat:

Σοὶ πρῶτον Ἰοῖ πολύδονον πλάνην φράσω,
Ἣν ἘΓΓΡΑΦΟΥ σὺ μνήμοσιν ΔΕΛΤΟΙΣ ΦΡΕΝΩΝ.

Idem alibi effert per ἐν γνώμᾳ ἐβάστασε. Pindarus Ol. X.

ἘΓΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ταῖς ΦΡΕΣΙ.

Theodoretus de Provid. Serm. V. Οἰκίαν ὁρῶντες τεχνικῶς μάλα γεγενημένην, εὐθὺς τὸν τεχνίτην θαυμάζομεν καὶ τὸν οὐ παρόντα ΖΩΓΡΑΦΟΥΜΕΝ τῇ ΔΙΑΝΟΙΑι. D. Paulus: ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε, ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. E contra nihil frequentius quam *animo labi*, *deleri*. Virg.

*Aut nostro illius* labatur pectore vultus.

Terent. deleo *omnes dehinc* ex animo *mulieres*. Sed voces γράφειν, *perscribere* et similia absolute prolata et sine adiunctis mente, sensibus, διανοίᾳ aliisque id genus vixdum invenias. Attamen e Graecis ita locuti Achilles Tatius pag. 91. ἈΝΑΠΛΑΤΤΩΝ γὰρ ἑαυτῷ τῆς παιδὸς τὸ κάλλος. Callimachus Hymn. VI. 57.

Νέμεσις δὲ κακὰν ἘΓΡΑΨΑΤΟ φωνάν.

Philostratus vit. Apoll. IV. 8. depinxisse ait eum adulescentem, cuius speciem oculis curiose deformaverat, et quasi corde perscripserat: Ἀπολλώνιος ἀνδριαντοποιοῦ δίκην ἐς τὸν Μένιππον βλέπων, ἘΖΩΓΡΑΦΕΙ τὸν νεανίαν καὶ ἐθεώρει. Idem Icon. II. Ἡ Βάκχη τοῦ Διονύσου ἐρῶσα ἈΝΑΤΥΠΟΥΣΑ αὐτόν τε καὶ ἈΝΑΓΡΑΦΕΙ καὶ ὁρᾷ μὴ παρόντα. vide etiam IV. 8. Eustathius de Ism. etc. V. pag. 147. Ὁ μὴν μοι τὴν Ὑσμίνην ὙΠΕΖΩΓΡΑΦΗΣΕ συμπαίζουσαν. *Perscripsit* ergo, quod alibi haud occurrit, idem sonat atque oculis perlustravit memoriaeque defixit. Wasse.

Quod cuncti Numidae intenti praeliantibus aderant. Solent plerumque eam partem civitatis negligentius custodire, quae munitissima * est, ut notavimus ad Flori lib. III. cap. 20. §. 4. ubi et similem captae Erebergae historiam retulimus ad eiusdem lib. II. cap. 8. §. 10. Rupert. — Sic MSS. potiores, non *aberat*; quod irrepsit quidem in edd. plerasque, sed non etiam vetustiores; ego neutram desideraverim si abfuerit. Gruter. 330

Eodem regreditur. Fabricianum *eadem*. nempe qua prius egres-

sus ad summum prope montis erat. Rivius. — Lego: *eadem degreditur.* Gronov. — nostri et Carrio *eodem*. Wasse.

Non temere, uti ascenderat. Manuscriptum Fabricii, *qua ascenderat* [sic λ.] verum prior lectio mihi magis arridet et eandem sensus exposcit. non ut temere ascenderat, sic etiam temere descendit, sed, uti mox sequitur, tentans omnia ac circumspiciens. Rivius. — *Escenderat.* Sic fuit a prima manu in Naz. ideoque revocandum duxi, eiecto hactenus vulgato *adscenderat*. Gruter. — *Escenderat* Carrio I. Emend. 5. Broukh.

Itaque Marium propere adiit. Manuscripta rectius *adit*, tempore praesenti: quomodo et ex impressis quaedam. sed et ea verba, quae statim sequuntur, eiusdem temporis sunt, ut *edocet*, *hortatur*. Rivius.

Ab ea parte qua ipse ascenderat. In manuscriptis est *descenderat*; id, si quid ego iudico, magis ad sententiam facit. habent eodem modo ex impressis quaedam. Rivius. — *Descenderat* est in plerisque membranis et quidem cum litura in Naz. adeo ut heic iterum id vocis (*escenderat*) restituere ausus fuerim, vulgato repugnante menti auctoris. Gruter. — Nostri *ascend.* Wasse. — Forte *escenderat*. Broukh.

Pollicetur sese ducem itineris, periculique nihil esse docet. In manuscriptis τὸ *docet* non est, ac maiore cum gratia abesse citra detrimentum sensus poterit. in iisdem tamen, *pollicetur sese itineris periculique ducem*. Rivius. — Secuti veterum codicum fidem, qui in hoc omnes conveniebant, ita hunc locum restituimus. Sed et Plantinus hanc lectionem in margine sui codicis adnotarat. C. Popma. — *poll. sese itin. periculique ducem.* Ita edd. primae, ita MSS. meliores Com. Pall. pr. sec. tert. quart. degenerarunt primum sequentes 5. 6. 7. 8. nam reliqui 9. 10. 11. 12. paullo prius defecerunt; itaque non est quod quis eorum testimonia deinceps requirat; quatuor ergo illi habent vel, *pollicetur sese itineris periculique nihil esse docet ducem.* vel, *pollicetur sese ducem itineris periculique nihil esse docet.* vel, *pollicetur se itineris ducem periculique nihil esse.* quam mediam scripturam cum affirmet Popma haerere concorditer in omnibus MSS. Codd. prodit manuscriptos illos haud dignos nuce cassa, certe primitus impressis inquinatiores. Gruter.

Quorum alii, uti. *Tò alii* non est in ullo manuscripto, nec in impressis vetustioribus; e glossa nimirum irrepsit. Rivius.

Nunciavere. Ita MSS. omnes; at una etiam quasi lingua editi *renuntiavere.* maluissem ego *nuntiare*; infinitive. Gruter. — R. L. 3. *nunciavere.* Venetae et Mart. Oxon. *renunciavere.* γ. *nuntiare*, optime. at supra eadem, opinor, manu *ve.* A. Popmae lib. et λ. *nunciare.* Wasse.

Paullum. Ita etiam MSS. non *paullulum*, quod in edd. Grut. — λ. Pemb. *paullum*. Wasse.

331 Ex copia tubicinum et. Sic: *Ex omni copia * necessarios quinque delegit.* Ciacoon. — Vid. Auctorem de Re mil. pag. 502. et lege, *perite et fortiter*. infra: *Sed ante signa et citra, nec non etiam.* confer Veget. II. 15. et Lipsium. omittit *et* Gruter. Wasse.

Numero quinque quam velocissimos. Commel. *quinque numero.*

Pal. 3. destituitur illo *quinque*; quod alius arriperet cum tripudio; non ego. GRUTER. — Nostri fere *quinque numero*. L. 2. omittit *quam*. Pemb. pro *quinque n.* habet *IV*. et supra, *or*. WASSE.

ET EI NEGOTIO. Ita MSS. minorum gentium. nam maiorum destituuntur illo *ei* aut id habent a manu sec. Naz. initio habuit, *et se in negotio*. forte, *sice negotio*, deleto *et*. GRUTER. — L. 2. Venetae *γ. λ.* omittunt *ei*. WASSE.

## CAP. XCIX.

SED UBI EX PRAECEPTO TEMPUS VISUM EST. Exturbari posset *sed*, tanquam supervacuum. GRUTER. — Permutatis dictionibus leg. puto: *Sed ubi ex praecepto paratis compositisque omnibus tempus visum est*. Vide Turneb. XVIII. cap. 7. CIACCON.

ILLI QUI CENTURIIS PRAEERANT EDOCTI. Ita editio Aldi vetus, nec non Pall. sextus, septimus, octavus. nam primitus natae partim, *illi qui et assensuri erant edocti*, partim, *illi qui et ascensuri erant*. quod ipsum nullo negotio mutari posset in *escensuri*, de quo ita paratregoediatur Carrio [I. Emend. 5. qui etiam ibid. infra pro *facilius ascenderent* legit *facilius escenderent*.] sed praeter rem et scripturam MSS. meliorum. Ligus enim mutavit arma centurionibus solis, non etiam tubicinibus: utpote quibus ore utendum erat, non manibus, nisi quatenus eis sustinerent tubam. praeterea membranae potiores habent Naz. quidem et Pal. sec. *illi qui et centuriae praeerant*; neque aliter Commelinianus, nisi quod illud *et* repraesentet notam, qua in inscriptionibus antiquis designatur aut *centuria* aut *centurio*; ut vix mihi dubium sit, expressum primitus illud *centuriis*, sive adeo *centuriae*, non omnibus literis, sed nota sua peculiari: quod ipsum tamen errorum caussa. nam in Pal. tert. visas: *illi qui ex centuriis praeerant*. quart. *illi qui et centuriis praeerant*. quint. *illi qui ascensuri erant*. GRUTER.

MUTAVERANT. Ita MSS. selectiores, non *mutaverunt*, ut novissime cusi. GRUTER.

CAPITE ATQUE PEDIBUS NUDIS, UTI PROSPECTUS NISUSQUE PER SAXA FACILIUS FORET. Sic in cunctis exemplaribus et antiquis et recentioribus, ut *facilius* adverbium sit. Ceterum in Iulio Frontino III. Strategematum, ubi totidem ipse verbis locum hunc repetit, *facilior foret* legitur, sed eodem sensu; nec aliter volumen Florentinum. RIVIUS. — Riviani omnes excepto Florentino, et nostri fere *facilius*; eleganter. Venet. Mart. *facilis*. Florent. et Frontin. III. 9. *facilior*. receptam firmat Q. Septimius V. 11. de equo Durateo: *Cui edito in immensum, ima quae sub pedibus erant, rotis interpositis suspenderat, scilicet quo attractu* motus facilius foret. Livius autem XXV. 11. *faciliora* maluit. apud Frontin. legend. *nisusque* pro *visusque*. L. 2. λ. *profectus*; et in marg. pro V. L. *prospectus*. quod novo more usus Ap. Collatius. 743. Prospectu *confisa loci*. pro, *altitudine*. Glossae οχοπιά. Virg. *Turris erat* vasto suspectu. WASSE.

* NUMIDICA EX CORIIS. Nam scuta Romanorum lignea erant. Varro 332

Nam omnis natura, velut opera. In manuscriptis est *opere*, sed eodem sensu. in quibusdam sed impressis *praeceps erat*, quod non sane displicet. illud non proho quod in antiquioribus est, *nam per omnia natura* etc. id ex glossa addita irrepsisse in contextum videtur. Codex Badianus ad hunc modum: *nam omnia natura velut opera atque consulto praeceps habebat*. Mihi legendum videtur *omnis*, ita uti fere in recentioribus est. Hoc autem dicit Sallustius: *totum montem fuisse natura praecipitem, ac si humana industria sic et opere manuque factus esset*. Forsan aliquis illud *omnis* explicare volens in spatio quod versus dirimit suprascripserat *per omnia*, cum intelligi vellet, *ex omni parte*, ut Caesar loquitur. id postea in contextum irrepsit. Iul. Frontinus III. Stratag. totum hunc locum, sed aliis interdum verbis repetit. Rivius. — Varie hoc per libros vulgatur. nam alii, *per omnia natura*; alii, *iter per omnia natura*; quidam, *nam omni natura*. quae omnes scripturae, ut verbo dicam, assis non sunt: una autem recta nostra. qua enim facie *cetera*, eadem *omnia* accusandi casu ponitur, pro, omnes in partes, usquequaque. Acceptum hoc est in vulgus: *homo est, nisi quod superbus, cetera bonus*; illud insolentius: *homo est, omnia bonus*. i. e. sine exceptione; at utrumque eadem forma et pari veterum usu. Sic ergo Sallustius, *mons omnia praeceps*, nihilo aliter quam antea ausus erat, *inter cetera planitiem*. Haec iam dictaram, cum Rivium consului. Is, *codex*, inquit, *Badianus, ad hunc modum: Nam omnia natura velut opera atque consulto praeceps habebat*. Quid quaeris? plausi mihi, qui coniectura ad verum pervenissem. nam illud *habebat* quis insertum non videt, quod scripti nulli libri repraesentant? *Cetera* autem et *omnia* hac figura e Graecia sunt, ut pueri sciunt. Unum addam: recepta lectio *omnis natura* ab emendatorum ingenio est, quod eo volui, ne quis illam nobis imputaret. Palmer. — *Nam omnis natura velut opere*. Sic quidem Commelinianus; sed prius ei fuerat *omnia*, quod et in Naz. ac Pal. sec. quippe tertius ac sextus, *nam per omnia natura*, quod et occupat edd. primas. Gruter. —
324 Ball. *per omnia*. * et sic Pembr. sed *per* supra lineam, et a manu recente. uti apud *γ. λ. Nam omni n*. et intra lineas, *vel per omnia*. sic etiam L. 2. 3. Venetae. at Reg. *omnis mons*. ibi τὸ *mons* glossa manifestaria. si edita lectio displiceat, lege, *nam omnia* etc. *praeceps*. mihi tamen altera scriptura satis arridet. Gryphii edd. *per alia omnia*. Frontinus III. 9. *Quod una et angusta semita adibatur*, caetera parte *velut consulto praecipiti*. unde dubitari possit, sintne genuinae voces illae *opere atque*; codices tamen agnoscunt. caeterum apud eundem pro *eripi posse castellum* Petrensis *ascendi p. in c*. ibidem *perfectissimos* mihi suspectum. male etiam capit Sallustium: hic enim: *ex copia tubicinum atque cornicinum quinque numero quam velocissumos delegit, et cum his, praesidio qui forent, quatuor centuriones*. ille autem: *Paucos centuriones, quibus perfectissimos cum velocissimis militibus aeneatores immiscuerat*. Vide an rectius: *p. c. quibus quam velocissimos aeneatores im*. Nihil enim hic de militibus, et vox altera ad sensum minime omnium facit. Wass.

Virorum atque armorum satis magna vis — et fons aquae.

Sic et MSS. Pall. sine *erat* post *vis*, quod invasit editiones aetatis mediae, non primae. ego praeterea adhuc delibero, an non possit distingui: *virorum atque armorum satis; magna vis et frumenti; et fons aquae.* Gruter. — Ar. *frumenti erat*. γ. *vis erat*. caeteri non agnoscunt. *turribusque* in marg. tantum exhibet Pemb. et a manu recenti, uti et *locus*. λ. pro *aliis* habet *altis*, quomodo primo habuerat Pemb. Infra: *utrimque praecisum*. Reg. L. 2. 3. Venetae, Mart. γ. λ. Pemb. Ball. Bodl. *praecisae*. eam vocem Badius et Soldus ad *vineae* ineptissime referunt. Carrio et Gruterus dederant *praecisum*, hoc est, utroque latere abruptum, utrimque ad perpendiculum praecipiti rupe. Graece ἀμφικρημνον, ἀπότομον. Arrianus de Exped. Alex. IV. 282. καταλαμβάνει ΠΑΝΤΗι ἈΠΟΤΟΜΟΝ ἐς τὴν προσβολήν. Accius Oenomao: *Quemcunque institerum grumum, aut* praecisum iugum. Mela III. 9. *Omnia vastis* praecisa montibus, *ripae potius sunt quam littora*. Hoc sensu *concisa* apud Caesarem B. G. III. 9. et *circumcisa* VII. 36. Infra: *cum ingenti periculo frustra*. ita libri. alii, *et frustra*; sunt etiam qui *cum ing. p.* pro superfluis habent; sed minus recte. Tacitus An. XII. 45. *Ita Rhadamistus* frustra, *vel* cum damno *tentatis munitionibus*. Wass.

Nam cum hae paullo processerant. In nonnullis est *paullulum*, quomodo Cicero *aliquantulum procedere* dixit. sed prior lectio in manuscripto quoque. Rivius. — Pronomen supervacaneum est. Gruter. — abest Mart. Wass.

Milites neque inter vineas sine peric. administr. etc. Manuscripta, consentientibus aliis: *milites neque pro opere consistere propter iniquitatem loci, neque inter vineas sine periculo administrare; optumus quisque aut cadere aut sauciari*. sic fere et Venetum exemplar. itaque vides quam multa desint in recentioribus. Rivius. — Etiam atque etiam considerandum, num *intra vineas* legendum potius; quamquam ego nihil assevero. Glarean.

Administrare. Vide Iug. XXXI. Vox operibus belli accommoda. Caesar VII. B. G. Civil. II. 2. 8. Vegetius II. 21. Varro de L. Lat. pag. 24. Iustin. XIV. 2. rarius autem absolute ponitur. Plautus tamen Stich. II. 7. 1.

* *Iube famulos rem divinam mihi apparent.* 325
G. *Vin'* administrem?

nempe, *sacra*; quomodo supplet A. Victor Orig. ubi de Potitiis haec habet: *Eosque tam religione quam etiam* pietate *edoctos, mysteria eiusmodi fideliter custodivisse*. Haud iurarem non scripsisse, *quam impietate*; Pinariorum scilicet, qui pecunia ab Appio illecti, sacra sua servis propinarant, eiusque sceleris poenam solverant. Nam intra 30 dies ex quo hoc admiserunt, illorum familia extincta est. Ut revertamur, Plautum excipit Nepos IX. 4. *Id ut Lacedaemoniis est nunciatum, non sine cura* administrarunt, *quod maius bellum imminere arbitrabantur*. Sic apud eundem *facere* in Eumene: *Ut omnia perdant, neque minus eos, cum quibus steterint, quam adversus quos* fecerint. *stipendia* nimirum. quod imperitis dictum velim; nam Courtinus locum non capit. Wass.

Optumus quisque cadere aut sauciari. Vide Gront. ad illa Ta-

citi lib. V. Histor. cap. 16. *Superesse, qui fugam animis, qui vulnera tergo ferant.* Discumu 14. et adde notam ad huius historiae cap. 57. RUPERT.

## CAP. XCVIII.

ANXIUS TRAHERE CUM ANIMO SUO. Qui appeteret brevis esse, omitteret omnia haec praeter vocem primam. GRUTER.

AN FORTUNAM OPPERIRETUR. Ut plerique generosi. Vide notam ad Flori lib. IV. cap. 8. §. 3. RUPERT.

QUA SAEPE PROSPERE USUS ERAT. *Tò erat* non est in vetustis omnibus, ac citra detrimentum sensus abesse poterit; in manuscriptis *fuerat* legitur. RIVIUS. — Illud *fuerat* adscititium correctoris, eiusque loco MSS. aliquot referunt *erat.* GRUTER. — L. 3. omittit *fuerat.* Ar. Reg. *erat.* L. *est.* male omnes. WASSE.

QUAE CUM MULTOS DIES NOCTESQUE AESTUANS AGITARET. Et septem istas voces eodem iure neglexisset. GRUTER.

QUOD ADVERSUM PRAELIANTIBUS ERAT. Ego, reclamantibus omnibus exemplaribus, legendum puto *aversum* non *adversum.* *Adversa* enim pars anterior erat, ubi praelium fiebat, *aversa* autem posterior, ubi solitudo ac securitas. Lector ipse huius totius loci verba sequentia secum perpendat, et videbit nos non temere id asseruisse. GLAREAN. — Leg. censeo, *aversum.* CIACCON. — Lege, *quod aversum praeliantibus erat.* ita postulat sensus. PUTSCH. — Suspecta iterum vox *erat*, dixissetque alius, *latere castelli adverso praeliantibus.* porro illud *adversum* visitur in MSS. omnibus melioribus, Comm. Bong. Naz. Pal. sec. quart. quint. sext. sept. oct. neque debet mutari in *aversum*, nisi summam vim inferamus menti auctoris. GRUTER. — Nostri *advorsum.* λ. *advorsum* puncto literae *d* supposito. contra quos Ciacconius et Glareanus legunt *aversum*, quia nimirum in postica, non antica parte solitudo erat. Sed non advertunt Nostrum dicere, *haud* procul ab *eo latere* quod advorsum *erat.* ergo non in eo latere ubi procincta classis, sed loco diverso. Potest etiam τὸ *advorsum* accipi pro *difficile*, ut alibi: *Metello virtus militum erat, locus advorsus.* Confer Iug. LIX. Catil. LVIII. et LXVIII. Confusa saepius verba *adversum, diversum, aversum.* Ampelius pag. 40. *Iussu Hostilii deligatus ad currum in adversa actis equis.* lege *diversa.* Silius I. 555.

*Tardaque paullatim, et dubio vestigia nisu*
*Alternata trahens, aversus ab aggere cedit.*

ibi legerim *adversus.* cedit, sed more leonis, cui Turnum adsimulat Maro, quem hoc in loco, ut alias fere, sequi videtur:

326 ** — ceu saevum turba leonem*
*Cum telis premit infensis: at territus ille,*
*Asper, acerba tuens, retro redit:* et neque terga
*Ira dare aut virtus patitur:*
*Haud aliter retro dubius vestigia Turnus*
*Improperata refert.*

Idem de Aiace Homerus:

> Τρέσσε δὲ παπτήνας ἐφ' ὁμίλου, θηρὶ ἐοικώς,
> ἘΝΤΡΟΠΑΛΙΖΟΜΕΝΟΣ, ὀλίγον γόνυ ΓΟΥΝΟΣ ἈΜΕΙΒΩΝ.

Caeterum pro *aquatum* L. 2. 3. Venetae, *aliquantum*. Ball. *aliquantulum*, inficete. WASSE.

ANIMADVERTIT COCHLEAS. Tacit. Histor. III. *Advortit ea res Vespasiani animum an potius accendit.* CIACCON. — Codex Fabricianus *animum advertit*, ut sint duae dictiones, non una composita. RIVIUS. — Naz. quidem ac Commel. *animum advertit*, sed cum idem mox repeteretur, malui alterum, quod item in plerisque Rivianis, ut et Pall. GRUTER. — Male, mea quidem sententia, ob infirmam hanc ratiunculam a vera lectione abstinuit, quam e nostris tantum asservat Marchii γ. Vide Plinium N. Hist. XXI. 1. Tacitum et V. Cl. Rich. Bentleium ad Ciceronis Tusc. cap. 85. Verum ne nimis cito occurrat eadem constructio, potes, *animum adportunt repentes cochleae.* quod insolentius. B. Alex. *Qui ubi* advertit Caesaris animum. Tacit. *Advertit ea res Vespasiani animum.* Denique, si non fallunt Codices Prisciani, vox *animadverti* etiam antiquis in usu erat. vide lib. I. pag. 551. Certe Iustinus, qui Nostrum fere sequitur, ubique coniunctim effert. usus absolute Boëthius I. Pros. VI. Carm. *an. adv.* WASSE. — *Cochleae* non tantum antiquis in pretio, atque coenis expetitae, ut testatur Plinius lib. IX. cap. 56. sed et hodieque nonnullis gentibus in deliciis. De iis ita Dioscorides: *Terrestres cochleae stomacho utiles sunt, et non facile corrumpuntur. Optimae Sardonicae, Africanae, Astypaleicae, et quae in Sicilia aut Chio gignuntur, et quae in Liguriae Alpibus*, Pomatiae, *id est, operculares cognominatae. Quae vero vepribus fruticetisque conglutinatae cohaerent, ventrem stomachumque turbant.* PUTSCH.

STUDIO LEGENDI. Idem *legundi.* RIVIUS.

* MORE INGENII HUMANI CUPIDO DIFFICILIA FACIENDI ANIMADVERTIT. Manuscripta cuncta, *animum vertit*, quo modo exemplar quoque Beroaldinum. Nonius Marcellus quo loco *ignarum* esse dicit, et qui nesciat, et cui quid sit incognitum, ita hunc locum citat: *more humanae cupidinis ignara visundi.* pro, *ignota explorandi et inspiciundi.* nam *cupidinis* pro *cupiditatis* dixit, ut alias saepe. Hanc lectionem magis ad sensum Sallustii quadrare suspicor. nam habet eodem modo Gellius quoque libro IX. cap. 12. quo loco et ipse docet, *ignarum* utroversum dici, non solum qui ignoret, sed et qui ignoretur. Id vero sic habere, cum ex hoc ipso auctore, ut cum ait: *Praeter nomen cetera ignarus pop. Rom.* tum ex aliis etiam liquet. Tacitus: *Per occulta et vigilibus ignara.* Idem: *Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta et astus oppugnationum.* Contra *gnarum* pro cognito apud eundem: *Idque nulli magis gnarum*, inquit, *quam Neroni.* et: *Campos madentis et ipsis gnaros.* pro *cognitos.* RIVIUS. — Pro, *visundi ea, quae ignorantur.* sic Gellius lib. IX. cap. 12. et Nonius in verbo *Ignarus* recitat. quo modo Tacitus locutus libro II. *Per occulta, et vigilibus ignara.* et libro III. *Non sibi quidem ignara quae vulgabantur.* et libro XII. *Nihil tam ignarum barbaris, quam ma-*

*chinamenta et astus oppugnationum.* et idem Sallustius: *Regio hostibus ignara.* *Gnarus* item pro *cognitus* apud eundem Tacitum: *Idque nulli magis gnarum, quam Neroni.* et: *Campos madentes et ipsis gnaros.* A. MANUT. — Locum corruptum testatur Non. Marcel. qui sic citat in *Ignarum*: *Amore humanae cupiditatis ignara visundi.* et Agell. lib. IX. cap. 13. *More humanae cupidinis ignara visundi.* et explicat *ignara* τὰ ἄγνωστα. Sed Nonius corruptus est, apud quem lege ex MS. *more cupidinis humanae.* et lectionem veram apud Sallustium repone: *Ubi postquam solitudinem intellexit, more humanae cupidinis ignara visundi, animum vertit.* Optima locutio et Sallustiana. Sulpicius tamen Severus Crispi, quantum tempora et aetas illa ferebat, aemulus: *His more humani ingenii consilium fuit.* et Apul. in Florid. *Propius accessit, ut et cognosceret more humani ingenii quisnam esset.* Petron. *Vitio gentis humanae concupiit scire, quis aut quidnam faceret.* PUTSCH. — Nonius Marcellus et A. Gellius ita hunc locum recitant, ut passim in vulgatis excusisque libris legitur. Antiquorum tamen codicum mira est in huius loci lectione varietas. Quidam enim habent: *More humanae cupidinis ignara visundi animum accendit.* alii: *more ingenii humani, cupidus difficilia faciundi, animum vertit.* alii: *more ingenii humani cupido difficilia faciendi animum accendit.* Lector sequatur quod velit. C. POPMA. — *More humanae cupidinis ignara visundi.* Debemus locum istum Nonio Marcello, a cuius scriptura immensum abeunt membranae nostrae, aliaeque edd. Nam primae: *more ingenii humani cupido difficilia faciundi animum invadit.* neque secus sequentes, nisi quod meliores, *animum vertit* vel *advertit*; deteriores, *faciundi intendit.* GAUTER. — Venet. 1470. et Mart. *cap. diff. f. animum vertit.* L. 3. *difficillima.* L. 2. *c. ad difficilia faciunda an. invadit.* Pemb. *d. faciundi an. ad.* Formulam ex parte servat Petronius pag. 390. *Vitio* gentis humanae *concupiit scire, quis aut quid faceret.* Confer Valer. I. 7. Sueton. Claud. XIX. Liv. XXI. 22. Q. Septim. II. 38. Apuleium IV. Miles. Florid. IV. pag. 245. *Propius accessit, ut etiam cognosceret,* more ingenii humani, *quisnam esset?* atque ita pro *cupidinis* Pemb. Ar. Bodl. et Sulpicius Dial. I. *maris mollitie adtineri, egressos in terram, ut est* mos humani ingenii, *naturam locorum cultumque habitantium voluisse cognoscere.* Codex Aul. Trin. *mollitia.* forte legendum, *malacia.* Idem H. Sac. I. 16. *more* ingenii humani. Caeterum vox *ubi* in MS. Pemb. a sec. manu visitur; mallem abesset. *Postquam* apud Nostrum auspicatur sententiam. Catil. Postquam *divitiae honori esse coeperunt.* et alibi saepe. WASSE.

328 GRANDIS ILEX. *λ. gr. il. illa*, ultima voce erasa. * Mallem *g. arbor ilex.* Sisenna: *Vetus atque* ingens *erat* arbor ilex, *quae circum proiectis ramis maiorem partem loci summi tegebat.* quid vult auctor per voces *prona* et *flexa*, si minus intelligis, audi Statium interpretem Sylv. II. 3.

*Stat, quae perspicuas nitidi Melioris opacat*
*Arbor aquas; complexa lacus, quae* robore ab imo
Curvata in nodos redit inde cacumine recto
Ardua, ceu mediis iterum nascatur ab undis.

*Atque habitet vitreum tacitis radicibus amnem.*

Confer vs. 45.

*— latebrosa cubilia nymphae*
*Tu saltem declivis ama, preme frondibus undam.*

et infra:

*Sic ait; illa Dei veteres animata calores*
*Uberibus stagnis*, obliquo pendula trunco
Incubat, *utque umbris scrutatur amantibus undas.*
*Sperat et amplexus, sed aquarum spiritus arcet,*
*Nec patitur tactus; tandem* eluctàta sub auras,
Libratur fundo, rursusque enode cacumen
*Ingeniosa* levat, *veluti descendat in imos*
*Stirpe lacus alia.*

*aucta in altitudinem* idem valet, atque aucta in longum, vel secundum longitudinem, cuius contrarium est *pandere se*, quod dici solet, quando arbores patulae sunt et humiliores. Columella III. 3. *multaque* materia frondentem. Quam proprie dicatur arbos *frondere materia*, viderint alii; certe Codex Arondel. habet *pandentem*. Virg.

— *annosaque* brachia pandit.

WASSE.

PLANITIEM PRAESCRIBIT. Manuscripta duo *perscribit*, quomodo et sensus postulat; error ex affinitate vocum ortus. RIVIUS. — Alii libri *pervenit*. CIACCON. — Alii, inquit Ciaccon., *pervenit*. MSS. duo Rivii *perscribit*. Reg. a manu pr. *perscribit*, spatiolo inter syllabas ult. et penult. relicto, forte pro *perscribsit*. Mart. L. 2. *praescribit*. Pemb. *describit*; pro *notat* ait interpres ad oram Reg. Non ita Crispinus; ille praeterea, *il prit le plan*. Militemne gregarium, eumque ex Liguria, graphidis peritum scilicet; hominem famelicum chartulis et fuco ad cochleas accessisse? peniculone rem gessisse Mario imperante? Mars tuam fidem! Agedum, concedamus quod in usu fuerint eiusmodi tabulae; praesertim cum Herodotus τῆς γῆς Περίοδον, Anaximandri Milesii inventum tempore Tulli regis, ἐν τῷ πίνακι ἐντετετμημένην, et *pictam in pariete Italiam* memoret Varro R. R. I. 1. Verum haec elegantiora quam ut ad castrense peculium pertinerent. Neque gregarios tam ex eorum in literis profectu, quam vi lacertisque legisse censendus est Imp. ἀναλφάβητος. At fuit unus e multis ille Ligus; esto. quid tandem in hac re arte sua opus? quae deformationis necessitas? Num sine tabula docere nequibat, aversa castelli intuta esse, et a propugnatoribus deserta? Sed manum de tabula; haec enim plane γελαστὰ καὶ οὐκ ἐπιεικτά. *Perscribere* idem ac perlustrare oculis. aream ergo loci perlustrat, intento *ad scribendi necessitatem*, animo ac sensibus, ut loquitur Quintilianus. Saepenumero id quod unius sensus proprium est, alteri adscribitur; ut oculis metiri locum, capere, ambulare, equitare, devorare, vesci, contrectare. Nonnus Dionys. V. pag. 158.

Ἀγνὸν ἀνυμφεύτοιο δέμας ΔΙΕΜΕΤΡΕΕ κούρης
Ἀγχιφανής.

uti et VII. pag. 215. Virg. Aen.

*Atque* oculis spatium emensus *quantum satis hastae.*

Georg.

*Ante* locum capies oculis.

Tertullian. ad Nat. II. 4. *Merito ergo Milesius Thales, dum totum coelum examinat atque* ambulat oculis, *in puteum cecidit.* Ennius:

*His equitat curritque*, oculis equitare *videmus.*

Martial. I. 79.

— *sed spectat* oculis devorantibus *Draucos.*

Accius Athamante:

*Priusquam infans facinus* oculi vescuntur *tui.*

Neque tantum quod oris est, sed quod etiam aurium et manuum, oculis additur. Plautus Pseud. II. 2.

329 * *Hi sunt loci, atque hae regiones, quae mihi ab hero sunt demonstratae,*

*Ut ego* oculis rationem capio.

Tacitus An. III. 12. *nudare corpus*, et contrectandum *vulgi* oculis *permittere.* Locus mendo vacat. Ovid. Met. VII. 478.

*Spectat eam Tereus*, praecontrectatque videndo.

Tacitum sequi videtur aemulus eius S. Severus VIII. 23. *Curiosius tamen* oculis *aut digitis* attrectata, *non aliud quam vestis videbatur:* Ante omnes Cicero Tusc. III. 15. *Ad conspiciendas totaque* mente contrectandas *varias voluptates.* eumque, ut assolet, imitatus Lactantius de Opif. D. *Quae a nobis longe remotae, neque* oculis contrectari, *neque tangi manu.* Favent Silius X. 452. pertractans *vulnera* visu. et Statius Achill. II.

*Tum vero intentus vultus ac pectora Ulysses*

Praelibat visu.

Ad hanc formam Horat. Ep. I. 16.

Scribetur *tibi forma* loquaciter, *et situs agri.*

alibi:

— exsurdant *vina* palatum.

Virg.

— rumore *incensus* amaro.

Et *ater odor*, uti apud Sallustium, *levis.* Sed et Aristoteles de An. III. 1. τῇ *ʼΟΨΕΙ τὸ ΓΛΥΚΥ ΑΙΣΘΑΝΟΜΕΘΑ.* Plautus alicubi: lippiunt *fauces fame.* Atque ut reliqui corporis actiones oculis, ita etiam menti animoque et memoriae tribui solent. D. Hieronymus, bonorum aemulus, Ep. ad Heliodor. *Tu Paradisum* mente deambula. Sophocles Aiace Fl.

*Φώνημʼ ἀκούω καὶ ΞΥΝΑΡΠΑΖΩ ΦΡΕΝΙ.*

Saepius vero insculpere, depingere, deformare, scribere. Dicunt veteres: *φαντασίαν εἶναι ΤΥΠΩΣΙΝ ἐν ἡγεμονικῷ.* animamque fingunt in speculi modum visa excipere: ad quam illorum imaginem praeclare Ach. Tatius V. pag. 307. *Ἕλκουσα δὲ τοῦ ἐρωμένου τὸ εἴδωλον ἀεὶ, ἐναπομάσσεται τῷ τῆς ΨΥΧΗΣ ΚΑΤΟΠΤΡΩι, καὶ ἀναπλάττει τὴν μορφήν· ἡ δὲ τοῦ κάλλους ἀποῤῥοὴ διʼ ἀφανῶν ἀκτίνων ἐπὶ τὴν ἐρωτικὴν ἑλκομένη καρδίαν, ἐναποσφραγίζει κάτω τὴν σκιάν.* illaque idea vocibus *ἄγαλμα, παράδειγμα, ὑπογραφὴ* efferri solet. Synesius Epist. CXXIII. Philo et M. Antonin. III. 10. Cicero Acad. IV. 48. *quae* cogitatione depingimus. Acad. Q.

II. 2. *Ut litteris consignamus, quae monumentis mandare volumus: sic ille* in animo res insculptas *habebat*. Plautus Pseud. II. 3. *Iam instituta, ornata, cuncta in ordine* animo *ut volueram, Certa*, deformata *habebam*. Cic. de N. D. I. 100. *habebam* in animo insitam informationem *Dei*, *et quidem barbati Iovis.* et, quod proxume Sallustium est, Terent. Andr. I. 5. *etiam nunc mihi* scripta *illa dicta* sunt in animo Chrysidis. Seneca Praef. in I. Controv. de Porcio Latr. *Supervacuos sibi fecerat codices, aiebat se* scribere in animo. Hoc ille ab Antisthene habuit, qui, prodente Laërtio, *Ἔδει γὰρ ʼΕΝ ΤΗι ΨΥΧΗι αὐτὰ καὶ μὴ ἐν ταῖς χάρταις ΓΡΑΦΕΙΝ.* Libb. *καταγράφειν.* uti etiam citat Arsenius, at frustra. Sophocles Philoct. 1356.

*Καὶ ταῦτʼ ἐπίσω καὶ ΓΡΑΦΟΥ φρενῶν ἴσω.*

Aeschylum secutus, qui Prometh. vinct. 788. dixerat:

*Σοὶ πρῶτον ʼΙοῖ πολύδονον πλάνην φράσω,*
*Ἣν ʼΕΓΓΡΑΦΟΥ σὺ μνήμοσιν ΔΕΛΤΟΙΣ ΦΡΕΝΩΝ.*

Idem alibi effert per *ἐν γνώμᾳ ἐβάσταξε.* Pindarus Ol. X.

*ʼΕΓΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ταῖς ΦΡΕΣΙ.*

Theodoretus de Provid. Serm. V. *Οἰκίαν ὁρῶντες τεχνικῶς μάλα γεγενημένην, εὐθὺς τὸν τεχνίτην θαυμάζομεν καὶ τὸν οὐ παρόντα ΖΩΓΡΑΦΟΥΜΕΝ τῇ ΔΙΑΝΟΙΑι.* D. Paulus: *ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε, ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν.* E contra nihil frequentius quam *animo labi*, *deleri*. Virg.

*Aut nostro illius* labatur pectore vultus.

Terent. deleo *omnes dehinc* ex animo *mulieres*. Sed voces *γράφειν*, *perscribere* et similia absolute prolata et sine adiunctis mente, sensibus, *διανοίᾳ* aliisque id genus vixdum invenias. Attamen e Graecis ita locuti Achilles Tatius pag. 91. *ʼΑΝΑΠΛΑΤΤΩΝ γὰρ ἑαυτῷ τῆς παιδὸς τὸ κάλλος.* Callimachus Hymn. VI. 57.

*Νέμεσις δὲ κακὰν ʼΕΓΡΑΨΑΤΟ φωνάν.*

Philostratus vit. Apoll. IV. 8. depinxisse ait eum adulescentem, cuius speciem oculis curiose deformaverat, et quasi corde perscripserat: *ʼΑπολλώνιος ἀνδριαντοποιοῦ δίκην ἐς τὸν Μένιππον βλέπων, ʼΕΖΩΓΡΑΦΕΙ τὸν νεανίαν καὶ ἐθεώρει.* Idem Icon. II. *Ἡ Βάκχη τοῦ Διονύσου ἐρῶσα ʼΑΝΑΤΥΠΟΥΣΑ αὐτόν τε καὶ ʼΑΝΑΓΡΑΦΕΙ καὶ ὁρᾷ μὴ παρόντα.* vide etiam IV. 8. Eustathius de Ism. etc. V. pag. 147. *Ὁ μὲν μοι τὴν Ὑσμίνην ʻΥΠΕΖΩΓΡΑΦΗΣΕ συμπαίζουσαν.* *Perscripsit* ergo, quod alibi haud occurrit, idem sonat atque oculis perlustravit memoriaeque defixit. Wasse.

Quod cuncti Numidae intenti praeliantibus aderant. Solent plerumque eam partem civitatis negligentius custodire, quae munitissima * est, ut notavimus ad Flori lib. III. cap. 20. §. 4. ubi et similem ca- 330
ptae Erebergae historiam retulimus ad eiusdem lib. II. cap. 8. §. 10. Rupert. — Sic MSS. potiores, non *aberat*; quod irrepsit quidem in edd. plerasque, sed non etiam vetustiores; ego neutram desideraverim si abfuerit. Gruter.

Eodem regreditur. Fabricianum *eadem*. nempe qua prius egres-

sus ad summum prope montis erat. Rivius. — Lego: *eadem degreditur.* Gronov. — nostri et Carrio *eodem.* Wasse.

Non temere, uti ascenderat. Manuscriptum Fabricii, *qua ascenderat* [sic λ.] verum prior lectio mihi magis arridet et eandem sensus exposcit. non ut temere escenderat, sic etiam temere descendit, sed, uti mox sequitur, tentans omnia ac circumspiciens. Rivius. — *Escenderat.* Sic fuit a prima manu in Naz. ideoque revocandum duxi, eiecto hactenus vulgato *adscenderat.* Gruter. — *Escenderat* Carrio I. Emend. 5. Broukh.

Itaque Marium propere adiit. Manuscripta rectius *adit*, tempore praesenti: quomodo et ex impressis quaedam. sed et ea verba, quae statim sequuntur, eiusdem temporis sunt, ut *edocet*, *hortatur.* Rivius.

Ab ea parte qua ipse ascenderat. In manuscriptis est *descenderat*; id, si quid ego iudico, magis ad sententiam facit. habent eodem modo ex impressis quaedam. Rivius. — *Descenderat* est in plerisque membranis et quidem cum litura in Naz. adeo ut heic iterum id vocis (*escenderat*) restituere ausus fuerim, vulgato repugnante menti auctoris. Gruter. — Nostri *ascend.* Wasse. — Forte *escenderat.* Broukh.

Pollicetur sese ducem itineris, periculique nihil esse docet. In manuscriptis τὸ *docet* non est, ac maiore cum gratia abesse citra detrimentum sensus poterit. in iisdem tamen, *pollicetur sese itineris periculique ducem.* Rivius. — Secuti veterum codicum fidem, qui in hoc omnes conveniebant, ita hunc locum restituimus. Sed et Plantinus hanc lectionem in margine sui codicis adnotarat. C. Popma. — *poll. sese itin. periculique ducem.* Ita edd. primae, ita MSS. meliores Com. Pall. pr. sec. tert. quart. degenerarunt primum sequentes 5. 6. 7. 8. nam reliqui 9. 10. 11. 12. paullo prius defecerunt; itaque non est quod quis eorum testimonia deinceps requirat; quatuor ergo illi habent vel, *pollicetur sese itineris periculique nihil esse docet ducem.* vel, *pollicetur sese ducem itineris periculique nihil esse docet.* vel, *pollicetur se itineris ducem periculique nihil esse.* quam mediam scripturam cum affirmet Popma haerere concorditer in omnibus MSS. Codd. prodit manuscriptos illos haud dignos nuce cassa, certe primitus impressis inquinatiores. Gruter.

Quorum alii, uti. Τὸ *alii* non est in ullo manuscripto, nec in impressis vetustioribus; e glossa nimirum irrepsit. Rivius.

Nunciavere. Ita MSS. omnes; at una etiam quasi lingua editi *renuntiavere.* maluissem ego *nuntiare*; infinitive. Gruter. — R. L. 3. *nunciavere.* Venetae et Mart. Oxon. *renunciavere.* γ. *nuntiare*, optime. at supra eadem, opinor, manu *ve.* A. Popmae lib. et λ. *nunciare.* Wasse.

Paullum. Ita etiam MSS. non *paullulum*, quod in edd. Grut. — λ. Pemb. *paullum.* Wasse.

331 Ex copia tubicinum et. Sic: *Ex omni copia * necessarios quinque delegit.* Ciacon. — Vid. Auctorem de Re mil. pag. 502. et lege, *perite et fortiter.* infra: *Sed ante signa et citra, nec non etiam.* confer Veget. II. 15. et Lipsium. omittit *et* Gruter. Wasse.

Numero quinque quam velocissimos. Commel. *quinque numero.*

Pal. 3. destituitur illo *quinque*; quod alius arriperet cum tripudio; non ego. Gruter. — Nostri fere *quinque numero*. L. 2. omittit *quam*. Pemb. pro *quinque n.* habet *IV*. et supra, *or*. Wasse.

Et si negotio. Ita MSS. minorum gentium. nam maiorum destituuntur illo *ei* aut id habent a manu sec. Naz. initio habuit, *et se in negotio*. forte, *eice negotio*, deleto *et*. Gruter. — L. 2. Venetae γ. λ. omittunt *ei*. Wasse.

## CAP. XCIX.

Sed ubi ex praecepto tempus visum est. Exturbari posset *sed*, tanquam supervacuum. Gruter. — Permutatis dictionibus leg. puto: *Sed ubi ex praecepto paratis compositisque omnibus tempus visum est*. Vide Turneb. XVIII. cap. 7. Ciaccon.

Illi qui centuriis praeerant edocti. Ita editio Aldi vetus, nec non Pall. sextus, septimus, octavus. nam primitus natae partim, *illi qui et assensuri erant edocti*, partim, *illi qui et ascensuri erant*. quod ipsum nullo negotio mutari posset in *escensuri*, de quo ita paratragoediatur Carrio [I. Emend. 5. qui etiam ibid. infra pro *facilius ascenderent* legit *facilius escenderent*.] sed praeter rem et scripturam MSS. meliorum. Ligus enim mutavit arma centurionibus solis, non etiam tubicinibus: utpote quibus ore utendum erat, non manibus, nisi quatenus eis sustinerent tubam. praeterea membranae potiores habent Naz. quidem et Pal. sec. *illi qui et centuriae praeerant*; neque aliter Commelinianus, nisi quod illud *et* repraesentet notam, qua in inscriptionibus antiquis designatur aut *centuria* aut *centurio*; ut vix mihi dubium sit, expressum primitus illud *centuriis*, sive adeo *centuriae*, non omnibus literis, sed nota sua peculiari: quod ipsum tamen errorum caussa. nam in Pal. tert. visas: *illi qui ex centuriis praeerant*. quart. *illi qui et centuriis praeerant*. quint. *illi qui ascensuri erant*. Gruter.

Mutaverant. Ita MSS. selectiores, non *mutaverunt*, ut novissime cusi. Gruter.

Capite atque pedibus nudis, uti prospectus nisusque per saxa facilius foret. Sic in cunctis exemplaribus et antiquis et recentioribus, ut *facilius* adverbium sit. Ceterum in Iulio Frontino III. Strategematum, ubi totidem ipse verbis locum hunc repetit, *facilior foret* legitur, sed eodem sensu; nec aliter volumen Florentinum. Rivius. — Riviani omnes excepto Florentino, et nostri fere *facilius*; eleganter. Venet. Mart. *facilis*. Florent. et Frontin. III. 9. *facilior*. receptam firmat Q. Septimius V. 11. de equo Durateo: *Cui edito in immensum, ima quae sub pedibus erant, rotis interpositis suspenderat, scilicet quo attractu* motus facilius foret. Livius autem XXV. 11. *faciliora* maluit. apud Frontin. legend. *nisusque* pro *visusque*. L. 2. λ. *profectus*; et in marg. pro V. L. *prospectus*. quod novo more usus Ap. Collatius. 743. Prospectu *confisa loci*. pro, *altitudine*. Glossae σκοπιά. Virg. *Turris erat* vasto suspectu. Wasse.

* Numidica ex coriis. Nam scuta Romanorum lignea erant. Varro 332

lib. IV. de L. L. *Scutum a sectura, ut secutum: quod minute concisum sit tabellis.* Scuta autem illa Numidica et lorea *cetrae* vocabantur. Servius ad illud Virgilii *laevas cetra tegit: Cetra*, inquit, *scutum loreum, quo Africi et Hispani utuntur.* COLERUS.

PONDERIS GRATIA. Hoc est, *minuendi p. gr.* vel, *levitatis gratia.* rem per contrarium enuntiat. sic XII. cap. propter dissensionem *placuerat dividi thesauros.* i. e. ad evitandam discordiam, concordiae causa. potest tamen accipi pro, *ob simultates inter illos natas.* Hoc modo mare *sterilitatis alimentum* vocat Ambrosius Hexaem. V. 3. quod alimenta subministrat, pro *foecunditatis al.* vel rerum egenarum alma nutrice. Iornandes B. Get. pag. 98. *graviores corporum velocitate.* nempe quasi velocitatem. hinc *leve pondus* Ovidio Met. II. WASSE.

OFFENSA QUO LEVIUS STREPERENT. Sic chirographi, praeter Commelin. in quo prius *offensae*; ut respiciat ad *gratia:* sed male. GRUTER. — Mart. Carrion. Venetae, Reg. L. 3. γ. λ. Pemb. *levius.* Parisiis et Amstelod. cusi, quidam Oxon. Arond. *lenius.* omnes *offensa*; recte. scuta enim laminis aereis plerumque superinducta erant ferroque vincta, unde saxis impacta custodes excivissent. Liv. VII. 36. *nulo offenso scuto praebuit sonitum.* Thucyd. ὅπως τὰ ὅπλα μὴ *ΚΡΟΤΟΜΕΝΑ* πρὸς ἄλληλα *ΑΙΣΘΗΣΙΝ ΠΑΡΕΧΟΙ.* Sed et hi Plataeenses κατόπιν τὰς ἀσπίδας ἔφερον. eorum irruptionem cum horum adscensu contendat lector, uti et Oppian. IV. 65. Curtium pag. 535. Virg.

— *ubi concava pulsu*
*Saxa sonant*, vocisque offensa *resultat* imago.

ibi solus e nostris Pemb. *ostensa.* inepte; at illud librarii *aptius* voci *imago* respondere putarant. Varro III. R. R. *Ubi non resonent imagines.* Corrige obiter Luctatium ad Papin. Theb. V. 564. *quia non resultat nox, nisi aliqua soliditate opposita.* legendum *vox*; cuius proprium est *resultare.* Aen. V.

— Vocemque *inclusa volutant*
*Littora, pulsati colles* clamore resultant.

per Hypallagen pro *inclusam vocem*, inquit Ruaeus. imo inclusa et circumventa montibus reddunt vocem. at sententiam ex VI. 268. adstruit; error enim errore tegendus ne perpluat:

*Ibant obscuri* sola *sub* nocte *per umbram.*

pro *soli*, ait. Piget taedetque ineptiarum; *sola nox* est nox deserta, solitaria, ab hominibus et bestiis plerisque derelicta. Horum absentiam aut infrequentiam innuit ea voce. atque ita *solis agris* dixerat in Georg. alibi:

Sola *domo moeret vacua.*

et:

Solaque *culminibus ferali carmine bubo* etc.

denique:

— in sola *relegant*
Pascua.

Ovid. Met. II. 489.

— Sola *non ausa quiescere* sylva.

hoc pacto apud Sophoclem in Ai. Fl. μόνος. Nostrates eodem sensu, *Lonely*. Seneca in Herc. F. noctem illam peiorem apud inferos vocat: *silentis* otium *mundi*. pro *sola* Nasoni placuit *deserta:*

*Frigida* deserta nocte *iacebis anus*.

Quod vero quidam *lenius*, id mihi vitium sonare videtur. *levius* autem pro *minus*. Ovidii Ibis 255.

*Nec* levius doleas, *quam qui bibit ubera cervae*.

Horat. Serm. II. 7.

— *quanto constantior idem*

*In vitiis*, *tanto* levius miser.

Caeterum suavius esset, inquit Gruterus, *vincire;* aliter libri. proque *adscenderent* in membranis Palatini primi Nazarianis quas inspexerat, *escenderent*. Vide Palmer. et Gronov. ad Liv. II. 28. et Senecam Controv. II. 13. Wasse.

Laqueis vinciebant. Suavius fuisset, meis quidem auribus, *vincire*. Gruter.

* Milites facilius escenderent. Ita rursus fuit in membranis 333 Palatini primi Nazarianis, non *adscenderent*. Gruter.

Inermos mittere. Sic infra: *ab inermis pedibus*. Notatur hoc a Nonio et eo saepe utitur Tacitus. Ciaccon.

Quae dubia nisui videbantur, potissimus tentare. Erant Ligures montani: quod hominum genus, per calles et invias rupes pecora agere solitum, quantumvis aspera et confragosa, facile emetitur seu percursat. Unde et apud Curt. lib. VII. sub. f. Alexander M. ad capiendam petram illam, quam Arimazes Sogdianus 20000 armatorum obtinebat, undique abscissam et abruptam, opera praecipue huiusmodi hominum usus fuisse legitur. Rupert. — *Dubia nisui*. Nutantia nimirum, et in ruinam prona. Seneca N. Q. VI. 1. *Nam et Herculanensis oppidi pars ruit*, dubiaeque stant, *etiam quae relicta sunt*. VI. 9. *Tunc vasti hiatus aperiuntur*, *aut cum diu* dubitaverunt, *super ea se quae supersunt stantque componunt*. sic enim Codd. opt. non, ut in vulgatis, *mutaverunt*. Propert. IV. 4. 81.

*Mons erat adscensu* dubius.

Lucretius:

*Denique sub pedibus tellus cum tota* vacillat
*Concussaeque cadunt urbes* dubiaeque *minantur*.

Vid. Claudian. Rapt. 157. Florus II. 12. *per acerbos* dubiosque tumulos, *illa quae volucribus quoque videbantur invia*, *accessit*. Hoc sensu apud Nostrum vox *incertum*. *Potissumus* Carrio. Wasse.

Ac saepius eadem ascendens et descendens. Legendum monuerunt alii: *ac saepius eadem escendens et descendens*. quod verum puto. Notarat et *escendere* in Sallustio Fronto, sed Manutius locum corruptum putabat. Verbum hoc incuria descriptorum male acceptum in veterum libris, ac plerumque in *descendere* mutatum. Varro de L. Latina lib. IV. *Tertius gradus quo Philosophia ascendens pervenit*. ubi veteres libri *descendens pervenit*. sed legendum *escendens*. Putsch. — Vereor ne hic locus corruptus sit, non parum sane mihi suspectus est, quod in melioribus

libris dictionem *descendensque* non invenerim. de quo eruditi iudicent. C. Popma. — *Descendensque* melioribus meis aberat, inquit C. Popma. Reg. omittit *ac*. Bodl. omittit *ac descend.* Wasse.

Sicut aliis diebus adversum hostes aderant. Putabam olim: *advorsum hostes ierant.* quia infra: *Cum Sulla, profligatis iis, quos adversum ierat, rediens ab latere Mauros incurrit.* Nunc nihil muto. Apuleius Milesia secunda: *Prima face cubiculum tuum adero.* ita codices notae melioris et editio Florentina. Putsch.

Marius ubi ex nuntiis etc. Quanto rectius ac modulatius in manuscriptis, *Marius ubi ex nuntiis*, *quae Ligus egerat*, *cognovit*. Rivius.

Cognovit. *l.* in contextu et manu pr. *accepit.* non male. et pro *tota die*, cotidie. supra dixerat, *quod omnes sicut aliis diebus.* sed nihil muto. Pemb. *tota*, ut Livius aliique, caeteri minus recte *toto*. Wasse.

Intentos praelio Numidas habuerat. In plerisque est, *suos*
334 *habuerat.* sed prior lectio bene habet. * nam et ante Sallustius *intentos praeliantibus fuisse Numidas* dixit. Rivius. — Sic quidem edd. antiquiores, et MSS. recentis aevi; sed tamen praeter fidem membranarum situ fere exesarum, in quibus partim *intentus praelio invidiae habuerat*, partim, *intentus praelio insidiae habuerat*: hoc in Commel. meo, illud in Pal. pr. ac sec. nam in Pal. octavo visas, *quanquam toto die intentos praelio suos habuerat.* equidem quamvis in proclive esset novam hinc eruere lectionem, teneo me et adquiesco vulgatae. Gruter.

Testudine acta succedere. Sic habent omnes codices vulgati. In uno MS. Cod. comperi: *Testudine clypeorum acta succedere.* C. Popma.

Vineis Romanorum subversis, item incensis. Haec verba, *item incensis*, in quibusdam libris manu descriptis desiderantur. Ego tamen minime delenda censeo: nam apud veteres vineae quoque incendi poterant, id quod ex iis intelligi licet, qui de re militari scripsere. C. Popma.

Sed pro muro dies noctesque agitare. Vide not. ad Val. lib. II. cap. 7. Ext. 7. Adde Polyb. lib. I. cap. 11. et cap. 49. Quibus sunt vires, indignum ducunt viris obsideri; quare aut obviam congrediuntur hostibus, invitantque ad pugnam, aut certe ante moenia muniunt castra. Videndus Dionys. Halicarn. lib. II. cap. 40. et lib. V. cap. 59. Polyb. lib. IX. cap. 6. Diodor. lib. XIX. cap. 99. Tacitus lib. III. Annal. 20. de Decrio et lib. VI. Annal. 34. Hinc assequimur iactantiam Paeti apud eundem lib. XV. Annal. cap. 10. *Et tunc relictis hibernis, non fossam, neque vallum sibi, sed corpora et arma in hostem data clamitans, duxit legiones, quasi praelio certaturus.* Rupert.

Maledicere Romanis ac Mario vaecordiam obiectare. Ut fieri solet in obsidionibus temere coeptis. Sic quum Caecina, dux Vitellii, tentasset oppugnationem Placentiae, *utrinque* ait Tacit. II. Hist. 21. *fuisse diversas exprobrationes; Vitellianos Othonianum ut segnem ac desidem et circo ac theatris corruptum militem; hunc peregrinos illos et externos increpasse.* Adde Picc. d. II. cap. 2. pag. 96. et cap. 6. *pr.* pag. 110. Ceterum plus quam periculosum est, hostem suum maledictis lacessere, quum, uti scribit Plutarchus in Timoleonte, *plerique male-*

*dictis quam malefactis gravius laedantur difficiliusque contumeliam perferant quam damnum.* Superiorum temporum memoria illustre huius exemplum exhibet, quod apponere placet. Durante bello Bavarico Maximiliano I. multa passim loca deditionem ultro fecerant. Sed est ad Oeni ripam in Tirolensis agri et Bavariae confiniis Kufsteinium opidum, quod arcem habet ex solida rupe excisam: quae in montis praerupta crepidine collocata, opido superimminet, unam tantum qua adiri potest semitam praebens: ingenio loci et opere munitissima, Geroltzeckum appellata. Hanc per id tempus cum praesidio tenebat Ioannes Bentzemauerus, domi nobilis et rei militaris peritia insignis, qui Palatinorum partes secutus fiduciaque loci elatus, insolenter admodum se gerebat. Caesar eo profectus, arcem cum opido sibi tradi postulat, vitam ac veniam praefecto eiusque militibus promittens. Id cum impetrari non posset, oppugnationem etsi difficilem aggressus, crebris tormentorum ictibus arcem verberari iussit. Ferunt praefectum, ut plane omnem vim hostilem spernere videretur, post explosa tormenta, scopis etiam exteriorem muri partem verri iussisse. Contumelia itaque istacce suique contemtu irritatus Caesar, maiora tormenta per clivosa montium iuga in locum quendam ex adverso in monte, qui arcis situm altitudine nonnihil superaret, subvehi curavit: quibus non moenia, sed milites ipsi et interiora arcis domicilia petebantur neque usquam tutus dabatur recessus. Obsessi deditionem tandem * faciunt: praefectus cum nobilibus aliquot capitali 335
supplicio afficitur. Luckius in Nummis. Rupert. — *Ac Mario.* L. 3. Ball. omittunt *ac.* Mart. *et.* Pemb. *tutabant.* infra L. *saevitiam.* supra manu recenti: *vel servitium;* quod melius est. hac in re tibi quisquis es facile assentior. Noster I. 4. *Dominationis in vos servitium suum mercedem dant.* confer Exod. VI. 6. i. e. servitutem a Iug. ut apud Virgilium VI. 565. Deum *poenas* pro, poenas ab iis constitutas. Aeneid. VII.

— *Hippolytum postquam arte novercae*
*Occiderit, patriasque explerit sanguine poenas.*

Liv. II. 3. *libertatem aliorum in suam vertisse* servitutem. Wass.

Romanis omnibus. Si mei arbitrii res esset, facile delerem illud *omnibus*, adeo nihil habet quod heic agat. Certe Reg. *omnibus*, *Rom. hostibusque*, quae verborum collocatio melior. λ. vero *Rom. omnibusque*, omisso *hostibus.* Gr. *omn. R.* infra Veneta, *pro gloria*, *pro imperio.* et sic Ball. λ. *aut imper.* L. 2. omittit *eo.* et Ball. item *magna.* Glareani codex *m. utrimque vi.* sic e nostris Reg. L. 3. Hegesippus III. 9. *fessis itaque tota die*, illis pro salute, istis pro triumpho dimicantibus. V. 12. His pro salute, Rom. pro victoria *certamen erat.* ibi C. C. C. *insolens.* et *potior.* Arond. *et illis pro c.* eam redarguit Hegesippus et MSS. Wass.

Magna vi utrimque. Post haec verba distinguendum, ac deinde inferendum: *pro gloria atque imperio his*, *illis pro salute certantibus.* Codex vetustus inverso paululum ordine legit, *magna utrinque vi*, quod placet. quidam omiserunt *vis* et *magna* ad *gloria* retulerunt; at hi auctoris sensum non perceperunt. Glarean.

Repente a tergo. Locum aemulatus est Curtius VII. 11. confer

Arrianum Exped. IV. pag. 283. etiam Frontinum II. 8. ibi hodie legitur, *supereminentem castris regiis collem, a tergo subitus apparuisset.* nova mehercules auribus meis syntaxi. Sed bene quod adhuc extent codices, quibus a cive Romano maculam eluamus. clare ergo quos inspexi omnes exhibent, *super imminentem.* Cave autem sequentia barbarismi insimules, aut aliorum *duxerat* pro *direxerat* admittas; sic enim locuti Virg. Cicero, Lucanus, Valer. V. 43. Veget. I. 26. Hegesip. I. 23. ubi MS. omittit *fratres*, recte. eodem loco pro *direxit Iosephus* habet πέμπει. Denique ita et Frontinus ipse II. 5. III. 9. Wasse.

Tantum non sauciare. Illud *tantum non* exulat MSS. haud ita vetustis, sed insidet sane antiquissimos. Gruter. — γ. *tantum m.* et supra *m* habet *o.* sic Pemb. λ. Reg. at Gruteriana *tantummodo*, uti Carrio meique omnes. Nostrum sequuntur Tacitus Agric. XXXVI. *proximos quosque* caedere, *ac plerisque* semineces *aut integri festinatione victoriae* relinquebantur. Q. Septim. III. 6. *Iaculo* fundere obvios ac prostratos *quum alios invaderet* proculcans subterere. Pemb. a 1. manu, nisi fallor, *occasorum.* Wasse.

Deinde super occisorum etc. Manuscripta fere *dein.* Rivius.

Certantes murum adscendere. Codices in membrana descripti, quos ego viderim, omnes ad unum habent *murum petere*, non, quod in impressis fere est, *adscendere.* iudicet lector. Rivius.

336 * Correcta. MS. Rittershus. *correpta.* quod idem significat. Glossarium: *corripies*, ἐπιτιμήσειας. Coler. — Comm. nihilo iniucundiore sono, *sic forte Marii correcta temeritas.* Gruter. — Pemb. Ar. Reg. L. 2. 3. *correpta*, uti et a sec. m. γ. Ball. λ. *f. arrecta temeritas gl.* omisso *Marii*, supra habet a manu recenti: *vel*, *correcta*; item *Romanorum, quia illi Numid. increpaverat eos.* Commel. *sic forte M. c. t.* proque *invenit* Hackiana *evenit.* contra codices. De Mario Florus III. 3. huc spectans: *Consultone id egerit Imp. an* errorem in consilium verterit, *dubium.* mallem *error.* etiam Dio: Ἐκ τῆς ΤΥΧΗΣ ᾗ παράπαν τὰ πρῶτα ἀγαθῇ ἐχρήσατο, καὶ ἈΡΕΤΗΣ ΔΟΞΑΝ ἘΚΤΗΣΑΤΟ. Simile quid de Cleone Thucydides V. 7. Καὶ ἐχρήσατο τῷ τρόπῳ ὥσπερ καὶ ἐς τὴν Πύλον εὐτυχήσας ἐπίστευέ τι φρονεῖν. Livius etiam XI. 31. *Id male* commissum, *ignavia hostium* in bonum vertit. Tacitus An. I. 51. *Pergerent*, *properarent*, culpam in decus vertere. alibi: *in sapientiam vertenda quae* casus obtulit. Noster VI. 34. *maiore fortuna usus quam sapientia.* Herodotus VIII. 28. Τοῦτο δὲ συνέβη, ὥστε ΚΑΚΟΝ ἘΡΓΑΣΑΜΕΝΗΝ, ἀπὸ τουτέων αὐτὴν μάλιστα ἘΥΔΟΚΙΜΗΣΑΙ παρὰ Ξέρξῃ. Agmen claudat Hegesippus V. 19. in cuius scriptis eminet Sallustius. Sic temeritas *victoriam invenit*, et eventus periculum in gloriam vertit. ibi pro *invectus* scripti rectius fortasse, *intenti in hostem.* Wasse.

## CAP. C.

Ceterum dum ea res agitur. Manuscriptum *geritur.* Rivius. — Sic 4 Codd. MSS. C. Popmae. L. 3. Mart. caeteri *geritur.* uti et Carrion. et Grut. edd. Wasse.

Quod. Id est, *quod genus copiarum.* Gronov. III. Observ. n. pag. 442. Broukh.

A sociis. Ita MSS. nostri; nam vulgatis fere abest vocula *a.* Grutter. — L. 2. Venetis, Ball. abest. caeteri servant. Infra: *sed quoniam.* Pemb. *s. q. r. t. v. nos adm.* Priscian. pag. 1190. *tanti v. n. tempus.* et sic Codex eius MS. quem inspexi. Eum firmat Apuleius Met. IV. pag. 54. Res *ac* tempus *ipsum, locorum et speluncae illius* etc. *descriptionem flagitat.* at nostri, uno ore, *res.* citat autem ex Catilina, memoriae, ut videtur, vitio. Noster alibi: *eam rem* nos locus *admonuit.* Tacitus Hist. IV. 5. de Helvidio Prisco: Res *poscere* videtur, *quia iterum in mentionem incidimus viri saepius memorandi, ut vitam studiaque eius et quali fortuna sit usus, paucis repetam.* A. Victor Caes. XXVIII. *Et quoniam* nomen admonuit. Hegesip. III. 5. *Urbs Galileae maxima,* quae res admonuit *ut* etc. *distinguamus.* Nihil ergo mutandum. Wasse.

L. Sisenna. Designat L. Cornelium Sisennam, qui Historiarum libros XXII conscripsit, quique Sisenna in aenea apud me tabella Praetor inter cives et peregrinos describitur M. Lepido, Q. Catulo Coss. cuius filius Cn. Cornelius Sisenna habetur in argenteis denariis cum inscriptione: CN. CORNEL. L. F. SISENA. unico N, antique. Ursin. — De hoc Cicero in Bruto: *L. Sisenna, doctus vir et studiis optimis deditus, bene Latine loquens, gnarus Reipubl. non sine facetiis; sed neque laboris multi, nec satis versatus in caussis, interiectusque inter duas aetates Hortensii et Sulpicii, nec maiorem consequi poterat et minori necesse erat cedere. Huius omnis facultas ex Historia ipsius perspici potest, quae cum facile omnes vincat superiores, tum indicat tamen, quantum absit a summo, quamque genus hoc scriptionis nondum sit satis Latinis * litteris illustratum.* 337 Eiusdem Sisennae meminit eodem libro. Sane Varro librum scripsit *Sisenna* sive *de Historia.* Mirum igitur de hoc nihil apud Senecam aut Quintilianum legi. Scripsisse eundem hunc L. Sisennam commentaria in Plauti comoedias disco ex Rufini libello de metris comicis. Velleius tamen Paterculus aequalem facit Rutilio, Cl. Quadrigario, Valerio Antiati. Annalium eiusdem meminit Nonius in voce *Iuxtim.* Verba Sisennae haec sunt: *Iuxtim Numicium flumen obtruncatur.* Sed operae precium facturus videor, si eius Historiarum, operis olim luculenti, fragmenta ex Nonio ordine hue collocem, eaque ex parte vellicatim et saltuatim, ut ipse Sisenna loqui amat, emendem.

Sisenna lib. I. Histor.

*Nos una aestate in Asia et Graecia gesta litteris idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim aut saltuatim scribendo lectorum animos impediremus.* Nonius, *Vellicatim;* et Agellius lib. XII. cap. ult.

*Nocte consumpta postero per incertas vias Eserniam, deinde Romam profugerat.* Protinus.

Lib. II.

*Si quae celeriter solvi poterat, in altum remulcare trahit.* Remulcare. Aut corruptus Nonii codex, aut is hunc locum minus intellexit. Nam Sisenna puto scripserat: *Remulco trahit.* Festus: *Remulco est, cum scaphae remis navis magna trahitur.* Mendosissime. Ego, licet post Scali-

gerum, non dubito legendum esse: *Remulcum est, cum scaphae etc.* Isidorus lib. XIX. *Remulcum funis quo deligata navis trahitur vice remi.* de quo Valgius:

*Hic mea me longo succedens prora remulco*
*Laetantem gratis sistit in hospitiis.*

Lib. III.

*Sparis ac lanceis eminus peterent hosteis.* Sparus.

*Dispalati ab signis, digressi omnes ac dissipati.* Dispalare.

*Partem cohortium propter mare collocat in littore.* Propter.

*Sublatus laetitia, iniuria atque impotentia commotus animi.* Impotentiam.

*L. Calpurnius Piso ex Senati consulto duas novas tribus.* Senatuis.

*Omnia, quae diximus, loca statim potitus.* De casibus.

*Subito mare subhorrescere, caecosque fluctus in se provolvere.* Horrendum. Cic. lib. I. de Republ. *Sed ut ille, qui navigat, cum subito mare coepit horrescere.*

*Nolite mirari, quam desperata voluntate ad unam belli faciendi viam.* Nolitote.

*Romanos impetu suo protelant, profectos prosequuntur.* Protelare.

*Simul et senatuis consultis clarissimis amplificati.* Senatuis.

*Hostis loca superiora potiti.* De casibus.

*Otacilium legatum cum scaphis ac lembis.* Lembus.

*Postquam in sonu signorum praelium magno cum clamore virorum commissum est.* Soni.

*Senatus auctoritate sagaria nunc.* Saga. Manifestus mendi locus. Ego, cum de sagariis hic nihil agatur, non absurde legi posse crediderim: *Saga induunt.* Saga induebant Romae rebus belli adversis. Cicero ad Caesarem iuniorem lib. I. *Pridie Nonas Februarias, cum ad te litteras mane dedissem, descendi ad forum togatus, cum reliqui consulares sagati vellent descendere.* Vide Tertullianum de Pallio. Isidorus *Sagum* Gallicam vocem facit. Hesychius tamen *Σάγη, ἡ ὅλη πανοπλία, ἢ περιβόλαιον σκέπασμα.* et: *Σάγος, μέρος τι ἀπὸ πανοπλίας.* Glossarium: *Σάγος, sagus.*

*Longius scorpios, catapultas concitat.* Scorpio.

*Quod loca palustria quaerant, et alte multifariam confossa.* Multifariam.

*Agilem dari facilemque victoriam, neque fossas aut bellum remoratum.* Agilis. Locus obscurus, quia mendosus. Vere corrigo: *neque fossas aut vallum.* Semper haec duo ab Historicis coniunguntur. Scriptum erat a veteri librario *ballum*, ex quo aliquis sciolus fecit *bellum.* Sic in veteribus Gloss. scribitur *Arbina, Bamvix, Berbix, Berbena.* Quamvis horum pleraque ex barbara pronunciatione prognata.

*Ad binum millium numero sauciis utrimque factis.* Binum.

*Quod fortasse an ex voluntate sua summa cum claritudine celeriter confecisset.* Claritudo.

338 *Complures menses barba immissa et intonso capillo.* * Immissum. Emendo Ovid. lib. V. Metamorph. ex vet. membrana:

*Surgit, et immissos edera collecta capillos.*

*Post principia paullatim recedunt, atque inde cum paucis fugae se mandant.* Mandare.

*Dissipatis imbricum fragminibus ac tectis tegularum.* Imbrices.

*Bassus assiduitate, indulgitate victus.* Indulgitas. Iunius Philergyrius ad Virgil. Georg. ait Virgilium nove protulisse *indulgentiam* pro indulgitate.

*Post villarum macerias, ac parietinas quinque cohortes in insidiis reliquit.* Maceria.

*Ac post armatos funditores et sagittarios ponit.* Funditores.

*Imperitum concitat vulgum.* Vulgus.

*Requiescendi spacium nacti condensiores manipulatim resistere hostibus instituissent.* Manipulatim.

*Convictus tamen et tempora singula constituit, et sicut steterat manipulos obverti iussit.* Manipuli.

*Gallia materibus, Suevi lanceis configunt.* Lancea. Dicitur etiam *Matera*, ut apud Caesarem, teste Turnebo lib. IX. Strabo: *Καὶ ματεϱὶς πάλτου τι εἶδος.* Legendum igitur illud Sisennae: *Galli materibus.* Usus eadem voce Sisenna lib. IV. et Cornificius ad Herennium lib. IV. Liv. lib. VII.

*Quibus occisis actuarias ad viginti, naves item complures onerarias incendunt.* Actuariae.

*Et inde equum concitatum princeps ad hostium permittit agmen.* Permittere.

*Tum subito tacuit, atque metu et suspicione proprium capere non poterat quietem.* Proprium.

*Mulierem missa fide ac pietate, propter amoris nefarii lubidinem exstitisse.* Mittere.

*Servulum eius praemio libertatis inductum, magno cum tumultu conventum in populum perduxit armatum.*

*Iisdem temporibus Aeserninі duplici fossa valloque circumdati, frumento adeso, quod ex areis in opidum portatum est.* Adesum.

*Praeterea catapultas XVI, IV balistas, XX plaustra coriis ac minoribus sagittis.* Catapulta. Legendum putat Lipsius: *coricis ac minoribus sagittis.* ex eodem Nonio. Sed apud Nonium quoque legerim *Coryti* vel *Goryti.* Utrumque enim dicebant. Isidor. lib. XVIII. *Coryti proprie sunt arcuum thecae.* Proprie, inquit, quasi innuat, etiam sagittas ita dici. Hesychius: *Γοϱυτὸς θήκη τόξου.* Vide et Suidam, qui rectius per ω videtur scribere. Vetus Glossarium: *Goruthum, λοίχη.* Emendo: *Gorutum βελοθήκη.*

Lib. IV.

*Impedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur.* Amolimini.

*Quod hostem non dubitatim cum pluteis ac scalis iter facere cernebat.* Dubitatim.

*Simul et tormento contenduntur.* Contendere.

*Cohors una post consitata, qua murus erat interruptus, evadit.* Evadere.

sus ad summum prope montis erat. Rivius. — Lego: *eadem degreditur.* Gronov. — nostri et Carrio *eodem.* Wasse.

Non temere, uti ascenderat. Manuscriptum Fabricii, *qua ascenderat* [sic λ.] verum prior lectio mihi magis arridet et eandem sensus exposcit. non ut temere ascenderat, sic etiam temere descendit, sed, uti mox sequitur, tentans omnia ac circumspiciens. Rivius. — *Escenderat.* Sic fuit a prima manu in Naz. ideoque revocandum duxi, eiecto hactenus vulgato *adscenderat.* Gruter. — *Escenderat* Carrio I. Emend. 5. Broukh.

Itaque Marium propere adiit. Manuscripta rectius *adit*, tempore praesenti: quomodo et ex impressis quaedam. sed et ea verba, quae statim sequuntur, eiusdem temporis sunt, ut *edocet*, *hortatur.* Rivius.

Ab ea parte qua ipse ascenderat. In manuscriptis est *descenderat;* id, si quid ego indico, magis ad sententiam facit. habent eodem modo ex impressis quaedam. Rivius. — *Descenderat* est in plerisque membranis et quidem cum litura in Naz. adeo ut heic iterum id vocis (*escenderat*) restituere ausus fuerim, vulgato repugnante menti auctoris. Gruter. — Nostri *ascend.* Wasse. — Forte *escenderat.* Broukh.

Pollicetur sese ducem itineris, periculique nihil esse docet. In manuscriptis τὸ *docet* non est, ac maiore cum gratia abesse citra detrimentum sensus poterit. in iisdem tamen, *pollicetur sese itineris periculique ducem.* Rivius. — Secuti veterum codicum fidem, qui in hoc omnes conveniebant, ita hunc locum restituimus. Sed et Plantinus hanc lectionem in margine sui codicis adnotarat. C. Popma. — *poll. sese itin. periculique ducem.* Ita edd. primae, ita MSS. meliores Com. Pall. pr. sec. tert. quart. degenerarunt primum sequentes 5. 6. 7. 8. nam reliqui 9. 10. 11. 12. paullo prius defecerunt; itaque non est quod quis eorum testimonia deinceps requirat; quatuor ergo illi habent vel, *pollicetur sese itineris periculique nihil esse docet ducem.* vel, *pollicetur sese ducem itineris periculique nihil esse docet.* vel, *pollicetur se itineris ducem periculique nihil esse.* quam mediam scripturam cum affirmet Popma haerere concorditer in omnibus MSS. Codd. prodit manuscriptos illos haud dignos nuce cassa, certe primitus impressis inquinatiores. Gruter.

Quorum alii, uti. Τὸ *alii* non est in ullo manuscripto, nec in impressis vetustioribus; e glossa nimirum irrepsit. Rivius.

Nunciavere. Ita MSS. omnes; at una etiam quasi lingua editi *renuntiavere.* maluissem ego *nuntiare;* infinitive. Gruter. — R. L. 3. *nunciavere.* Venetae et Mart. Oxon. *renunciavere.* γ. *nuntiare*, optime. at supra eadem, opinor, manu *ve.* A. Popmae lib. et λ. *nunciare.* Wasse.

Paullum. Ita etiam MSS. non *paullulum*, quod in edd. Grut. — λ. Pemb. *paullum.* Wasse.

331 Ex copia tubicinum et. Sic: *Ex omni copia * necessarios quinque delegit.* Ciacoon. — Vid. Auctorem de Re mil. pag. 502. et lege, *perite et fortiter.* infra: *Sed ante signa et citra, nec non etiam.* confer Veget. II. 15. et Lipsium. omittit *et* Gruter. Wasse.

Numero quinque quam velocissimos. Commel. *quinque numero.*

Pal. 3. destituitur illo *quinque*; quod alius arriperet cum tripudio; non ego. Gruter. — Nostri fere *quinque numero*. L. 2. omittit *quam*. Pemb. pro *quinque n.* habet *IV*. et supra, *or*. Wasse.

Et ei negotio. Ita MSS. minorum gentium. nam maiorum destituuntur illo *ei* aut id habent a manu sec. Naz. initio habuit, *et se in negotio*. forte, *eice negotio*, deleto *et*. Gruter. — L. 2. Venetae *γ. λ.* omittunt *ei*. Wasse.

## CAP. XCIX.

Sed ubi ex praecepto tempus visum est. Exturbari posset *sed*, tanquam supervacuum. Gruter. — Permutatis dictionibus leg. puto: *Sed ubi ex praecepto paratis compositisque omnibus tempus visum est*. Vide Turneb. XVIII. cap. 7. Ciaccon.

Illi qui centuriis praeerant edocti. Ita editio Aldi vetus, nec non Pall. sextus, septimus, octavus. nam primitus natae partim, *illi qui et assensuri erant edocti*, partim, *illi qui et ascensuri erant*. quod ipsum nullo negotio mutari posset in *escensuri*, de quo ita paratregoqdiatur Carrio [I. Emend. 5. qui etiam ibid. infra pro *facilius ascenderent* legit *facilius escenderent*.] sed praeter rem et scripturam MSS. meliorum. Ligus enim mutavit arma centurionibus solis, non etiam tubicinibus: utpote quibus ore utendum erat, non manibus, nisi quatenus eis sustinerent tubam. praeterea membranae potiores habent Naz. quidem et Pal. sec. *illi qui et centuriae praeerant*; neque aliter Commelinianus, nisi quod illud *et* repraesentet notam, qua in inscriptionibus antiquis designatur aut *centuria* aut *centurio*; ut vix mihi dubium sit, expressum primitus illud *centuriis*, sive adeo *centuriae*, non omnibus literis, sed nota sua peculiari: quod ipsum tamen errorum caussa. nam in Pal. tert. visas: *illi qui ex centuriis praeerant*. quart. *illi qui et centuriis praeerant*. quint. *illi qui ascensuri erant*. Gruter.

Mutaverant. Ita MSS. selectiores, non *mutaverunt*, ut novissime cusi. Gruter.

Capite atque pedibus nudis, uti prospectus nisusque per saxa facilius foret. Sic in cunctis exemplaribus et antiquis et recentioribus, ut *facilius* adverbium sit. Ceterum in Iulio Frontino III. Strategematum, ubi totidem ipse verbis locum hunc repetit, *facilior foret* legitur, sed eodem sensu; nec aliter volumen Florentinum. Rivius. — Riviani omnes excepto Florentino, et nostri fere *facilius*; eleganter. Venet. Mart. *facilis*. Florent. et Frontin. III. 9. *facilior*. receptam firmat Q. Septimius V. 11. de equo Durateo: *Cui edito in immensum, ima quae sub pedibus erant, rotis interpositis suspenderat, scilicet quo attractu* motus facilius foret. Livius autem XXV. 11. *faciliora* maluit. apud Frontin. legend. *nisusque* pro *visusque*. L. 2. λ. *profectus*; et in marg. pro V. L. *prospectus*. quod novo more usus Ap. Collatius. 743. Prospectu *confisa loci*. pro, *altitudine*. Glossae σκοπιά. Virg. *Turris erat* vasto suspectu. Wasse.

* Numidica ex coriis. Nam scuta Romanorum lignea erant. Varro 332

lib. IV. de L. L. *Scutum a sectura, ut secutum: quod minute contectum sit tabellis.* Scuta autem illa Numidica et lorea *cetrae* vocabantur. Servius ad illud Virgilii *laevas cetra tegit: Cetra*, inquit, *scutum loreum, quo Africi et Hispani utuntur.* COLERUS.

PONDERIS GRATIA. Hoc est, *minuendi p. gr.* vel, *levitatis gratia.* rem per contrarium enuntiat. sic XII. cap. propter dissensionem *placuerat dividi thesauros.* i. e. ad evitandam discordiam, concordiae caussa. potest tamen accipi pro, *ob simultates inter illos natas.* Hoc modo mare *sterilitatis alimentum* vocat Ambrosius Hexaem. V. 3. quod alimenta subministrat, pro *foecunditatis al.* vel rerum egenarum alma nutrice. Iornandes B. Get. pag. 98. *graviores corporum velocitate.* nempe quoad velocitatem. hinc *leve pondus* Ovidio Met. II. WASSE.

OFFENSA QUO LEVIUS STREPERENT. Sic chirographi, praeter Commelin. in quo prius *offensae*; ut respiciat ad *gratia*: sed male. GRUTER. — Mart. Carrion. Venetae, Reg. L. 3. γ. λ. Pemb. *levius*. Parisiis et Amstelod. cusi, quidam Oxon. Arond. *lenius*. omnes *offensa*; recte. scuta enim laminis aereis plerumque superinducta erant ferroque vincta, unde saxis impacta custodes excivissent. Liv. VII. 36. *miles offenso scuto praebuit sonitum.* Thucyd. ὅπως τὰ ὅπλα μὴ ΚΡΟΥΟΜΕΝΑ πρὸς ἄλληλα ΑΙΣΘΗΣΙΝ ΠΑΡΕΧΟΙ. Sed et hi Plataeenses κατόπιν τὰς ἀσπίδας ἔφερον. eorum irruptionem cum horum adscensu contendat lector, uti et Oppian. IV. 65. Curtium pag. 535. Virg.

— *ubi concava pulsu*
*Saxa sonant*, vocisque offensa *resultat* imago.

ibi solus e nostris Pemb. *ostensa.* inepte; at illud librarii aptius voci *imago* respondere putarant. Varro III. R. R. *Ubi non resonent imagines.* Corrige obiter Luctatium ad Papin. Theb. V. 564. *quia non resultat nox, nisi aliqua soliditate opposita.* legendum *vox*; cuius proprium est *resultare.* Aen. V.

— Vocemque *inclusa volutant*
*Littora*, *pulsati colles* clamore resultant.

per Hypallagen pro *inclusam vocem*, inquit Ruaeus. imo inclusa et circumventa montibus reddunt vocem. at sententiam ex VI. 268. adstruit; error enim errore tegendus ne perpluat:

*Ibant obscuri* sola *sub* nocte *per umbram.*

pro *soli*, ait. Piget taedetque ineptiarum; *sola nox* est nox deserta, solitaria, ab hominibus et bestiis plerisque derelicta. Horum absentiam aut infrequentiam innuit ea voce. atque ita *solis agris* dixerat in Georg. alibi:

Sola *domo moeret vacua.*

et:

Solaque *culminibus ferali carmine bubo* etc.

denique:

— *in* sola *relegant*
Pascua.

Ovid. Met. II. 489.

— Sola *non ausa quiescere* sylva.

hoc pacto apud Sophoclem in Ai. Fl. *μόνος*. Nostrates eodem sensu, *lonely*. Seneca in Herc. F. noctem illam peiorem apud inferos vocat: *silentis* otium *mundi*. pro *sola* Nasoni placuit *deserta*:

*Frigida* deserta nocte *iacebis anus*.

Quod vero quidam *lenius*, id mihi vitium sonare videtur. *levius* autem pro *minus*. Ovidii Ibis 255.

*Nec* levius doleas, *quam qui bibit ubera cervae*.

Horat. Serm. II. 7.

*— quanto constantior idem*

*In vitiis*, *tanto* levius miser.

Caeterum suavius esset, inquit Gruterus, *vincire*; aliter libri. proque *adscenderent* in membranis Palatini primi Nazarianis quas inspexerat, *escenderent*. Vide Palmer. et Gronov. ad Liv. II. 28. et Senecam Controv. II. 13. Wasse.

Laqueis vinciebant. Suavius fuisset, meis quidem auribus, *vincire*. Gruter.

* Milites facilius escenderent. Ita rursus fuit in membranis 333 Palatini primi Nazarianis, non *adscenderent*. Gruter.

Inermos mittere. Sic infra: *ab inermis pedibus*. Notatur hoc a Nonio et eo saepe utitur Tacitus. Ciaccon.

Quae dubia nisui videbantur, potissimus tentare. Erant Ligures montani: quod hominum genus, per calles et invias rupes pecora agere solitum, quantumvis aspera et confragosa, facile emetitur seu percursat. Unde et apud Curt. lib. VII. sub. f. Alexander M. ad capiendam petram illam, quam Arimazes Sogdianus 20000 armatorum obtinebat, undique abscissam et abruptam, opera praecipue huiusmodi hominum usus fuisse legitur. Rupert. — *Dubia nisui*. Nutantia nimirum, et in ruinam prona. Seneca N. Q. VI. 1. *Nam et Herculanensis oppidi pars ruit*, dubiaeque stant, *etiam quae relicta sunt*. VI. 9. *Tunc vasti hiatus aperiuntur*, *aut cum diu* dubitaverunt, *super ea se quae supersunt stantque componunt*. sic enim Codd. opt. non, ut in vulgatis, *mutaverunt*. Propert. IV. 4. 81.

*Mons erat adscensu* dubius.

Lucretius:

*Denique sub pedibus tellus cum tota* vacillat
*Concussaeque cadunt urbes* dubiaeque *minantur*.

Vid. Claudian. Rapt. 157. Florus II. 12. *per acerbos* dubiosque tumulos, *illa quae volucribus quoque videbantur invia*, *accessit*. Hoc sensu apud Nostrum vox *incertum*. *Potissumus* Carrio. Wasse.

Ac saepius eadem ascendens et descendens. Legendum monuerunt alii: *ac saepius eadem escendens et descendens*. quod verum puto. Notarat et *escendere* in Sallustio Fronto, sed Manutius locum corruptum putabat. Verbum hoc incuria descriptorum male acceptum in veterum libris, ac plerumque in *descendere* mutatum. Varro de L. Latina lib. IV. *Tertius gradus quo Philosophia ascendens pervenit*. ubi veteres libri *descendens pervenit*. sed legendum *escendens*. Putsch. — Vereor ne hic locus corruptus sit, non parum sane mihi suspectus est, quod in melioribus

libris dictionem *descendensque* non invenerim. de quo eruditi iudicent. C. POPMA. — *Descendensque* melioribus meis aberat, inquit C. Popma. Reg. omittit *ac*. Bodl. omittit *ac descend.* WASSE.

SICUT ALIIS DIEBUS ADVERSUM HOSTES ADERANT. Putabam olim: *adversum hostes ierant.* quia infra: *Cum Sulla, profligatis iis, quos adversum ierat, rediens ab latere Mauros incurrit.* Nunc nihil muto. Apuleius Milesia secunda: *Prima face cubiculum tuum adero.* ita codices notae melioris et editio Florentina. PUTSCH.

MARIUS UBI EX NUNTIIS etc. Quanto rectius ac modulatius in manuscriptis, *Marius ubi ex nuntiis, quae Ligus egerat, cognovit.* RIVIUS.

COGNOVIT. λ. in contextu et manu pr. *accepit.* non male. et pro *tota die*, cotidie. supra dixerat, *quod omnes sicut aliis diebus.* sed nihil muto. Pemb. *tota*, ut Livius aliique, caeteri minus recte *toto.* WASSE.

INTENTOS PRAELIO NUMIDAS HABUERAT. In plerisque est, *suos*
334 *habuerat.* sed prior lectio bene habet. * nam et ante Sallustius *intentos praeliantibus fuisse Numidas* dixit. RIVIUS. — Sic quidem edd. antiquiores, et MSS. recentis aevi; sed tamen praeter fidem membranarum situ fere exesarum, in quibus partim *intentus praelio insidiae habuerat,* partim, *intentus praelio insidias habuerat:* hoc in Commel. meo, illud in Pal. pr. ac sec. nam in Pal. octavo visas, *quanquam toto die intentos praelio suos habuerat.* equidem quamvis in proclive esset novam hinc eruere lectionem, teneo me et adquiesco vulgatae. GRUTER.

TESTUDINE ACTA SUCCEDERE. Sic habent omnes codices vulgati. In uno MS. Cod. comperi: *Testudine clypeorum acta succedere.* C. POPMA.

VINEIS ROMANORUM SUBVERSIS, ITEM INCENSIS. Haec verba, *item incensis*, in quibusdam libris manu descriptis desiderentur. Ego tamen minime delenda censeo: nam apud veteres vineae quoque incendi poterant, id quod ex iis intelligi licet, qui de re militari scripsere. C. POPMA.

SED PRO MURO DIES NOCTESQUE AGITARE. Vide not. ad Val. lib. II. cap. 7. Ext. 7. Adde Polyb. lib. I. cap. 11. et cap. 49. Quibus sunt vires, indignum ducunt viris obsideri; quare aut obviam congrediuntur hostibus, invitantque ad pugnam, aut certe ante moenia muniunt castra. Videndus Dionys. Halicarn. lib. II. cap. 40. et lib. V. cap. 59. Polyb. lib. IX. cap. 6. Diodor. lib. XIX. cap. 99. Tacitus lib. III. Annal. 20. de Decrio et lib. VI. Annal. 34. Hinc assequimur iactantiam Paeti apud eundem lib. XV. Annal. cap. 10. *Et tunc relictis hibernis, non fossam, neque vallum sibi, sed corpora et arma in hostem data clamitans, duxit legiones, quasi praelio certaturus.* RUPERT.

MALEDICERE ROMANIS AC MARIO VAECORDIAM OBIECTARE. Ut fieri solet in obsidionibus temere coeptis. Sic quum Caecina, dux Vitellii, tentasset oppugnationem Placentiae, *utrinque* ait Tacit. II. Hist. 21. *fuisse diversas exprobrationes; Vitellianos Othonianum ut segnem ac desidem et circo ac theatris corruptum militem; hunc peregrinos illos et externos increpasse.* Adde Picc. d. II. cap. 2. pag. 96. et cap. 6. pr. pag. 110. Ceterum plus quam periculosum est, hostem suum maledictis lacessere, quum, uti scribit Plutarchus in Timoleonte, plerique male-

*dictis quam malefactis gravius laedantur difficiliusque contumeliam perperferant quam damnum.* Superiorum temporum memoria illustre huius exemplum exhibet, quod apponere placet. Durante bello Bavarico Maximiliano I. multa passim loca deditionem ultro fecerant. Sed est ad Ocni ripam in Tirolensis agri et Bavariae confiniis Kufsteinium opidum, quod arcem habet ex solida rupe excisam: quae in montis praerupta crepidine collocata, opido superimminet, unam tantum qua adiri potest semitam praebens: ingenio loci et opere munitissima, Geroltzeckum appellata. Hanc per id tempus cum praesidio tenebat Ioannes Bentzenauerus, domi nobilis et rei militaris peritia insignis, qui Palatinorum partes secutus fiduciaque loci elatus, insolenter admodum se gerebat. Caesar eo profectus, arcem cum opido sibi tradi postulat, vitam ac veniam praefecto eiusque militibus promittens. Id cum impetrari non posset, oppugnationem etsi difficilem aggressus, crebris tormentorum ictibus arcem verberari iussit. Ferunt praefectum, ut plane omnem vim hostilem spernere videretur, post explosa tormenta, scopis etiam exteriorem muri partem verri iussisse. Contumelia itaque istacce suique contemtu irritatus Caesar, maiora tormenta per clivosa montium iuga in locum quendam ex adverso in monte, qui arcis situm altitudine nonnihil superaret, subvehi curavit: quibus non moenia, sed milites ipsi et interiora arcis domicilia petebantur neque usquam tutus dabatur recessus. Obsessi deditionem tandem * faciunt: praefectus cum nobilibus aliquot capitali 335
supplicio afficitur. Luckius in Nummis. RUPERT. — *At Mario.* L. 3. Ball. omittunt *ac.* Mart. *at.* Pemb. *tutabant.* infra L. *saevitiam.* supra manu recenti: *vel servitium;* quod melius est. hac in re tibi quisquis es facile assentior. Noster I. 4. *Dominationis in vos servitium suum mercedem dant.* confer Exod. VI. 6. i. e. servitutem a Iug. ut apud Virgilium VI. 565. Deum *poenas* pro, poenas ab iis constitutas. Aeneid. VII.

*— Hippolytum postquam arte novercae*
*Occiderit, patriasque explerit sanguine poenas.*

Liv. II. 3. *libertatem aliorum in suam vertisse* servitutem. WASSE.

ROMANIS OMNIBUS. Si mei arbitrii res esset, facile delerem illud *omnibus*, adeo nihil habet quod heic agat. Certe Reg. *omnibus*, *Rom. hostibusque*, quae verborum collocatio melior. λ. vero *Rom. omnibusque*, omisso *hostibus*. Gr. *omn. R.* infra Veneta, *pro gloria*, *pro imperio.* et sic Ball. λ. *aut imper.* L. 2. omittit *eo.* et Ball. item *magna.* Glareani codex *m. utrimque vi.* sic e nostris Reg. L. 3. Hegesippus III. 9. *fessis itaque tota die*, illis pro salute, istis pro triumpho dimicantibus. V. 12. His pro salute, Rom. pro victoria *certamen erat.* ibi C. C. C. *insolens.* et *potior.* Arond. *et illis pro c.* eum redarguit Hegesippus et MSS. WASSE.

MAGNA VI UTRIMQUE. Post haec verba distinguendum, ac deinde inferendum: *pro gloria atque imperio his, illis pro salute certantibus.* Codex vetustus inverso paululum ordine legit, *magna utrinque vi*, quod placet. quidam omiserunt *vis* et *magna* ad *gloria* retulerunt; at hi auctoris sensum non perceperunt. GLAREAN.

REPENTE A TERGO. Locum aemulatus est Curtius VII. 11. confer

Arrianum Exped. IV. pag. 283. etiam Frontinum II. 8. ibi hodie legitur, *supereminentem castris regiis collem, a tergo subitus apparuisset.* nova mehercules auribus meis syntaxi. Sed bene quod adhuc extent codices, quibus a cive Romano maculam eluamus. clare ergo quos inspexi omnes exhibent, *super imminentem.* Cave autem sequentia barbarismi insimules, aut aliorum *duxerat* pro *direxerat* admittas; sic enim locuti Virg. Cicero, Lucanus, Valer. V. 43. Veget. I. 26. Hegesip. I. 23. ubi MS. omittit *fratres*, recte. eodem loco pro *direxit Iosephus* habet πέμπει. Denique ita et Frontinus ipse II. 5. III. 9. Wasse.

Tantum non sauciare. Illud *tantum non* exulat MSS. haud ita vetustis, sed insidet sane antiquissimos. Gruter. — *γ. tantum m.* et supra *m* habet *o.* sic Pemb. *λ.* Reg. at Gruteriana *tantummodo*, uti Carrio meique omnes. Nostrum sequuntur Tacitus Agric. XXXVI. *proximos quosque caedere, ac plerisque semineces aut integri festinatione victoriae* relinquebantur. Q. Septim. III. 6. *Iaculo* fundere obvios ac prostratos *quum alios invaderet* proculcans subterere. Pemb. a 1. manu, nisi fallor, *occasorum.* Wasse.

Deinde super occisorum etc. Manuscripta fere *dein.* Rivius.

Certantes murum adscendere. Codices in membrana descripti, quos ego viderim, omnes ad unum habent *murum petere*, non, quod in impressis fere est, *adscendere.* iudicet lector. Rivius.

336 * Correcta. MS. Rittershus. *correpta.* quod idem significat. Glossarium: *corripies*, ἐπιτιμήσεις. Coler. — Comm. nihilo iniucundiore sono, *sic forte Marii correcta temeritas.* Gruter. — Pemb. Ar. Reg. L. 2. 3. *correpta*, uti et a sec. m. *γ.* Ball. *λ. f. arrecta temeritas gl.* omisso *Marii*, supra habet a manu recenti: *vel, correcta*; item *Romanorum, quia illi Numid. increpaverat eos.* Commel. *sic forte M. c. t.* proque *invenit* Hackiana *evenit.* contra codices. De Mario Florus III. 3. huc spectans: *Consultone id egerit Imp. an* errorem in consilium verterit, *dubium.* mallem *error.* etiam Dio: Ἐκ τῆς ΤΥΧΗΣ ᾗ παράπαν τὰ πρῶτα ἀγαθῇ ἐχρήσατο, καὶ ἈΡΕΤΗΣ ΔΟΞΑΝ ἘΚΤΗΣΑΤΟ. Simile quid de Cleone Thucydides V. 7. Καὶ ἐχρήσατο τῷ τρόπῳ ὥσπερ καὶ ἐς τὴν Πύλον εὐτυχήσας ἐπίστευέ τι φρονεῖν. Livius etiam XI. 31. *Id male* commissum, *ignavia hostium* in bonum vertit. Tacitus An. I. 51. *Pergerent, properarent*, culpam in decus vertere. alibi: *in sapientiam vertenda quae* casus obtulit. Noster VI. 34. *maiore fortuna usus quam sapientia.* Herodotus VIII. 28. Τοῦτο δὲ συνέβη, ὥστε ΚΑΚΟΝ ἘΡΓΑΣΑΜΕΝΗΝ, ἀπὸ τουτέων αὐτὴν μάλιστα ἘΥΔΟΚΙΜΗΣΑΙ παρὰ Ξέρξῃ. Agmen claudat Hegesippus V. 19. in cuius scriptis eminet Sallustius. Sic temeritas *victoriam invenit*, et eventus periculum in gloriam vertit. ibi pro *invectus* scripti rectius fortasse, *intenti in hostem.* Wasse.

## CAP. C.

Ceterum dum ea res agitur. Manuscriptum *geritur.* Rivius. — Sic 4 Codd. MSS. C. Popmae. L. 3. Mart. caeteri *geritur.* uti et Carrion. et Grut. edd. Wasse.

Quod. Id est, *quod genus copiarum.* Gronov. III. Observ. n. pag. 442. Broukh.

A sociis. Ita MSS. nostri; nam vulgatis fere abest vocula *a.* Gruter. — L. 2. Venetis, Ball. abest. caeteri servant. Infra: *sed quoniam.* Pemb. *s. q. r. t. v. nos adm.* Priscian. pag. 1190. *tanti v. n. tempus.* et sic Codex eius MS. quem inspexi. Eum firmat Apuleius Met. IV. pag. 54. Res *ac* tempus *ipsum, locorum et speluncae illius* etc. *descriptionem flagitat.* at nostri, uno ore, *res.* citat autem ex Catilina, memoriae, ut videtur, vitio. Noster alibi: *eam rem* nos locus *admonuit.* Tacitus Hist. IV. 5. de Helvidio Prisco: Res *poscere* videtur, *quia iterum in mentionem incidimus viri saepius memorandi, ut vitam studiaque eius et quali fortuna sit usus, paucis repetam.* A. Victor Caes. XXVIII. *Et quoniam* nomen admonuit. Hegesip. III. 5. *Urbs Galileae maxima,* quae res admonuit *ut* etc. *distinguamus.* Nihil ergo mutandum. Wasse.

L. Sisenna. Designat L. Cornelium Sisennam, qui Historiarum libros XXII conscripsit, quique Sisenna in aenea apud me tabella Praetor inter cives et peregrinos describitur M. Lepido, Q. Catulo Coss. cuius filius Cn. Cornelius Sisenna habetur in argenteis denariis cum inscriptione: CN. CORNEL. L. F. SISENA. unico N, antique. Ursin. — De hoc Cicero in Bruto: *L. Sisenna, doctus vir et studiis optimis deditus, bene Latine loquens, gnarus Reipubl. non sine facetiis; sed neque laboris multi, nec satis versatus in caussis, interiectusque inter duas aetates Hortensii et Sulpicii, nec maiorem consequi poterat et minori necesse erat cedere. Huius omnis facultas ex Historia ipsius perspici potest, quae cum facile omnes vincat superiores, tum indicat tamen, quantum absit a summo, quamque genus hoc scriptionis nondum sit satis Latinis * litteris illustratum.* 337 Eiusdem Sisennae meminit eodem libro. Sane Varro librum scripsit *Sisenna* sive *de Historia.* Mirum igitur de hoc nihil apud Senecam aut Quintilianum legi. Scripsisse eundem hunc L. Sisennam commentaria in Plauti comoedias disco ex Rufini libello de metris comicis. Velleius tamen Paterculus aequalem facit Rutilio, Cl. Quadrigario, Valerio Antiati. Annalium eiusdem meminit Nonius in voce *Iuxtim.* Verba Sisennae haec sunt: *Iuxtim Numicium flumen obtruncatur.* Sed operae precium facturus videor, si eius Historiarum, operis olim luculenti, fragmenta ex Nonio ordine huc collocem, eaque ex parte vellicatim et saltuatim, ut ipse Sisenna loqui amat, emendem.

Sisenna lib. I. Histor.

*Nos una aestate in Asia et Graecia gesta litteris idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim aut saltuatim scribendo lectorum animos impediremus.* Nonius, *Vellicatim;* et Agellius lib. XII. cap. ult.

*Nocte consumpta postero per incertas vias Eserniam, deinde Romam profugerat.* Protinus.

Lib. II.

*Si quae celeriter solvi poterat, in altum remulcare trahit.* Remulcare. Aut corruptus Nonii codex, aut is hunc locum minus intellexit. Nam Sisenna puto scripserat: *Remulco trahit.* Festus: *Remulco est, cum scaphae remis navis magna trahitur.* Mendosissime. Ego, licet post Scali-

gerum, non dubito legendum esse: *Remulcum est, cum scaphae* etc. Isidorus lib. XIX. *Remulcum funis quo deligata navis trahitur vice remi, de quo Valgius:*

*Hic mea me longo succedens prora remulco*
*Laetantem gratis sistit in hospitiis.*

Lib. III.

*Sparis ac lanceis eminus peterent hosteis.* Sparus.

*Dispalati ab signis, digressi omnes ac dissipati.* Dispalare.

*Partem cohortium propter mare collocat in littore.* Propter.

*Sublatus laetitia, iniuria atque impotentia commotus animi.* Impotentiam.

*L. Calpurnius Piso ex Senati consulto duas novas tribus.* Senatuis.

*Omnia, quae diximus, loca statim potitus.* De casibus.

*Subito mare subhorrescere, caecosque fluctus in se provolvere.* Horrendum. Cic. lib. I. de Republ. *Sed ut ille, qui navigat, cum subito mare coepit horrescere.*

*Nolite mirari, quam desperata voluntate ad unam belli faciendi viam.* Nolitote.

*Romanos impetu suo protelant, prolectos prosequuntur.* Protelare.

*Simul et senatuis consultis clarissimis amplificati.* Senatuis.

*Hostis loca superiora potiti.* De casibus.

*Otacilium legatum cum scaphis ac lembis.* Lembus.

*Postquam in sonu signorum praelium magno cum clamore virorum commissum est.* Soni.

*Senatus auctoritate sagaria nunc.* Saga. Manifestus mendi locus. Ego, cum de sagariis hic nihil agatur, non absurde legi posse crediderim: *Saga induunt.* Saga induebant Romae rebus belli adversis. Cicero ad Caesarem iuniorem lib. I. *Pridie Nonas Februarias, cum ad te litteras mane dedissem, descendi ad forum togatus, cum reliqui consulares sagati vellent descendere.* Vide Tertullianum de Pallio. Isidorus *Sagum* Gallicam vocem facit. Hesychius tamen *Σάγη, ἡ ὅλη πανοπλία, ἢ περιβόλαιον σκέπασμα.* et: *Σάγος, μέρος τι ἀπὸ πανοπλίας.* Glossarium: *Σάγος, sagus.*

*Longius scorpios, catapultas concitat.* Scorpio.

*Quod loca palustria quaerant, et alte multifariam confossa.* Multifariam.

*Agilem dari facilemque victoriam, neque fossas aut bellum remoratum.* Agilis. Locus obscurus, quia mendosus. Vere corrigo: *neque fossas aut vallum.* Semper haec duo ab Historicis coniunguntur. Scriptum erat a veteri librario *ballum*, ex quo aliquis sciolus fecit *bellum*. Sic in veteribus Gloss. scribitur *Arbina, Bamvix, Berbix, Berbena.* Quamvis horum pleraque ex barbara pronunciatione prognata.

*Ad binum millium numero sauciis utrimque factis.* Binum.

*Quod fortasse an ex voluntate sua summa cum claritudine celeriter confecisset.* Claritudo.

338 *Complures menses barba immissa et intonso capillo.* * Immissum. Emendo Ovid. lib. V. Metamorph. ex vet. membrana:

*Surgit, et immissos edera collecta capillos.*

*Post principia paullatim recedunt, atque inde cum paucis fugae se mandant.* Mandare.

*Dissipatis imbricum fragminibus ac tectis tegularum.* Imbrices.

*Bassus assiduitate, indulgitate victus.* Indulgitas. Iunius Philargyrius ad Virgil. Georg. ait Virgilium nove protulisse *indulgentiam* pro indulgitate.

*Post villarum macerias, ac parietinas quinque cohortes in insidiis reliquit.* Maceria.

*Ac post armatos funditores et sagittarios ponit.* Funditores.

*Imperitum concitat vulgum.* Vulgus.

*Requiescendi spacium nacti condensiores manipulatim resistere hostibus instituissent.* Manipulatim.

*Convictus tamen et tempora singula constituit, et sicut steterat manipulos obverti iussit.* Manipuli.

*Gallia materibus, Suevi lanceis configunt.* Lancea. Dicitur etiam *Matera*, ut apud Caesarem, teste Turnebo lib. IX. Strabo: *Καὶ ματεϱὶς πάλτου τι εἶδος.* Legendum igitur illud Sisennae: *Galli materibus.* Usus eadem voce Sisenna lib. IV. et Cornificius ad Herennium lib. IV. Liv. lib. VII.

*Quibus occisis actuarias ad viginti, naves item complures onerarias incendunt.* Actuariae.

*Et inde equum concitatum princeps ad hostium permittit agmen.* Permittere.

*Tum subito tacuit, atque metu et suspicione propriam capere non poterat quietem.* Proprium.

*Mulierem missa fide ac pietate, propter amoris nefarii lubidinem exstitisse.* Mittere.

*Servulum eius praemio libertatis inductum, magno cum tumultu conventum in populum perduxit armatum.*

*Iisdem temporibus Aesernini duplici fossa valloque circumdati, frumento adeso, quod ex areis in opidum portatum est.* Adesum.

*Praeterea catapultas XVI, IV balistas, XX plaustra coriis ac minoribus sagittis.* Catapulta. Legendum putat Lipsius: *coricis ac minoribus sagittis* ex eodem Nonio. Sed apud Nonium quoque legerim *Coryti* vel *Goryti.* Utrumque enim dicebant. Isidor. lib. XVIII. *Coryti proprie sunt arcuum thecae.* Proprie, inquit, quasi innuat, etiam sagittas ita dici. Hesychius: *Γοϱυτὸς θήκη τόξου.* Vide et Suidam, qui rectius per ω videtur scribere. Vetus Glossarium: *Goruthum, λοέχη.* Emendo: *Gorutum βελοθήκη.*

Lib. IV.

*Impedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur.* Amolimini.

*Quod hostem non dubitatim cum pluteis ac scalis iter facere cernebat.* Dubitatim.

*Simul et tormento contenduntur.* Contendere.

*Cohors una post concitata, qua murus erat interruptus, evadit.* Evadere.

*Iumenta et pecuda locis trepidare compluribus.* Pecuda.

*Impedimenta collocant omnia, construunt carros et sarraca crebra disponunt.* Carra. Scripserat Sisenna *carra*, et hoc est, quod Nonius agit.

*Neque aetatis granditatem, neque ea merita, neque ordinis honestatem aut dignitatem sibi esse excusationi.* Granditas.

*Multitudinem procul hostium stare viderunt.* Constat.

*Quod opidum tumulo in excelso loco propter mare, parvis moenibus inter duas fluvias, intra Vesuvium collocatum.* Fluvius. Hoc fragmentum, quod Nonius in *Populabundus* citat, olim cohaesisse videtur. Ex placet coniectura doctissimi et acutissimi Merceri ita coniunctim legentis: *Protinus agros populabundus ad Nuceriam convertit, quod opidum tumulo in excelso propter mare parvis moenibus inter duas fluvias intra Vesuvium collocatum.* Quibus respondent illa Appiani lib. I. Ἐμφυλ. Πάπιος καὶ Νουκερίας τὰ ἐν κύκλῳ πάντα κατέπρησεν. Agit enim Sisenna, ut ex aliis locis apparet, hoc libro de bello Sociali. Porro Nuceriam bello sociali captam fuisse satis clarum ex Floro lib. III. cap. 18.

*Accolis celeriter consumptis, ad gladios certationem revocaverunt.* Certatio. Legendum, quod et alios puto monuisse: *iacolis celeriter.*

*Nam clandestina celeriter transigi apud notos cogitata dici decet, non explanari.* Crebritudo. Nulla tamen *crebritudo* in his verbis.

*Utrumne viri cultu erga se mortalium laetiscant, an superna agentes humana negligant.* Laetiscere. Legendum videtur: *Utrumne dii cultu.*

*Lucillium Memmium socerum C. Scribonii Tribunum plebis, quem Marcellini consiliarium fuisse callebant, et tunc Curionis oratorem.* Callet. In vet. edit. Nonii: *Lucinium Memmium.* Lego *L. Memmium.*

*Quod in rempubl. suam maxime conducere videretur.* Conducere.

*Popedias opinione frustra.* Frustra.

*Neque porta neque ullum foramen erat, qua posset eruptio fieri.* Foramen. Contra portam pro foramine posuit Virgilius: *Qua data porta ruunt.*

*Formidine oppressus, quod humilem cementis instructum opidi murum sciebat.* Cementa. Lego: *humilem et cementis.* Livius lib. XXXI. de muris Saguntinis: *Nec erat difficile opus, quod cementa non calce durata erant, sed interlita luto, structurae antiquae genere.*

*Milites, ut lex Calpurnia concesserat, virtutis ergo civitate donati.* Ergo. Hanc legem de militibus auxiliariis accipit Ant. Augustinus. Nam alias istis temporibus parce civitas data.

339 *Ergo illos malos et audaces semper enixim contra * fortunas atque honores huius ordinis omnia fecisse ac dixisse sentio.* Enixim. Malim: *Ego illos malos.*

*Et partim fera vite, partim lauro et arbusto ac multa pinu ac myrtetis abundant.* Fera vite. Ἄμπελος ἀγρία Dioscoridi.

*Cistaeque quae erant legum ferendarum gratia paratae defecerant.* Cistae. De his cistis vide Plinium lib. XXXIII. cap. 2. Alii in eadem re *situlam* vocant. Fulgentius cistellam capsulam interpretatur. Monet me vocula haec, ut egregium Varronis locum apud Nonium in *Liquidum* restituam. Varro Divinarum Rerum libro tertio: *L. Scipio, cum aurum*

*factum haberet ut vinea fulmine, ita est ictus, ut ista esset integra, purum colliquisset.* Lego: *L. Scipio cum aurum factum haberet viminea in cista, fulmine ita est ictus, ut cista esset integra.* Dium Fidium iuro, quamvis sub tecto, ita me hunc locum emendasse, antequam de coniectura Ad. Iunii rescissem. Est autem Graeca vox, non ut vult Isidorus a costa. Hesych. Glossarium: *Cista*, λάρναξ, κίστη.

*Quondam Sabini feruntur vovisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos. Quo voto damnati foetum omnem dicuntur eius anni statim consecrasse.* Ver sacrum. Sic enim ex Nonio locos locis coniungendos legendosque divine censet Petrus Pithoeus lib. I. Subsec. cap. 6. qui vir bono litterarum natus olim, nuper earundem malo maximo denatus est. Alter locus est apud Nonium *Damnare*.

*Subito mare subhorrescere, caecosque fluctus in se provolvere leniter occoepit.* Caecum. Idem in *Horrendum* citat, sed minus integre et ex lib. III. non IV. Sed magis placet ex lib. IV. sumptum esse, in quo libro multa de re nautica scripserat et de navigationibus. Quod testatum facio locis quatuor sequentibus:

*Prorae actuariae trahi grandes ac phaseli primo.* Phaselus.

*Navesque triginta biremes, totidem myoparones.* Myoparo.

*Et prope mediam ad finem ripae pervenerant.* Finem. Dicat mihi quis huius loci sententiam, et erit mihi Phoebus Apollo. Nimirum corrigendus est potius: *Et propemodum ad finem r. pervenerant.*

*Transgressus fluvium, quae secundum Herculaneum ad mare pertinebat.* Fluvius. Herculanei facit mentionem Livius lib. X. *Iam Carvilius Volaniam et Palumbinum et Herculaneum ceperat.*

*Denique cum variis voluntatibus incerta civitas trepidare.* Civitas.

*Periclitantur tormenta atque tela multaque genera machinamentorum.* Periculum.

*De quibus partim malleolos, partim fasces sarmentorum incensos supra vallum frequentes.* Malleoli. Festus: *Malleoli vocantur non solum parvi mallei, sed etiam ii, qui ad incendium faciendum aptantur.* Graece dictos fuisse ἀστιόχους docet ex Hesychio Ios. Scalig. Vetus Glossar. *Malleolus*, σφῦρα, πυρεκβόλα.

*Ipsi legati concubia nocte opido digressi, tum supra hostium munitionem succedunt.* Concubia.

*Ballistas quatuor talentarias.* Ballista. Turnebus lib. XXIII. cap. 25.

*Mateteta gravia manipulorum.* Manipuli. Monstrum verbi. An forte legendum: *Materae tela gravia manipulorum.* De materis sive materibus supra dictum. Eiusdem teli mentio fit apud Caes. lib. I. de bello Gallico. Liv. lib. VII. Strabo lib. IX. Iulius Pollux περὶ βαρβαρικῶν ὅπλων.

*Falces iniectas comminuunt, puteos propius collocatis harpagis deiiciunt.* Falces. Caesar et Livius *harpagones* vocant. Ceterum lego: *Pluteos propius collocatis harpagis deiiciunt.*

*Puppes aceto madefactis centonibus integuntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtenduntur.* Centones.

*Tum in muro virile ac muliebre sexus, populi multitudine omni collocata.* Sexus.

*Terrore perturbatam multitudinem subigunt.* Subigere.

*Ultro citroque integrant in oppido caedem. Inermos armati, impeditos expediti sine ullo suorum vulnere cunctos interficiunt.* Ita unum ex duobus locis facio; quorum alter in *Integrare*, alter in *Expediti* citatur. Emendavi autem opinor verissime *Inermos armati* pro *inermos armant.*

*Multi plagis advorsis et congenulati Romanis praecipitatis ipsi supra volvi in caput.* Congenulare, Ita lego. Puto autem, locus hic non longe a superiori abfuerat. Nonii vero *congenulare* non satis placet. Scripserat Grammaticus, nisi me librariorum oscitantia fallit, *congenuclati* vel *congeniculati.* Glossarium: *Genuclat, Γονατίζει. Genucula, Γονατ.* lego, *Γόνατα.* Alibi *Γονυπετῶ, Geniculo, Geniculor, Genua advolvo.* In eod. Gloss. *caliclare* pro caliculare τραπεζοφόρον. *terriclae* pro terriculae *χαρακίδες.*

*Custodiae in muro statuuntur cataphractorum.* Cataphracti. Glossarium: *Κατάφρακτος, Catafracta.*

*Egregias et longe praestantes ac metuendas adversariorum opes esse.* Longe.

*Alii saltui et velocitate certare.* De Casibus.

*Summoti et intra moenia coacti.* Cogere.

*Oriri de contrario silentium.* Silentium.

*Itaque postero de legato Signinum redeuntes apiscitur.* Apisci. Turnebus lib. XXIX. cap. 3. legit: *Itaque postero die legatos Iguvium redeuntes apiscitur.* Iguvium oppidum est, quod alii Eugubium appellant.

*Denique exinanitas castris Romani, qui clauso se loco potuerant expedire.* Exinanita.

340 *Praetor festinatim de castellis ad castra maxima * pedites conduxit.* De Casibus. Castella vocat, opinor, parva castra, quae et procastria dicebantur a veteribus. Glossarium: *Procastria*, ῥικήματα πρὸ παρεμβολῆς. Adde Festum; et idem Glossarium alibi: *Οἱ πρὸ τῶν παρεμβολῶν τόποι, haec procastria.*

*Quoniam neque mea nex, neque intercessio posse videtur illorum dementem reprimere audaciam.* Nex.

*C. Titinnius quidam, cui minus proprietas metus ab natura tradita videretur, primo ante testitudinem constitit: deinde apud consulem caussam atque excusationem praeferre coepit.* Testudo.

*Agmen perturbatum pedites insinuant ac loco commovent.* Insinuari. Nonius tamen scripserat *Insinuare.* Ita autem creberrime etiam locutus est Lucretius.

*Ab armis te recedere, praesidia de locis deducere.* Deducere.

*Exercitum dispertiunt, ad confligendum se comparant.* Comparare.

*Tamen Tudertibus Senatusconsulto et populi iusso dat civitatem.* Iusso.

*Armis, equis, commeatibus nos magis iuverunt exleges et minus honore dignos putabitis.* Exleges. In vet. lib. *munierunt.* Sententiam videtur turbare vocula *magis.* Coniecerim: *Armis, equis, commeatibus nosmet munierunt. exleges et minus honore dignos putabitis?* Loquitur de

illis ipsis Tudertibus, quibus Senatusconsulto et populi iusso censet, quicunque is, dandam civitatem. Solebant enim Romani, qui ipsis auxilio fuissent, civitate donare. De qua re sup.

*Qui tamen quibus litibus foedera maiorum suum dissoluta.* De numeris.

*Adoriuntur adversus, ut apertis lateribus.* Apertus.

*Contra magno cum molimento ac perpetuo suo procedunt.* Molimentum.

*Perfusi atque abunde sparsi usi magnum pondus auri argentique.* Abunde. Lipsius lib. IV. epist. 19. arbitratur legendum: *profuse atque abunde sparsa vasa* etc. et putat fragmentum hoc esse de Annibale. Sed fallitur vir doctissimus. Scribit enim Sisenna lib. I. initio, se in Asia et Graecia gesta literis mandasse. Recte autem Ios. Mercerus, homo peracri iudicio, a Sisenna hoc libro nullum Punicum bellum, sed Marsicum sive Italicum potius scriptum fuisse arguit.

*Id me neque metu, neque calamitatis necessitudine inductum facere.* Necessitudo.

*Alii materibus aut lanceis tamen medium perrumpunt agmen.* Lancea.

*Armata dextera ducti, magisque in latitudinem discedunt.* Discedere. Mercerus legit: *Armati dextera ducti.* Ego malim: *Armites dextra ductim, magisque.* Propria eiusmodi adverbia Sisennae, teste Agellio. Quod autem dixi malle me *armites*, causa est vetus Glossarium, in quo legi: *Armites*, ὁπλῖται, οἱ ἐν ἐσχάτῃ τάξει. et alibi: *Armites*, παράταξις ἔνοπλος.

*Castra de Paniae in montes, ut crebro ferculis protinus procedundo posset intra fines Aesculapiorum pervenire.* Protinus. Ingeniose A. Iunius: *Castra de planicie.* et *Ausculanorum.* Sed quid illa verba, *ut crebro ferculis?* Haereo.

Lib. VI.

*Quo magis celeratim poterant, insidiis suos disponunt.* Celeratim. Nonius false hunc locum citat ex lib. V. Agellius lib. XII. cap. ult. de hoc ipso loco: *Reliqua in historiarum sexto sic scripta sunt: Quam maxime celatim poterat in insidiis suos disponit.* Putide toto illo capite hodieque legitur *celatim* pro *celeratim.* cum in proclivi fuerit emendare *celeratim* ex Nonio. Denique fragmentum Sisennae sic lego: *Quam maxime celeratim poterat, in insidiis suos disponunt.* non *poterant.*

*Marius ostio Liris evehitur, atque Aenariam suos continuare.* Continuare. De Aenaria Festus; Homerus Ἰναρίμην. Alii *Pithecusam.*

*Romanos in re cerne pernici caussa venisse.* Pernici. Lego ex Agellio lib. IX. cap. 14. *Romanos inferendae pernici caussa venisse.* Sed Agellius hunc locum ex lib. quarto, non sexto citat.

Lib. XII.

*Procul significare sibilus consuli coepit.* Citat Priscianus. Vix usque ad librum duodecimum Historia Sisennae pertinuit. Itaque et illud quod Nonius laudat in *Refragare: Multi populi plurimae conciones dictaturum omnibus animis studiis refragabunt.* doctissimus Mercerus ad librum IV. non XIV. commode refert. Sed fragmenta Sisennae accuratius aliquando

examinabimus et colligemus. Nunc tandem hoc ago, ad Sallustium redeo. Colen.

Igitur Sulla patriciae gentis nobilis fuit etc. *Tò nobilis* eiiciendum monet tenor orationis et Servius, qui sic citat: *Igitur Sulla patriciae gentis fuit, familia iam exstincta maiorum ignavia.* * Infra lib.
341 III. Historiarum: *At Cn. Lentulus patriciae gentis, collega eius* etc. Putsch. — Illud *prope* abest Tacito, qui lib. IV. ait: *Utque familiae ipsae iam exstinctae sint, reperies qui ob similitudinem morum aliena facta sibi obiectari putent.* Ald. Manut. Ciaccon. et Ursin. — De discrimine *gentis* et *familiae* docte Illustr. Spanhemius lib. de Praestantia et Usu Numism. pag. 449. Wasse. — Manuscripta, sicut et impressa fere, *gentis patriciae*; ut adiectivum sequatur. Rivius. — Fere secutus sum exemplar Servii, nisi quod non ausus etiam detrahere *prope*. interim in nobilissimis item exemplaribus visere est putida illa *nobilis fuit.* Gruter. — omnes nostri agnoscunt. At Victor Caes. VI. *Galba haud secus* nobilis, e gente clarissima *Sulpiciorum* etc. *quasi luxuriae, aut etiam crudelitati auxilio ventitasset*, rapere. *familia* in marg. et 2. m. Pemb. Grut. om. *nob. fuit.* et Bod. *prope.* Wasse.

Familia prope iam exstincta maiorum ignavia. Paterculus lib. II. *Hic natus familia nobili sextus a Cornelio Rufino, qui bello Pyrrhi inter celeberrimos fuerat duces, cum familiae eius claritudo intermissa esset.* Coler. — De hac morte familiarum capiendum est illud Paediani: *M. Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra eum aetatibus iacuerit domus eius fortuna. Nam neque pater, neque avus, neque proavus, ut puto, propter tenues opes et nullam vitae industriam, honores adepti sunt.* Rupert.

Literis Graecis atque Latinis iuxta doctissime eruditus. Ait, Latine doctum fuisse. Quid ergo? numquid haec ei lingua vernacula? Fuit: attamen nihilominus adolescentum Romanorum nobilissimi quique quam diligentissime ad insuper excolendam eam incubuerant: imitando, et nisi facimus, pudendo nobis exemplo, qui patriam linguam numeramus in postremissimis. Vide, quae huc pertinentia congessit Berneccer. in Speculo Boni Principis sive Animadv. in Suetonii Titum cap. 3. §. 2. lit. c. d. Rupert. — *Iuxta atque doctissume.* In aliis libris vacat *atque.* Ciaccon. — Ita [*iuxta atque*] etiam MSS. meliores, nam vulgatiores *iuste atque*, quomodo item editionum primae, prorsus stulte. Gruter. — *iuxta* nostri omnes et Oxon. Firmat unice Hegesipp. *Romae eruditi* Latinis iuxta *et Graecis literis.* I. 38. qui etiam corrigendus IV. 9. *Erat miserabile spectaculum, intra urbem omnibus ante reverendam bellum geri, perniciem iniustam pauperibus ac debilibus inferri.* pro *iniustam* voce nihili Codex B. Pub. eleganter *iuxta.* Affinitas verborum et in aliis auctoribus mendae locum dedit. Solinus: *Cyrus in exercitu cum numerosissimo praefuit, nominatim singulos alloquebatur. Fecit hoc idem in Populo Romano* etc. Petrensis pro *in P. Rom. Imperator.* credo quia per compendium scriptum fuerat *Imp. R.* Isidorus XII. 8. *Cicadae ex cuculorum nascuntur sputo; hae in Italia apud Rheginos* multae *sunt, nec usquam alibi.* Itane vero? at ubique locorum in-

veniuntur; quidni? sic tamen et editi et Codex Pemb. at recte membranae B. Pub. *mutae*. Plinius, a quo etiam Solinus XI. 27. *In Rhegino agro silent omnes: ultra flumen in Locrensi canunt*. sic Conon apud Photium in Bib. pag. 426. Strabo VI. pag. 206. Pausanias VI. 61. *Οἱ μὲν γὰρ τέττιγες οἱ ἐντὸς τῆς Λοκρίδος ἄχρι τοῦ Καικίνου κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις τέττιξιν ᾄδουσι· διαβάντων δὲ τὸν Καικίνην ΟΥΔΕΜΙΑΝ ἔτι οἱ ἘΝ Τῌ ῬΗΓΙΝῌ ΤΕΤΤΙΓΕΣ ἈΦΙΑΣΙ τὴν ΦΩΝΗΝ.* vide Tzetzem Chil. VIII. 166. *Sed quorsum* in tenui labor? Unum addam Iuvencum:

> *Namque* sequenda *dehinc laetae reparatio vitae,*
> *Non thalamos novit, non terrae gaudia vana.*
> *Sed similes levibus Genitoris* iusta *ministris*
> *Constituet regni virtus sublimis in aula.*

Primo ex membranis C. C. C. lege *secunda*, dein pro *iusta* scribe *iuxta*: quod tam apud Iuvencum quam Sallustium valet *aeque*, ἐπίσης, vel *prope*. sic D. Lucas ἰσάγγελοι, quod caeteri ὡς ἄγγελοι. Wasse. — *Doctus* refertur ad disciplinas graviores et solidam, ut ita dicam, perfectamque doctrinam; *eruditus* ad humaniorem literaturam et elegantiam, sicut docet Scipio * Gentilis ad Apol. Apuleii. Audiendus etiam Casaub. ad 342
Suet. Aug. cap. 89. ista scribens: „Eruditione varia repletus Sphaeri „contubernium iniit. Hoc est, φιλολογίαν et πολυμάθειαν ἀσκήσας, do„ctore Sphaero. Appello φιλολογίαν historiae et rerum antiquarum co„gnitionem literasque humaniores, quas qui tenent, eruditi proprie appel„lantur, ut docet M. Tullius. Inde Suetonio φιλολογία eruditio varia „nuncupatur, ut hic: vel ἁπλῶς eruditio lib. IV. *E disciplinis liberali*„*bus minimum eruditioni, eloquentiae plurimum attendit.* Haec Casaub." Rupert.

Sed gloriae cupidior. Vid. Val. Max. lib. VIII. cap. 15. ubi refert, *Sullam, Iugurtha a Boccho ad Marium perducto, totam sibi laudem cupide adseruisse; ut annulo, quo signatorio utebatur, insculptam illam traditionem haberet.* Vidi et apud Ursinum nummum argenteum, in quo Iugurtha revinctis post tergum manibus a Boccho rege Sullae in solio sedenti traditur. Porro quid dulcedo gloriae in iuvenibus possit, quantumque eorum animos percellat, ostendit praeter alios Cicero V. Philipp. ubi de Octaviano Caesare: *Ea natura est rerum, ut qui sensum verae gloriae ceperit, quique se a senatu, ab equitibus P. Q. R. universo senserit civem carum haberi salutaremque Reip. nihil cum hac gloria comparandum putet.* et in ea pro M. Coelio ait, *semper magno ingenio adolescentes refrenandos potius a gloria quam incitandos fuisse.* Rupert.

Tamen ab negotiis nunquam eum voluptas remorata. Reg. *erat an negotio.* Wasse. — *Eum* non habent exemplaria in pergamenis descripta, neque ceteri codices vetustiores, et rectius subauditur quam exprimitur. Rivius. — Vide notam ad illud verbum in Catilinarii cap. 5. *varius.* Rupert.

Nisi quod de uxore potuit honestius consuli. Dum enim Valeriam, in theatro lascive nimis blandientem, senex ipse uxorem duxit.

ut scribit Plut., poterat ipsius famae melius consuli. A. Manut. et Rupert.

Callidus et amicitia facilis. MS. verbo auget, *aditu et amicitia facilis*. id postulat copula. Putsch. — Sic omnes MSS. praeter Pal. tert. in quo *callidus aditu et amicitia facilis*, quod aliquis statim invaderet amplexurus pro auctoris legitimo, sed perperam. Gruter. — Supra: *potuit honestius*. Rem narrat Plutarchus in Sylla pag. 474. Wasse.

Altitudo ingenii. Turneb. Adv. lib. III. cap. 15. Ciaccon. — Rittershus. Cod. *Ad simulanda negotiis altitudo ingenii incredibilis*. Probe et Latine; *negotiis* pro *in negotiis*. Coler. — Crispinus: eam faciem rebus inducere qua voluntatem aliorum ad suas partes trahat. vel: tam acri fuisse ingenio, ut gestu, habitu, colloquio, quodcumque libuisset, hominibus persuadere potuerit; immo, eo ingenio fuisse quod ad dissimulanda animi consilia et decreta natum esse videbatur. Nam *simulare* aliquando pro *dissimulare*, ut apud Plautum Curcul. Simulabo *quasi* non noverim. et Plinium N. Hist. XIV. 3. *quia non sentire* simulabat. Voc. *sim*, et *dissim*. calliditatem innuunt; verba ex diffin. Aquiliana sunt. vid. Cic. Offic. III. 15. *altitudo* vero *ingenii* denotat tectum et alte demersum animi sensum. talis *ingenii* reperta intelligit Noster Fr. VI. 54. *Nihil* tam ex alto reperiri *posse, quod non cogitanti tibi* in promtu sit. et apud Virg. alta mente *repostum*. Ammianus XIX. 3. palam *quidem litteras imperiales* praetendens *etc*. clam *vero* corde altissimo retinens, *saepe in comitatu sibi mandatum, ut ansam omnem adipiscendae laudis decessori suo ardenti studio gloriae circumcideret*. et cap. XI. *nihil tamen praeter preces* fingentes *etc. longe alia quam quae gestu praeferebant et verbis*, altis mentibus perpensantes. Vopiscus Numer. XIII. callidum, *et ad omnia quae tempus quaesierat, paratum*: consilii *semper* alti. XV. *denique*
343 *ut erat* altus, *risit, et* * tacuit. Vid. Silium XV. 38. usus hoc exemplo *profundiora* Hegesip. IV. 9. prof. *seniorum consilia*. altus ingenio Graecis *βαθύφρων*. Aeschylus Pers.

> *Φροντίδα κεδνὴν καὶ ΒΑΘΥΒΟΥΛΟΝ*
> *Θώμεθα.*

Posidippus: *ὁ βαθὺς τῇ φύσει στρατηγὸς ἕστηκεν*. Haud secus Psalm. XCII. 5. *gnameku*, a *gnamak*, profundus. Merito itaque Cato apud Plutarchum pag. 469. *ὡς ἀλώπεκι καὶ λέοντι πολεμῶν ἐν τῇ Σύλλα ψυχῇ κατοικοῦσιν ὑπὸ τῆς ἀλώπεκος ἀνιῷτο μᾶλλον*. et pag. 471. quando morum eius mutationem exagitat: *τοῦτο μὲν οὖν εἴτε κίνησίς ἐστι καὶ μεταβολὴ φύσεως ὑπὸ τύχης, εἴτε μᾶλλον ὙΠΟΚΕΙΜΕΝΗΣ ἈΠΟΚΑΛΥΨΙΣ*. Vid. Tacit. H. IV. Wasse.

Ac maxume. *Maxume* abest Pemb. Infra *super industriam esse*, pro *vincere*, eleganter. ut LXII. *neu* super fortunam *animum gereret*. i. e. maiorem quam pro loco suo. Hegesip. I. 45. *indignatione* super aegritudinem facta. Eutropius de Constantino X. 5. *Militaris gloriae appetentissimus, fortuna in bellis prospera fuit: verum ita*, ut non superaret industriam. Metaphrastes: *τὰς ἀρετὰς δὲ οὐκ ἔκρυπτεν, ἀλλ᾽ ἥττων ἐκείνων ἐνομίζετο*. Paulo post: *pudeat magis*. Reg. *pudeat*, *an pigeat magis*,

uti Nonius pag. 424. et Sulpicius Severus II, 28. Sed MSS. Venetae, Gruteriana, *pudeat magis an. p.* quomodo Curtius V. 18. *quorum nos* pudeat magis an poeniteat, *incertum est.* Victor Nerone contra: *eo dedecore reliquum vitae egit, uti* pigeat pudeatque *memorare* etc. Liv. XLV. 10. *Quarum Rhodios semper* non minus puderet, *quam poeniteret.* Vid. XLV. 39. suspicor vocem *magis*, Sallustianis exemplaribus adhaerentem, a mala manu esse. uti et *incertum habeo.* suspicionem auget N. Heinsius ad Ovidii, *Conquerar an sileam?* Nescio an hunc locum intelliget Scholiasta vetus ad Cic. pro Rosc. Amer. §. 230. unde Sallustius dixit: *mox tanta flagitia in tali viro* pudet *dicere.* Postremo *sollertissimus* rudi et ignaro opponitur. Ea vox aliquando, sed rarius, accipitur μέσως. ut apud Lucan. VIII. 283.

*Hinc anceps dubii terret* sollertia Mauri.

WASSE.

ATQUE FELICISSUMO. Ita MSS. tres notae primariae; caeteri consuadent vulgatis, quibus est, *atque illi f.* Comm. *atque felicissumus omnium.* GRUTER. — Nostri, Carrio, alii, retinent *illi.* Infra: *in p. tempestatibus:* praepositio abest L. 2. atque *est* Arond. et vocem *benigne* in marg. et a sec. manu habet Pemb. WASSE.

NUMQUAM SUPER INDUSTRIAM FORTUNA FUIT. Invidenda laus, de qua vide Freinsh. ad Curt. lib. X. cap. 5. §. 35. RUPERT.

PUDEAT MAGIS etc. Scholiastes vetus in Ciceronis Orat. pro Roscio Amerino cap. 32. Scimus Sullam in pueritia turpissimum fuisse, unde Sallustius dixit: *Mox tanta flagitia in tali viro pudet dicere.* BROUKH.

MULTIQUE DUBITAVERE etc. In elogio isto Sullano subodoror emblemata aliquot sciolorum. certe, nonne hoc loco praestitisset, *multis dubitantibus?* aut sölummodo *dubium fortior an felicior?* GRUTER. — Libri ad unum omnes habent, *multique dubitavere.* l. *dubitaverunt.* WASSE.

## CAP. CI.

UT SUPRA DICTUM EST. Codex Fabricianus, *uti.* quomodo et alias fere. RIVIUS. — Illa, *uti supra dictum est*, sunt ab homine mire oblivioso, non a Sallust. GRUTER.

SOLERTISSIMUS OMNIUM FACTUS EST. Similis dexteritas in Ptolemaeo, cui ob id invidit Alexander, * ut est apud Aelian. lib. XII. cap. 16. RUPERT. 344

AD HOC MILITES BENIGNE ADPELLARE. Si haec comitas ex virtute proficiscitur, apud quosvis magni fiunt talis notae ingenia. Vide quae notat Gruterus ad illa Livii lib. I. cap. 34. de Tarquinio Prisco: *fortunam benigno alloquio, comitate invitandi beneficiisque, quos poterat, sibi conciliando, adiuvabat.* Cui adiicio exemplum Andronici Palaeologi, de quo Gregoras lib. VI. *Praeterea comitate et suavitate morum omnes facile adamantinis sibi vinculis devinciebat. Solet enim dexteritas et benignitas morum, in altiore dignitatis gradu, facile omnium sibi animos reddere*

*obnoxios: quemadmodum verno tempore splendidi flores praetereuntium oculos in se convertunt.* Hoc est illud Indorum sapientium praeceptum: *Principem, quo natura sublimior sit, eo humaniorem se inferioribus si praebuerit, carissimum populo futurum.* De Cyro et Agesilao vide Cic. in epist. ad Quintum fratrem, de Hadriano Spartianum, de Alex. Severo Lampridium, de Belisario Constantinum Manassen in Annalibus. Atque hoc ipsum quam utilitatem haberet, praeclare intellexisse videntur illi seniores amici Roboami, qui apud Ioseph. lib. VIII. Antiq. Iud. cap. 3. iuveni regi suo instillant, ut *comiter populum alloquatur et posito aliquantisper fastu regio, ad captandam multitudinis gratiam se accommodet.* Hac arte captos, facile illum amaturos; quod natura ita comparatum sit, ut subiecti delectentur regibus mansuetis et de suo fastigio nonnihil se demittentibus. Sed enim hac civilitate nonnunquam plus quam civilia agitantur, v. g. apud Plut. in Galba, Otho, imperatorem suum solio deiecturus, comem se omnibus et facilem praebens, imprimis militibus suffragabatur, eorumque multos ad gradum aliquem honoris et imperia provehebat. Rupert.

Alius per se ipse dare. *Liberalitate qui utuntur, benevolentiam sibi conciliant et, quod aptissimum est ad regendum, caritatem:* ait Cic. II. de Finibus. Rupert. — *Ipse dare beneficia.* Ita V. C. et ita infra: *Et mehercule Sulla ante te cognitum, multis orantibus, aliis ultro egomet opem tuli.* Ursin.

Invitus accipere. Hunc locum transpositis dictionibus in integrum reponi sic posse existimo: *Invitus accipere, sed ea properantius reddere: aes mutuum ipse ab nullo repetere.* Ciaccon.

Ut illi quampluríma deberent. *Illi* pro *ipsi* capitur. *sibi* noluit dicere, ne in debitores reciprocaret. est autem notandum hoc locutionis genus. Glarean.

Ioca atque seria. Vide notam ad Iustini lib. IX. cap. 8. §. 9, et adde Freinsh. ad Curt. lib. III. cap. 6. §. 19. Bernecc. in Speculo Boni Principis sive Animadversionibus in Suetonii Titum cap. 1. §. 1. lit. d. ubi multa congesta sunt ad hoc caput pertinentia. Rupert. — Liv. I. 4. *Cum his* seria *atque* iocos celebrare. Nonius pag. 299. posituram servat. Eleganter Noster *ioca atque seria* pro *cuiuscunque generis sermonibus.* Plautus Amphitr. III. 2. *Cum ea tu sermonem* nec ioco nec serio *Tibi habeas.* Mamertin. Paneg. 12. *Coniunctas in omni sermone dexteras,* ioca seriaque *communicata.* Sed et Plinius lib. XIII. Epistola 11. *Hunc ego cum simul studeremus, arcte familiaterque dilexi. Ille meus in urbe, ille in secessu contubernalis. Cum hoc* seria, *cum hoc* iocos *miscui.* et XVII. 4. *Nihil a me ille secretum, non* ioculare, *non* serium, *non triste, non laetum,* et I. 8. *Encolpius quidem lector, ille* seria nostra, ille deliciae. Denique in adagium cessit, ut patet ex Cic. II. de Fin. Ovid. I. Trist. Eleg. VII.

*Quid nisi tot lusus et tot mea seria nosces,*

et II. Pont. IV.

*Seria multa mihi tecum collata recorder,*

*Nec data iucundis tempora pauca iocis.*

et IV. 3.

* *Ille ego qui primus tua seria nosse solebam,* 345

*Qui tibi iucundis primus adesse iocis.*

Pont. I. 9.

*Saepe refert animus lusus gravitate carentes*

*Seria cum liquida saepe peracta fide.*

Ausonius de Nepotiano Gram. *Tam* seriorum *quam* iocorum *particeps.* et in Parental. Carm. VIII.

*Ambo pii, vultu similes, ioca seria mixti.*

Demosthenes orat. amator. pag. 160. *Ἐν* οἷς σπουδάζεις ἐστί σου καὶ ἐν οἷς παίζεις. confer Ammianum pag. 443. 20. at maior hinc commendatio pueri Fl. Ursi apud Statium in Sylvis, quod haec faceret in tempore:

*— Studioque altisque iuvabat*

*Consiliis, tecum tristisque hilarisque, nec umquam*

*Ille suus, vultumque tuo sumebat ab ore.* WASSE.

CUM HUMILLIMIS AGERE. Servius in I. Aeneid. *Cum humillimis exercere.* Ar. *gerere.* vox *famum* a 2. manu in marg. Pemb. WASSE.

ATQUE AD VIGILIAS MULTUS ESSE. Manuscripta, *adesse.* nam libenter geminabant praepositionem antiqui; cuius alicubi meminit Priscianus. Sic Tacit. XIII. *in agmine, in laboribus frequens adesse*, inquit. RIVIUS. — *Multus adesse.* Nihilo peius Comm. *multus esse.* melius fortasse qui utrumque excluderet pro supervacuo. GRUTER. — Tacit. XIII. *In agmine, in laboribus* adesse frequens. at *multus esse* λ. sed supra *ad*, a 1. manu. WASSE.

QUIBUS REBUS ET ARTIBUS. *Et artibus* non est in scriptis duobus, et abesse potest. PUTSCH. — Mallem alterutrum, *quibus artibus* vel *quibus rebus*; utrumque nimis superfluit. GRUTER. — MSS. quidam *actis.* in aliis omissum est. C. POPMA. — Nostri agnoscunt. vide nos ad VI. 52. WASSE.

FACTUS EST. Τὸ *est* neque in manuscripto quodam neque in impressis plerisque est. sed nec Beroaldinum exemplar habet. RIVIUS. — pro *factus* γ. *fuit.* WASSE.

## CAP. CII.

COPIAS ADDUCERET. Nonnulli in pergameno descripti libri: *Quam plurimas in Numidiam copias adduceret.* alii: *Quam maximas in Numidiam copias adduceret.* Ego vulgatam lectionem retineo, atque amplector. C. POPMA. — Naz. ac Pal. secund. et sept. *copias adducere*; Commel. *duceret*; Pal. quint. *abducere.* GRUTER.

QUEM UBI CUNCTARI ACCEPIT, DUBIUM BELLI ATQUE PACIS RATIONES TRAHERE. Sic item nostri sine praemissa copula, *et dubium*, bene; melius fortasse si item eiiceretur *atque*, ut fieret: accepit dubium belli, pacis rationes trahere. eodemque modo eximi posset vox *cunctari.* GRUTER. — quod sane abest ab L. 2. WASSE.

Uti antea prox. Satis subintelligerentur, quamvis non exprimerentur ullis literis illa *uti antea.* Gruter.

Gorrumpit. Sic posterioris aevi MSS. nam prioris *corrupit.* Gruter. — *γ. λ. corrupit.* Wasse.

Ipsique Boccho pollicetur. Manuscripta, *ipsique Mauro.* sed est
846 idem utrobique sensus. Prius illud ex glossa * irrepsit. nam et saepe alias Maurum, ipsum Bocchum vocat per antonomasiam, quomodo Poenum Livius Hannibalem. Rivius.

Vix decima parte die reliqua invadunt. Sic Tacitus lib. II. Hist. cap. 14. *obscurum noctis ait obtentui fugientibus.* h. e. noctis obscuritatem tegere Vitellianos fugientes, per loca sibi nota, hosti vero ignara. Rupert. — Hunc locum Gellius ita legit, *vix decima parte die reliqua* [pro *relicta.*] id quod supra quoque ostendimus. Rivius. — Antea in vulgatis *diei* legebatur, quemadmodum est in Fulvii libro. Emendavi *die*, ex Prisciano lib. VIII. et Gell. lib. IX. cap. 14. cuius haec sunt: *Ego in Iugurtha Sallustii, summae fidei et reverendae vetustatis libro,* die *casu patrio scriptum inveni. Verba haec ita erant:* vix decima parte die reliqua. *non enim puto argutiolam istam recipiendam, ut* die *dictum quasi* ex die *existimemus.* Supra quoque: *Et iam die vesper aderat.* pro *diei.* non enim adsentior Fulvii libro, in quo *diei* scriptum est, litera, quasi errasset librarius in scribendo, superscripta. Et infra: *Quae dubia nisu videbantur.* sic enim habent quidam veteres libri. et rursus: *Ubi castra locata, et* die *vesper erat.* quo item loco *diei* habet Fulvii liber. *Acie* quoque pro *aciei.* A. Manut. — Corrupti hoc loco erant quidam formis excusi codices, qui pro *die, diei* scriptum habebant. Nos antiquam et veram lectionem reposuimus. Nam et Gellius in Iugurtha Sallustii, summae fidei et venerandae vetustatis libro (ut sunt eius verba) se *die* non *diei* scriptum invenisse affirmat; nec sane aliter nos in omnibus antiquis libris scriptum comperimus. C. Popma. — Adhaesi Gellianis codd. nam MSS. nostri omnes *diei.* Gruter. — *λ. die* a manu prima. *iam* omittit L. 2. *die* Popmae omnes. Pro *reliqua γ.* supra lineam, *vel relicta.* glossa manifestaria. Tacit. XIV. 38. *Contractus deinde omnis exercitus, sub pellibus habitus est, ad* reliqua belli *perpetranda.* Glossae λοιπόν. Frontin. II. 7. *Hac assimulatione* reliquis *Pompeianarum partium fiduciam fecit.* et ita forte reponendum II. 9. pro *reliquias.* sed Codd. non favent. Idem III. 6. *Qua ratione deterritis eis* reliqua *victoriae consummavit.* Q. Septim. II. 46. *dispersos palantesque interficere, uti nullus* reliquus caedis *fieret.* III. 20. *Non ullam tanti nominis atque famae speciem* reliquam fecerat. Explicandum: *die vix quod ad decimam partem reliqua.* Videsis Gronovium ad Livium XXIX. 7. Wasse.

Noctem pro se rati. In quibusdam MSS. Codd. *Noctem pro se ad salutem rati* legitur. C. Popma.

In tenebris difficilem fore. Manuscripta, *difficiliorem fore.* id quod et sententia magis exigere videtur; nec Beroaldinum secus. Rivius. — *Difficiliorem* tamen magis arridet. Emendo ἐν παρέργῳ locum Valer. Max. lib. I. cap. 1. de L. Alvanio: *Quare agreste illud et sordi-*

*clius plaustrum.* Sumsi emendationem ex Cod. MS. Colmariensi optimo. Coler. — Sine damno sententiae eximi posset *fore.* Gruter. — Sertorius apud Plutarchum pag. 578. *Παραγαγὼν δὲ ἑσπέρας ἤδη, συνέβαλεν, οἰόμενος ξένοις τὸ σκότος ἔσεσθαι καὶ φεύγουσιν ἐμπόδιον καὶ διώκουσι.* locum ita aemulatus Hegesip. I. 19. *receptaculo sibi, si res poposcisset, futura, vel hostibus* impedimento. Wasse.

Igitur postquam consul. Ita nos emendavimus, et ita semper loqui consuevit Sallustius. C. Popma.

* Catervatim. I. e. sine ordine et delectu, sed ut quosque fors conglobaverat; id quod exitii causa solet esse. Diod. Sic. in Exc. Peir. pag. 403. Alias de catervis ita tradit Veget. II. de R. M. cap. 2. Galli atque Celtiberi pluresque barbaricae nationes catervis utebantur in praelio, in quibus erant sena millia armatorum. Rupert. 347

Fors conglobaverat. Ar. L. 2. 3. *sors.* λ. *conglomeraverat.* caeteri recte. Septimius II. 46. *Raptim ac sine ullis ordinibus, ut quemque* sors conglobaverat, *ad naves evolant.* Lege *fors.* dein, *quousque,* postremo, *advolant. fors, casus.* de qua voce vide supra. Iuvencus:

*Et* quoscunque *illic* casus glomeraverit.

649. ed. Bigneanae. ubi pro *compita laeta viarum* legendum ex veterrimo Codice B. Pub. *lata.* alterum enim in versu praecedente habetur et mox sequitur. Voce *lata* usus idem infra pag. 652. Reg. *proelio fiebat,* omisso *similis,* quod tamen introduxit altera manus. Liv. XXI. 35. Latrocinii *magis quam* belli more *concursabant.* XXIX. 6. Latrociniis magis quam iusto bello *in Bruttiis gerebantur* res. P[illegible] me licet auferatur *similis.* Wasse.

Ac tamen. Sic MSS. non *at tamen.* leviculum quidem et istud, sed optimam faciem etiam naevi umbra destruit. Gruter.

Pristinae virtutis memores. Antea in omnibus impressis dictio *pristinae* omissa fuit. Eam nos ex Canteri libro restituimus. Sic in Catilinario: *quo audacius aggredimini, memores pristinae virtutis.* et: *veterani pristinae virtutis memores.* et iterum: *Catilina postquam fusas copias, seque cum paucis relictum videt, memor generis atque pristinae dignitatis suae.* C. Popma.

Pars equos ascendere. Similis facies rerum in subitaneo praelio cum Nerviis apud Caesarem lib. II. Antonii Primi cum Vitellianis Tacit. lib. III. Hist. cap. 18. Rupert. — Varro lib. I. de Agricultura: *e vinea in arbores escendit.* et in eodem: *in carnarium escendat.* Antiquum etiam Glossarium habet: *Escendit, ἐμβαίνει* etc. licet ibi corrupte sit, *συμβαίνει.* Ciaccon. et Ursin. — Sic Fronto legit. in quo dubitarem mendum inesse, nisi ab eo literarum ordinem servatum viderem. Haec enim recitat in verbo *Escendo.* A. Manut. — Ita et Palmerius ex Frontone. eo verbo usi Varro, Sallustius, Tacitus, alii. Glossarium: *Escendit, συμβαίνει.* leg. *ἐμβαίνει.* Plautus Amphitr. Sc. Concedite:

*Atque illuc sursum ascendero, inde optime, sic cispellam virum.*

Emendo ex Eistadiensi Cod. *escendero.* et eodem: *Scispellam.* Valer. Max. lib. I. cap. 5. *Ac protinus naviculam conscendit, eaque in Africam provectus.* MS. Colmariensis: *Naviculam escendit.* Simili modo dicitur

*effligere* pro affligere. Plautus Asinaria: *Nisi quidem illa ante occupassit te, effliges scio.* Sic enim in eodem MS. legi. *Espectare* autem pro aspectare legendum censeo apud eandem in Aulul. Sc. Picos: *Inde espectabam aurum ubi abstrudebat senex.* Vulgo: *exspectabam.* in Langiano, *aspectabam.* Coler. — Tametsi in nostro libro (Lovanii excuso) typographorum incuria *ascendere* impressum est: tamen *escendere* legendum ex Frontone constat, qui hunc locum in verbo *Escendo* citat: tum ex eo quod veteres *Escendo* pro *Ascendo* dixerunt. Varro libro quarto
348 de lingua Latina: *Et unde * escendebant ad imam novam viam, lucus est, et sacellum Larum.* et alio in loco: *e vinea in arbores escendit vites.* item: *in carnarium escendit.* Livius: *Ad X. Calend. Octob. ludorum Romanorum II. die, C. Licinio Consuli ad quadrigas mittendas escendenti, tabellarius, qui se ex Macedonia venire diceret, reddidit laureatas literas. quadrigis missis consul currum escendit.* C. Popma. — Ita [*escendere*] fuisse initio in Pal. pr. Nazar. patet e litura. Commel. meus heic deficit fine lacer. Gruter. — Vide Turneb. Adversar. XX. cap. 30. Nostri *ascendere.* sed vid. Gronovium ad Livium XLV. 1. XXXIV. 28. Wasse.

Obviam ire hostibus. Hic ordo in Pall. item edd. primis; aliter ea quam procuravit Carrio., Gruter.

Equites peditesque permisti. Exemplar Fabricianum, *equites, pedites.* ut sit asyndeton. Rivius. — *Equites peditesque* de Numidis tantum intelligi, sed verbum *alios* de Romanis, declarant verba quae paulo post sequuntur: *quod hostes*, inquit, *numero plures.* Igitur cum iudicio locus legendus est. Glarean. — *Alios obtruncare, multos etiam* etc. Locus hic in omnibus editionibus foede depravatus fuit; eum nos adiuti a Canteri codice pristinae integritati restituimus. C. Popma.

Caedere alios. Palmerius sic legit: *Caedere alii, alii obtruncare: multi contra aversos acerrime pugnantes a tergo circumvenire.* Subtiliter, et nescio an vere. Coler.

Multos contr. adv. acerr. pugn. a tergo circumvenire. Sublato verbo *alios*, quod in vulgatis libris erat, in quibus legebatur, *alios obtruncare, multos contra* etc. mutata etiam distinctione, locum, ut opinor, illustravi. quam correctionem eidem Fulvii libro deberi fatendum est. A. Manut. — Sic uno consensu edd. vett. et Pall. praeter primum; is enim voce initiali habet *multa*, ultima *cincumveniri.* itaque nescio quid sibi velit Ciacconii editio, in qua *multi contra aversos* etc. neque enim talem statum imaginari mihi possum, quo aversi pugnent aut circumveniantur a tergo. Gruter. — Palmerius legit *alii, alii.* et *aversos.* eum videsis. Confer etiam Orosium V. 15. qui totam aetatis suae eloquentiam in hanc pugnam impendit. *simul tecti* a 2. man. in marg. Pemb. Wasse.

Circumfusi erant. Superfluit meo iudicio *erant.* Gruter. — Libri servant. Wasse.

Veteres novique et ob ea scientes belli. Voces *novique* suspectae mihi sunt. Non enim convenit, propterea quod novi essent, scientes esse belli. Ciaccon. — *Novi* et *scientes belli,* contraria sunt. quare videndum an illud *novique* adiectum sit. *Scientes* autem *belli* dictum est

Graeca forma, εἰδότες πολέμοιο. Ursin. — *Romani veteres novique, et ob ea scientes belli.* Bona lectio. intermixti erant veteribus novi, exercitiisque iisdem habiti; ideoque etiam gnari proeliorum. respicit ad ea quae dixit cap. 87. *Sic brevi spatio* novi veteresque *coaluere, et virtus omnium aequalis facta.* Emendationes aliorum nauci non sunt. Gruter. — Conieceram aliquando *v. navique.* Iug. LXXIX. imperata *navi* fecerant; postea, *veteres belli*, resectis quasi ab interprete caeteris; ut *homo* vetus militiae, *operis*, et *laboris* apud Tacitum. denique, *probe scientes b.* vel *prope*, pro iuxta. Nunc non placent coniecturae. Wasse. — Illud *ob ea* vel *veteres* refert, remotius adiectivum, vel exponendum cum Badio: *ob ea, id est, ob eas res, quod veterani quoque adessent.* Glarean.

Si quos locus aut casus coniunxerat, orbes facere. Sic et manuscripta. ceterum in plerisque est *orbem facere*, numero singulari pro, * in unum conglobari, vel, orbem colligere, quomodo Livius lo- 349
quitur; et Caesar, *Cum illi orbe facto sese defenderent*, inquit. Rivius. — MSS. praestantiores *fecere;* aliud quid latet ulceris tecti. Gruter.

Atque ita ab omnibus partibus simul et tecti et instructi hostium vim sustentabant. Sic in quibusdam. in manuscriptis deest alterum *et*, quod ut nihil aliud, ad elegantiam interim facit; nihil tamen immuto. Rivius. — Maluissem *sustentare.* Gruter. — Libri non addicunt. Wasse.

## CAP. CIII.

Quam ex familiarissimis paraverat. Manuscripta, *quam familiarissimis*, omissa repetitione praepositionis *ex.* id Sallustianum magis est. nec Beroaldinum secus. Rivius. — De Agricola idem fere et omissa praepos. Tacitus Agric. XIX. *Non studiis privatis, nec ex commendatione aut* precibus *centurionum milites adscire, sed optimum quemque fidelissimum putare.* Iulianus apud Ammianum XX. 5. *Ut autem rerum integer ordo servetur, praemiaque virorum fortium maneant incorrupta, nec honores ambitio praeripiat clandestina, id sub reverenda consilii vestri facie statuo, ut* NEQUE civilis quisquam iudex, nec militiae rector, alio quodam praeter merita suffragante, ad potiorem veniat gradum, non sine detrimento pudoris eo, qui pro quolibet petere tentaverit, discessuro. Nerva Imp. apud Xiphilinum pag. 339. Τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' οὐ τὴν πατρίδα ἐξετάζειν δεῖ. Claudianus in Laud. Stilic.

*— non obruta virtus*
*Paupertate latet: lectos ex omnibus oris*
*Evehis: et meritum, numquam cunabula quaeris:*
*Et qualis, non unde satus.*

Caeterum illud *quam* omittit pr. manus Pembr. Wasse.

Vagari passim. Obiter emendo monstrum verbi in veteri Glossario: *Vagerassim*, σποράδην. Lego: *vage, passim.* Coler.

Ac modo laborantibus suis succurrere. Vide not. ad Catil. cap. 60. §. 3. Sed et similia de Caesare Lucanus lib. VII.

*Ipse manu subicit gladios ac tela ministrat,*
*Promovet ipse acies etc.* RUPERT.

QUONIAM IMPERARE CONTURBATIS OMNIBUS NON POTERAT. Convenientior lectio videtur, *consulere* multis, *quoniam conturbatis* omnibus *non poterat.* CIACCON. — Hic distinguerem ego, ut postea sit: *consulebat militibus manu.* CASTIL. — Incerta distinctio. quidam post *manu* distinguunt, ut sit sensus, *invadebat manu*, id est, *turma sua*, *quam ex fortissimis habebat.* ita codex Aldinus. alii, ut Badius, ante *manu*, quasi diceret: *manu indicium dabat militibus*, *quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat*, ut ait auctor; idque intelligendum, donec dies erat. Nam mox sequitur: *Iamque dies consumtus erat.* quae est hephthemimeres heroica, et syllaba longa, hoc est, carminis heroici quatuor primi pedes. casune an studio ab auctore factum, incertum. Livius tamen ita orsus est historiam Romanam, si Quintiliano, auctori in primis gravi, quicquam credimus. Sed et sesquiheroicum carmen apud auctorem Livium libro secundo decados tertiae, ostendimus in annotationibus in eumdem editis. GLAREAN.

IAMQUE DIES CONSUMTUS ERAT. Elegans hemistichium, sed et in Cicerone integros versus observavit olim politissimus Muretus, qualem
350 * posuit supra Sallustius: *Bellum scripturus sum, quod populus Romanus.* Tacitus de Moribus Germanorum: *Relligione patrum et prisca formidine sacrum.* Neque enim veteris poëtae esse Lipsio credo. COLER.

TUM MARIUS EX COPIA RERUM CONSILIUM TRAHIT. In uno codice in membrana descripto est: *Tum Marius secundum opportunitatem rerum suarum consilium trahit.* Ego tamen existimo haec verba non esse Sallustii, sed aliunde in textum orationis irrepsisse: multo enim elegantior locutio, *Ex copia rerum consilium trahere.* Cicero epistola ad Cornificium: *Sed hoc melius ex re et tempore constitues.* et ideo vulgatam lectionem retineo. C. POPMA.

QUIA MAGNA PARTE EDITUS ET PRAECEPS. *Magna parte edita et praecipite* legit Aldinus codex; item pro *gerebat*, *quaerebat*, pro desiderabat. posterius non displicet, prius non probo. Paulo post *utroque colle* legendum, non *colli*, quod Aldus habet. Rursus statim post *quod non fugere* pro *non fugerent* aut *non fugissent* positum videtur. Badius tamen *fugere* praeteriti perfecti temporis existimat. GLAREAN. — Legendum ex impressis vetustioribus: *alter usui opportunior*, *quia magna parte editus et praeceps*, *pauca munimenta quaerebat.* in manuscriptis et aliis quibusdam *gerebat* legitur, ubi Gymnicus *quaerebat*; sed iudicent alii. RIVIUS. — *magna parte editus et praeceps*, *pauca munimento egebat.* Adhaesi Pal. tert. cui alludebant ceteri; quippe Naz. *pauca munimento regebant;* alias vero *gerebat*, quod utrumque quoque in Pal. *sec.* at quartus *pauco munimento egebat.* quint. sext. oct. *pauca munimenta gerebat.* sept. *pauca munimenta accipiebat.* Carrio edi iussit, *pauco munimenta egebat.* prior enim editio, *pauca munimenta quaerebat*, ex quo facile fieret, *pauca munimento quaerebat*, quod nesciam an praeferri debeat lectioni quam repraesentavimus hac editione nostra. GRUTER. — Vide nos ad Iug. cap. 86. Pemb. *pauca m. habebat.* γ. *pauca m. gerebant.*

supra, *bat.* sic λ. Venetae Reg. Arond. Pemb. Mart. *egebat.* et *pauco*, Bodl. *gerebat.* pro *editus* L. 2. Pemb. Venet. *edita*, male; *editus* vocem *mons* aperte respicit. ea forma usus Liv. XXVIII. 5. *Mons est in altitudinem ingentem* cacuminis editi. *pleno gradu:* vid. Q. Septim. II. 40. IV. 2. Gellium IV. 1. Pacatum in Paneg. XXXV. Livium IV. 32. XXXIV. 15. habes etiam *gradu medico* Liv. XXX. 5. *presso* XXVIII. 14. *represso* Q. Septim. III. 4. *properato* Hegesipp. I. 29. at ibi codex MS. omittit *gradu.* Noster alicubi dixit *properato itinere.* Ammian. XIX. 2. *clementi.* Iordanes Lindenb. 51. 3. *concito.* Wass.

Dein cunctos pleno gradu in collem subducit. Apud Nonium *cunctos* legitur, haec recitantem in verbo *Subducere*. De pleno autem militum gradu videndus Vegetius lib. I. cap. 12. et epistola Trebonii 16. lib. XII. A. Manut. — Sic quidem omnes MSS. praeter Naz. in quo *subductis.* Gruter. — R. *disp. mil.* Pemb. *milites* in margine, a 2. manu exhibet. Supra: *caeterum apud* etc. *iubet;* totidem verbis adducit Nonius pag. 552. pro *paullatim* nescio an legendum *palatim.* sensus: ipse milites dispersos,, etiam hostibus pariter *conturbatis.* λ. R. *conturbatos.* Ball. *non minus.* Reg. vocem *locus* a sec. manu habet. abesse, puto, licet. Wass. — *dein custos pleno gradu* etc. Quod sic plerique scripti codices repraesentant, non est existimandum * subesse aliud, quam 351
quod ita scripserit Sallustius, *cuctos.* Sic enim dicebant. Itaque *cuctionem* pro arilatore ab eadem origine interpretantur Isidorus et alii, quia per cuncta licitando eat. Palmer. — At ego haec verba conturbata et dispersa sic contraho et in ordinem redigo: *Ipse milites dispersos neque minus hostibus conturbatos paullatim in unum contrahit.* Alioquin pro glossa merito habeantur quaedam horum verborum. Sed bene est. Cor me habuisse, sentio. Corte.

Utroque colle multitudine circumdato. Quid si *circumdata* legas? Ipse Sall. Hist. lib. I. *Occupatusque collis editissimus apud Ilerdam et cum multa opera circumdata.* Ciaccon. et Ursin.

Deinde crebris. Manuscripta, *dein.* Rivius.

Strepere pedibus, vocibus. Τὸ *pedibus* non est in ullo manuscripto, neque in Beroaldino; sed addendum sit nec ne, aliorum esto iudicium. Rivius. — Ball. et L. 2. *pedibus, vocibus.* sic Venetae. receptam lectionem praeter MSS. firmant Ambros. Hexaem. V. 14. *aliae vocibus tantum strepunt, aliae canoro delectantur suavique modulamine.* de incondito vocis sono accipit. Sic *strepere* clamoribus apud D. Cyprianum in Orat. Dom. et Unitat. pag. 118. Ep. 45. 87. Optatus Milevitanus I. pag. 5. *Omnes quidem per singula loca maledicis* vocibus perstrepunt. Sed et Livius XXI. 11. *Quam omnia variis* clamoribus streperent. Tacit. I. 25. *Illi quotiens oculos ad multitudinem retulerant* vocibus truculentis *strepere.* Hist. II. 90. *Vulgus tamen vacuum curis, et sine falsi verique discrimine solitas adulationes edoctum*, clamore et vocibus adstrepebat. et Hist. I. 72. *in circum ac theatra effusi*, seditiosis vocibus obstrepere. Seneca Cons. ad Marc. 26. *Fora* litibus *strepere.* Livius VI. 25. *ludos literarum* strepere *discentium* vocibus. Statius Theb. I. 516.

— *Vario* strepit *icta* tumultu
*Regia*.

Supra: *effusi consedere.* prior vox a sec. manu et Pembr. uti et *abire* atque *multitudine.* Apuleius Florid. III. pag. 228. *diebus ac noctibus* perstrepens maledictis. Metam. III. *Quanti fors interdum, et frequenti clamore ianuae nostrae* perstrepi. et V. pag. 76. *Multa secum sermonibus* mutuis *perstrepebant.* Apol. II. *fenestrae* canticis *circum strepitae.* et Cyprianus de Orat. Domin. 140. R. *circumsederunt.* Wasse.

Ipsi duces feroces ac, quod sui non fugerant, pro victoribus sese agere. Non hoc adeo mirum, quum alii, quod vivi exeunt, victoriam vocent. Annibal apud Horat. lib. IV. Od. 4.

*Cervi luporum praeda rapacium,*
*Sectamur ultro; quos opimus*
*Fallere et effugere est triumphus.* —

Syrus apud Terentium Heautontimor. Act. 4. Sc. *Triumpho, si licet, me latere tecto abscedere.* Florus lib. IV. cap. 10. de Antonio: *Egregius Imperator tandem profugit in Syriam: ibique incredibili quadam mentis vaecordia ferocior aliquanto factus est; quasi vicisset, qui evaserat.* Rupert. — Si mei iudicii res esset, legerem inductis supervacaneis: *Ipsi duces feroces, ac pro victoribus agere.* Putsch. — *Quod non fugere.* In codicibus quibusdam Lugduni impressis est: *Quod sui non fugerant.* Hic *non fugere*, pro *non fugerent*, aut *non fugissent* positum videtur. Badius tamen *fugere* praeteriti perfecti temporis existimat. Glarean. — Alcimus Avitus pag. 621.

*Palantes dant terga fugae, latebramque petentes,*
Si vivant, vicisse putant.

Infra: *confirmatus.* qua voce supra usus est. Thucyd. III. §. 6. *Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πολὺ ἐπιῤῥωσθέντες διὰ τὴν τῶν Μιτυληναίων ἡσυχίαν.* Horat. IV. Od. 4.

*Sectamur ultro*, *quos* opimus
*Fallere et effugere* est triumphus.

352* Hegesippus V. 14. *Iudaei tamen* pro victoribus *qui se intra secundum murum acceperant, quasi expulsis Romanis* gloriabantur. ibi C. C. C. *confertos tela iaculantes, quae numquam.* Thucyd. VII. 34. *Νομίζοντες δὲ αὐτὸ ΟΥΧ ἩΣΣΑΣΘΑΙ, δι' ὅπερ ΟΥΔ' οἱ ἕτεροι νικᾶν. οἵ τε γὰρ Κορίνθιοι ἩΓΗΣΑΝΤΟ ΚΡΑΤΕΙΝ ΕΙ ΜΗ ΠΟΛΥ ἘΚΡΑΤΟΥΝΤΟ, οἵ τ' Ἀθηναῖοι ἐνόμιζον ἡσσᾶσθαι εἰ μὴ πολὺ ἐνίκων.* Vides unde Noster illa sua mutuatus est. Liv. XXI. 9. *Quum diu anceps fuisset certamen, et Saguntinis*, quia praeter spem resisterent, crevissent animi; *Poenus, quia non vicisset*, pro victo esset etc. Wasse. — *Quia non fugere, ut pro victoribus agere.* Non abii a vetuste editis aut MSS. antiqq. nisi quod eorum *aut* refinxerim, litera abiecta. Abest quidem ea vox tota Pal. quarto, sed soli; absque eo fuisset, libens etiam exturbassem; codd. infimae aetatis habent eius loco *atque*, aliaque adhuc sensui supplendo quem non capiebant. at nostra scriptura hoc vultu: gessisse reges se tanquam vicissent, quod non etiam fugissent, ut solent homines, mentis abrepti vecordia; ut pluribus ostendo in Dissertatiunculis ad Tacitum.

Mediae edd. habent, *quod non fugere ac pro victoribus agere*. Grut. — Pemb. *aut p. v. agebant. γ. at pro*, supra, *at u.* a. 2. m. Ar. Reg. L. 2. Mart. λ. *aut*. R. *quod quia non f*. Carrio *ac*. Wasse. — *Pro victoribus agere*. Curtius *pro victore gerere* et alii dixere. Ciaccon. — Tò *sese* non habent codices in pergamenis descripti, nec est in impressis quibusdam vetustioribus. Rivius.

Sed ea. Crucem imprecari quis posset voci *sed*; adeo hoc loco est importuna. Gruter.

Magnoque hortamento. Concinnitati sententiae officit copula *que*. Gruter. — Apuleius de D. Soc. pag. 52. Elmenh. *aliquando eorum nonnulla etiam* hortamenta *haberet*. Liv. XLIV. 7. *consul* plurimum et praesidii et spei *cernens* in stultitia et segnitie hostis. Wasse.

## CAP. CIV.

Imperitia hostium confirmatus. Vide not. ad Catil. cap. 20. §. 2. Rupert.

Imperitia. Graviter sane Thucyd. I. 84. *Ἀεὶ δὲ ὡς πρὸς εὖ βουλευομένους τοὺς ἐναντίους ἔργῳ παρασκευαζόμεθα, καὶ οὐκ ἐξ ἐκείνων ὡς ἁμαρτησομένων ἔχειν δεῖ τὰς ἐλπίδας, ἀλλ' ὡς ἡμῶν αὐτῶν ἀσφαλῶς προνοουμένων πολύ τε διαφέρειν οὐ δεῖ νομίζειν ἄνθρωπον ἀνθρώπου, κράτιστον δὲ εἶναι ὅστις ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις παιδεύεται.* Wasse.

Uti per vigilias solebant. Vegetius lib. III. cap. 8. *A tubicine omnes vigiliae committuntur, et finitis horis a cornicine revocantur.* Coler.

De improviso vectigales. Soldus *vectigales* exponit, id est, *a vectigalibus missos*, hoc est, *a tributariis*. Badius *vectigales tubicines* exponit, *qui praecinere solent vectigalibus*, id est, *tributariis*, aut qui ipsi vectigales erant. Ego cum Soldo haereo. nam neque illa sua satisfacit expositio et neque id verbi ita positum alibi me legere memini. Glarean. — Qui sunt *vectigales tubicines*? Ciaccon. — Locus perdifficilis. Qui enim vectigales tubicines? coniiciat qui potest; ego hariolus non sum, et in gravissimo scriptore emendando nolo nugas comminisci. Ad ea quae statim sequuntur, vide Lipsium lib. IV. Dialogo 10. de Militia Romana. Coler. — Cohortes sunt sociorum pedites. Turmae, legionarii equites. De equitibus sociorum nulla mentio, quorum tamen signa ibi cecinisse quoque oportet cum aliis. Vide igitur an eorum nomen * lateat in illa voce *vectigalis*. An *litui ab alis*? Alae enim pro- 353
prie tunc de equitibus sociorum. Salmas. Ep. 118. Wasse.

Simul omnes tuba canere. Ita excusi libri. Quidam calamo descripti codices: *Simul omnes signa canere*. et paulo ante: *ne signa quidem, uti per vigilias solebant, canere*. et in Catilinario: *Haec ubi dixit, paululum commoratus signa canere iubet*. et alio in loco: *repente a tergo signa canere*. Ego tamen nihil muto, cum priorem lectionem in nonnullis MSS. libris reperiam. C. Popma. — *Signa canere*. Pro *signa* erat in vulgatis libris, *tuba*. est autem absurdum, si dicas, *tubicines tuba canere*. nam si tubicines sunt, quis dubitet, quin tuba canant; ita-

que reposui, quod scriptum vidi in antiquissimo Fulvii libro. *Tubicines* autem *signa canunt*, cum tubarum clangorem spiritu excitant. paullo ante dixit, *Ne signa quidem canere iubet*. et in Catilina cap. 59. *Signa canere iubet*. utroque enim modo dici potest, *signa canunt*, ut *signa* sit nominandi casus, et, *tubicines signa canunt*, ut sit accusandi casus. *Tubae* vero *signa* vocantur, quia militibus signum dant, quid eis agendum sit. nam si referre aut inferre pedem oportet, si consistere et aut locum ordinemve mutare, varie signa canunt. Ald. Manut. — Haud aliter MSS. Pall. *tuba* aliorum est glossographi. Gruter. — γ. Ball. *tuba*. et Mart. Wasse.

Atque fortis. L. 2. 3. Ball. *aut p.* sic λ. γ. et Pemb. *ac p.* forte delendum *atque*. Haec tertio die gesta fuisse narrat Orosius pag. 350. ubi pro *suffragio* lege *suffugio* vel invitis codicibus. Wasse.

Ignoto atque horribili sonitu exciti. Primus hac solertia caedem hostibus immisit Bacchi dux Pan. Quum enim Baccho in concavo saltu nunciassent speculatores, infinitas hostium copias in ulteriori parte castra metari, metus Bacchum incessit, non item vero Pana; sed noctu Bacchico exercitui signum dedit, ut maximum et inconditum clamorem tolleret. His vero clamantibus, petrae sonum exceptum referebant et cavitas saltus longe maiorum copiarum fremitum hostibus reddebat. Quare metu perterriti se in fugam coniecerunt. Quum igitur Pan hoc stratagema usurparit, Echo Pani gratam et amicam esse fingimus: atque vanos nocturnosque terrores exercituum *Panicos* appellamus. Polyaen. lib. I. Stratag. Nec aliud stratagema Gedeonis adversus Amalecitas ap. Ioseph. V. Antiq. Iud. 7. Rupert.

Erumpere iubet. Deleri mallem postremam vocem; et vero non comparet in Palat. octavo. Gruter.

Cunctos strepitu. Naz. *cunctis*, ut et a prima manu Pal. sec. Gruter.

Tumultu, terrore. MS. noster: *tumultu, formidine, terror quasi vecordia ceperat*. quod non temere reiiciendum. Putsch. — Pal. tert. *cum tumultu, terrore, formido quasi vaecordia acceperat*. et ita fere locutus supra cap. 72. *ita formidine quasi vaecordia exagitari*. quart. *tumultu, terrore quasi vecordia ceperat*; sine illo *formidine*. Bong. liber *tumultu formidine terror quasi vecordia coeperat*. prima editio et Naz. non abit a vulgato, quam quod habeant *vecordiae*. pleraque pars verborum est a Glossa. Gruter. — Nescio sane. Lucretius:

*Effervescere cernebant in rebus agundis*
Volneribus, clamore, fuga, terrore, tumultu.

Praeterea in Devotionis Form. Liv. VIII. 9. *hostesque P. Rom. Q.* terrore, formidine, morteque *afficiatis*. Wasse.

## CAP. CV.

354 * Dein Marius etc. quae propt. comm. Hic locus in plerisque exemplaribus corrupte legitur. vetustus ille codex, de quo nunc toties dixi, ita habet: *Deinde Marius, uti coeperat, in hyberna it, qua propter*

*commeatum in oppidis maritimis agere decreverat.* Sive igitur *it*, sive *proficiscitur* legatur, certe *quae* relativum omitti non debet. nam sine eo sensus non procedit: quod non animadvertisse commentatores, admodum miror. Glarean. — Illud *quae* non est in vett. edd. ut nec in MSS. qui praeterea fere refugiunt vocem *proficiscitur.* recte Pal. prim. secund. neque est in sexto nisi inter lineas, nam Pal. tert. *dein Marius profectus uti coeperat in hiberna propter commeatum in oppidis.* quart. quint. *dein Marius uti coeperat hiberna propter commeatum in oppidis maritimis agere decreverat.* sept. *dein Marius uti coeperat proficiscitur in hibernaque propter comm.* etc. octav. *dein Marius uti coeperat in hiberna proficiscitur propter com. in op. mar. ag. decrevit.* ut appareat restituendum, *dein Marius uti coeperat hiberna propter commeatum in oppidis maritumis agere* etc. Gruter. — *Proficiscitur quae* omittunt Ar. L. 2. 3. Ball. Bodl. Pemb. *γ. λ.* Sed ex illis Pemb. *in hib. it. γ. it in hib. propter. λ. et propter.* Wasse.

Neque tamen victoria socors aut insolens factus. Alioquin, secundum Cicer. de Amicitia, *non solum ipsa fortuna caeca est, sed etiam eos plerumque caecos efficit.* Val. Max. lib. IX. cap. 5. in f. *Felicitatis et moderationis dividuum contubernium est.* Curt. lib. VIII. cap. 4. *Inter obsequia fortunae non satis cauta mortalitas est.* Rupert.

Sulla cum equitatu apud dextimos. Post *dextimos* distinguendum, ut Sullam cum equitatu in dextra parte, A. vero Manlium cum funditoribus et sagittariis, praeterea cohorte Ligurum in sinistra fuisse intelligamus. Paullo post: *Perfugae minime cari.* Duo verba, *minime cari*, non sunt in omnibus codicibus, nec Badius legit. at vetustus ille codex habebat, praeterea Aldinus. Soldus retulit *carum* ad animum: *Quia*, inquit, *proditores et perfugae semper suspecti sunt.* Mihi vero videtur dicere velle, *minime cari*, id est, *minime in magno numero.* Mox: *Laudare fortes et increpare moerentes.* Quidam sustulerunt *forteis*; et *merentes* absque diphthongo legunt: quod tametsi intelligatur, prior tamen lectio, quae singulis verbis singulos dat casus, planior est. Aldinus codex et *forteis* sustulit, et *moerentes* cum diphthongo legit: quod displicet. Item quod continuo sequitur: *Ipse armatus intentusque item milites cogebat.* Badius distinguit ante verbum *item*; quod per *consimiliter* exponit. Quae vero sequuntur, duplicem habent lectionem; alii enim *facere* legunt, ut Aldinus codex: alii *faceret*, ut Badius et vetustus ille codex. Prior lectio hunc habet sensum: *Non secus Marius cogebat milites castra munire atque iter facere. atque* pro *quam* videlicet, ut sensus a verbo *cogebat* pendeat. Atqui tum verbum *item* puto exponendum pro *eodem modo*, ut totius periodi sit hic sensus: *Ipse Marius armatus intentusque eodem modo et milites cogebat esse armatos intentosque, nec minus muniebat castra, atque iter faciebat: cohortes ex legionibus in porta, equites auxiliares pro castris excubitum mittebat* etc. Altera lectione quid sensus colligatur, haud equidem scio. Glarean. — Fabricianum, *apud extremos.* sed vulgata lectio verior, pro, in dextra parte; nam sequentia * palam ostendunt sic legendum esse; ea sunt: *in* 355
*sinistra parte A. Manlius cum funditoribus et sagittariis* etc. mox: *pri-*

*mos et extremos cum expeditis manipulis tribunos locaverat.* Videsne, ut hic extremorum meminerit et ut dextimos opposuerit sinistrae parti? Sed quid multis? Legit eodem modo Priscianus lib. II. de superlativo agens: *Excipiuntur*, inquit, *dextimus et sinistimus.* Dein subdit hoc e Sallustio exemplum, aliaque praeterea ex Varrone Caelioque, quae nos brevitatis caussa omittimus. Docet et Sex. Pompeius, *dextimum* et *sinistimum* antiquos dixisse. Rivius. — Sic quidem MSS. aevi minus solidioris, robusti enim illi *apud extremos.* neque aliter Bong. Gruter. — L. 2. Veneta *extremos. dextimos* Mart. Oxoniens. Reg. Ar. *γ. extremos λ.* in textu; supra autem *destimos*, a quo postea factum *dextimos.* Pemb. *deximos.* Si non fallunt Gruteriani, reliquit Noster *extimos.* Varro Haeresiarcha: Extimam *viam munit Epicurus.* Idem Orthograph.

*Exporrecta iacet tellus: hinc* extima *fluctu*
*Oceani*, interior *Neptuno cingitur ora.*

Plautus Truc. *Bona perdidi, mala repperi, factus sum* extimus *a vobis.* Vicinis hostibus equitatus non tantum in primo agmine ibant, sed etiam a tergo dextra laevaque circumfundebantur. Vide Veget. III. 6. Onosand. cap. 6. Polybium VI. 38. Hunc ordinem in agmine quadrato quia non servasset Hannibal, sed elephantos equitesque in primo agmine universos collocasset, in summum discrimen adductus est; adeo ut noctem perpetem egerit sine equitibus et impedimentis, teste Livio XXI. 35. verum de edita lectione nihil temere pronuncio, cum, praeter scriptos Codices, propugnatorem habeat Priscianum pag. 605. Wasse.

Perfugas, minime cari, et regionum scientissimi. Monstro simile est, tres illas voces, *minime cari et*, exulasse libris nostris iam supra saeculum: cum tot interim iactarint collatum a se Sallustium cum veteribus codicibus. neque enim solum editiones principes, sed MSS. ad unum omnes, voces illas diserte expresserunt. Sustulit autem primum Pomponius Laetus; prorsus iniurie. sunt enim auctoris genuina; ac volunt, periculosissima quaeque mandata fuisse perfugis, vili damno si periissent. valde enim falluntur perfugae, si se alicui esse putant caros, nisi quatenus expedit. Gruter. — *Persugae per se m. c.* in nostris MSS. quam scripturam non repudiandam puto. A. Popma. — Haec verba agnoscunt Venetae, Mart. *γ. λ.* Bodl. Ar. Reg. non tamen habent illud *per se.* Thucydidem sequitur: *Τοὺς γὰρ ἀφισταμένους ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ξυμμαχίαν τὴν πρὶν ἀπολείποντας οἱ δεξάμενοι, ΚΑΘ᾽ ὍΣΟΝ μὲν ὨΦΕΛΟΥ͂ΝΤΑΙ, ἘΝ ἩΔΟΝΗ͂Ι ἜΧΟΥΣΙ· νομίζοντες δὲ εἶναι προδότας τῶν προτοῦ φίλων, χείρους ἡγοῦνται.* De iis Polybius pag. 1424. *Οὐδὲ μὲν γνωσθεὶς οὐδεὶς οὐδέποτε μακάριον ἔσχε βίον, ἀλλ᾽ ὡς μὲν ἐπίπαν ὑπ᾽ αὐτῶν τούτων οἷς χαρίζονται τυγχάνουσι τῆς ἁρμοζούσης τιμωρίας.* Tacitus An. I. 58. *proditores etiam iis quos anteponunt, invisi sunt.* vide notas ad cap. 58. Quod in eos qui Romani erant, quam qui Latini, gravius animadverti soleret, docet Livius XXX. 43. Wasse.

Apud omnes adesse, laudare, increpare moerentes. Sic de Vespasiano Tacit. II. Hist. 82. *Ipse Vespasianus adire, hortari, bonos laude, segnes exemplo incitare saepius, quam coërcere.* Rupert. — Manuscripta sine diphthongo *merentes*, pro, *qui aut laudari aut increpari*

*mererentur*. facit cum his Beroaldinum. quamquam, ne quid dissimulem, Venetum, Argentoratense, alia pleraque, *laudare forteis et increpare verenteis*. perperam videlicet. τὸ *forteis* ex glossa irrepsisse suspicor. huic aliquis *verenteis* opponi putavit, hoc est, *timidos et ignavos*. Ita sciolorum audacia est hic locus depravatus, qui non intellexerint quid sibi vellet *merentes*, cum Sallustius innuat, *pro merito quemque * esse aut* 356
*laudatum aut increpitum*. Rivius. — MSS. antiqq. immissa copula, *laudare et increpare*, quomodo item edd. primae. Gruter. — Nostri et Car. *in munim*. Wasse.

Neque secus, atque iter facere. Ex his verbis videtur Marius hoc tempore cum exercitu in itinere non fuisse, sed iam consedisse et castra posuisse; cum tamen supra dixerit, illum in hyberna proficiscentem quadrato agmine incessisse. Et sine dubio hoc tempore in hyberna proficiscebatur atque in itinere erat. Sold. — Haec est scriptura codicum meliorum, cui accedit item auctoritas edd. primarum. deteriores enim addita litera *faceret*, quod tamen arripuit Carrio. Amicus meus verbis binis abiectis coniiciebat: *neque secus, iter, castra munire* etc. Gruter. — *facere* Venetiis excusi 1470. 1478. et sic λ. supra autem a manu recenti *t*. quibus accedit Pemb. Wasse.

Excubitum in porta. Sic primae quoque edd. et MSS. omnes, nullus *portis*. Gruter. — *porta* Pemb. λ. γ. Oxon. Wasse. — Manuscripta omnia, *in porta*, numero singulari, quomodo Beroaldinum quoque. Rivius. — Quum plures fuerint portae in castris Rom. (sicut docet Lips. Comm. in I. Annal.) an legendum hic erit *in portas?* Rupert.

Auxiliarios mittere. Vocem postremam fere expunxerim, ut subaudiatur mox sequens *locare*. Gruter.

Praeterea vigilias ipse circuire; non tam diffidentia futurorum. Citat hunc locum et egregio discursu illustrat Grut. cap. 15. in Tacit. XIV. Annal. cap. 24. ad verba: *Sola ducis patientia mitigabantur, eodem plura, quam gregario milite, tolerante*. Rupert. — *Non tam diffidentia futuri, quae imperavisset*. Existimo scripsisse Sallustium: *Non tam diffidens futurum quae imperavisset*. Ita enim antiquos locutos fuisse notat Agell. lib. I. cap. 7. ut Quadrigarius in III. Ann. *Dum ii conciderentur, hostium copias ibi occupatas futurum*. et Valerius Antias lib. XXIV. *Si hae res divinae factae, recteque perlitatae essent, aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum*. et Cicero V. Verrina: *Hanc tibi rem praesidio sperant futurum*. quae et multa alia sunt apud Gell. Tacit. Hist. III. *Vacuam arcem furtim tradi futurum*. Ciaccon. et Ursin. — Bongarsii liber *quae imperavisset* inducit, cui in hoc omnino assentior. Putsch. — Forte: *non tam diffidentia: futura quae imperavisset*. Gronov. — Sic MSS. meliores, nam alii, *non tam diffidentia futuri*, aut *futurorum, quae imperasset*. suspicor ab auctore nostro tantum fuisse *non diffidentia quum uti* etc. cetera adsuta a librariis. Gruter. — Grut. *non in d*. sed praep. excidit ex superiore linea typogr. incuria. *Quae imperavisset*. Vide Cl. Perizonium notis ad Sanctium pag. 231. ubi contra Ciacconium, Putschium et Gronovium defendit. Wasse.

Labos volentibus esset. Uti libentius milites laborem paterentur, cum viderent, Imperatorem aeque sibi laborem sumere. Cast. — Forma sermonis non protrita et conculcata. Velleius: *Vatinioque circa Dyrrachium volentes legiones extorserat.* Liv. lib. XXI. *Grande periculum Lilybaeo maritimisque civitatibus esse et quibusdam volentibus res novas fore.* Tacitus in Historiis: *In verba adigi volentibus fuit.* Haec Schegk. ad Vell. lib. II. cap. 62. Adde Freinsh. ad Curt. lib. VII. cap. 3. §. 5. Rupert. — De Catone Liv. XXXIV. 18. *Sed in Consule ea vis animi atque ingenii fuit, ut omnia maxima minimaque per se adiret atque ageret: nec cogitaret modo imperaretque quae in rem essent,* sed pleraque ipse per se transigeret; *nec in quemquam omnium gravius severiusque, quam in semetipsum imperium exerceret; parsimonia et vigiliis*
257 *et labore * cum ultimis militum certaret; nec quicquam in exercitu suo praecipui, praeter honorem atque imperium haberet.* Tacitus An. I. 21. *Rufus antiquam duramque militiam revocabat*, veteris operis ac laboris, *et eo immitior quia toleraverat.* Wasse.

Illoque aliisque. Naz. *illo et aliis.* Gruter. — Arond. *illo aliisque.* sic Ball. *L. illo et aliis.* quam scripturam reduxi. Wasse.

Bello Iugurth. Haereo, annon et istam vocum copulam habere possim pro spuria. Gruter.

Pudore magis quam malo. Terent. Adelph. *Pudore liberos retinere satius esse credo quam metu. Nam* malo *coactus qui suum officium facit* etc. Apuleius Florid. II. *Nullo nisi tuo anno ad coërcenda peccata plus* pudor *quam timor valuit.* Supra: *Exercitum supplicio cogere.* Ciacc.

Quod multi per ambitionem fieri aiebant, pars, quod a pueritia. Hic locus egregie corruptus est. Commentatores verum sensum magis somniarunt quam explicuerunt. Badius tamen propius vero est. Sed notandum, Sallustium duas opiniones de Mario iudicantium adferre; alteram aemulorum, qui id ambitionis gratia a Mario factum interpretabantur: alteram amicorum, qui laudi dabant hoc in Mario optimaeque educationi adscribebant. Ceterum auctor suum iudicium non interponit, hoc tamen dicere videtur: *utcumque id interpretemur, certe hoc Marii pudore quo de retulit, respubl. non minus quam saevissimo aliorum imperio, bene atque decore gesta est.* Aldinus codex bis habet *omnia*, vetustus ne semel quidem: alter codex semel habebat, at non est eo verbo hic opus. et *respub.* legendum in nominandi, non in gignendi aut dandi casu. Item illud *nisi*, quod quidam habent codices, tollendum est, ut totus locus ita legatur: *Et sane Marius, illoque aliisque omnibus temporibus Iugurthini belli, pudore magis quam malo exercitum coërcebat, quod multi per ambitionem fieri aiebant, alii, quod a pueritia consuetam duritiam, et alia quae ceteri miserias vocant, voluptati habuisset; et tamen respub. pariter ac saevissimo imperio, bene ac decore gesta est.* Glarean. — Sic eleganter locum restitui ex membranis Bongarsianis adstipulante Pal. tert. duplex enim opinio huius facti, quae una tantum in vulgatis, quibus erat, *fieri aiebant quod a pueritia.* Gruter. — *per ambitionem:* id vero simile; nam certum est eosdem labores non esse aeque graves Imp. et militi. Xenoph. Cyrop. I. *Τῶν ὁμοίων σωμάτων οἱ αὐτοὶ πόνοι οὐχ*

ὁμοίως ἅπτονται ἄρχοντός τε ἀνδρὸς καὶ ἰδιώτου, ἀλλ' ἐπικουφίζει τι ἡ ΤΙΜΗ τοὺς πόνους τῷ ἄρχοντι. Wasse.

Consuetam duritiam. *Durus* pro laborum patiente. *induratus*, qui ad omnem miseriam occaluit. Plaut. Asin.

> *Nec quisquam est tam* ingenio duro, *nec tam firmo pectore,*
> *Quin ubi quicquam occasionis sit, sibi faciat bene.*

Capitolin. de Antonino Philos. *Sane quia* durus *videbatur ex Philosophiae institutione Marcus* ad militiae labores *atque ad omnem vitam, graviter carpebatur.* Tertullian. Scap. cap. 1. *Sunt qui existimant Christianos, expeditum morti genus, ad hanc obstinationem* abdicatione voluptatum eruditi, *quo facilius vitam contemnant, amputatis quasi retinaculis eius.* Inde *duri agrestes* apud Virg. Terent. Adelph. V. 4. *Vitam* duram, *quam vixi usque adhuc.* alio sensu Ciceroni in orat. pro Arch. dicitur Marius, *ad studia literarum* durior. *duro* opponitur *mollis*, quemadmodum inter se σκληρὸς et μαλακὸς apud Graecos. Wasse.

Quae caeteri miserias vocant. Sic Tacitus Historiarum IV. *Virgulta postremo et stirpes et internatas saxis herbas vellentes*, miseriarumque *patientiaeque documenta fuere.* Alio sensu dixit supra *Capsensium miserias.* Ciaccon.

Nisi tamen Respublica pariter ac saevissimo imperio, bene atque decore gesta omnia. Ordo et sensus pendet a superiori. Multi enim dicebant, imperatorem labores subire et durissima sustinere propter ambitionem: sed ego nescio, utrum hoc fecerit propter ambitionem; nisi quod hoc solum scio, illum ita utiliorem fuisse Romanae reipublicae, mitem scilicet et mansuetum, sed laboris patientissimum se praebendo, quam si crudelem et saevissimum se praebuisset in imperio. Codices in pergamenis descripti *omnia* non habent, * et sensus ipse re- 358
spuit atque repudiat. Nam illud *gesta* ad id quod paullo ante praecedit, nempe *Resp.* spectat: ubi tamen exemplar Venetum, Basileense, alia pleraque *Reipublicae.* Quae res credo ansam errori praebuit, quasi omnia sint a Mario bene atque decore ad utilitatem *Reip. gesta.* Rivius. — Sic MSS. meliores a prima manu. viliores enim, *mihi tamen Resp.* vel adhuc peius, *mihi tamen videtur Resp.* sunt etiam in quibus est, *nisi tamen Reip. pariter* etc. Gruter. — Adi Cl. Gronovium ad Livium VIII. 31. *Volupt. habuisset imperio bene atque d. gesta.* caetera in marg. tantum exhibet γ. sed a manu prima. et, *nisi tamen et R.* λ. primo habuit *nisi tamen*, dein factum, *nisi tamen pro se.* Seneca Controv. II. 14. *duxit uxorem, filium sustulit, ad aetatem perduxit, iam senex factus est;* nisi quod *sibi nondum videtur.* i. e. *excepto, praeterquam quod.* Cic. Epist. XII. 73. *De re nihil possum iudicare*, nisi illud *mihi persuadeo.* Terent. *Quo pacto, aut unde haec hic rescivit?* D. Nescio, nisi me *dixisse nemini, id certum scio.* confer Plaut. Pseud. I. 1. 105. R. *n. t. quod.* Wasse.

Saevissimo imperio. Id est, *duro.* S. Severus Hist. Sac. I. 35. *Rursumque ob peccata Madianitis traditi*, duro imperio *habebantur.* sequitur *quamquam haec in* Typum *Ecclesiae* forma *praemissa sit* [*Debbora*]

*cuius auxilio captivitas depulsa.* delendum *forma,* quod librarius voc? *Typus* adscripserat expositionis gratia. WASSE.

## CAP. CVI.

QUARTO DENIQUE DIE OMNIA HAUD LONGE. Τὸ *omnia* cum sensus ipse aspernatur, tum codd. vetusti non habent. RIVIUS.

SPECULATORES CITI. Eleganter Plautus Amphitr. I. 1.

*Illico equites iubet dextra inducere.*
Equites *parent* citi.

et V. 1.

*Postquam pueros conspicati, pergunt ad cunas* citi.

Nec abeunt Graeci. Agathias Scholasticus Anthol. II. pag. 259.

*Πάντων δ' ἐκδεδόνητο ΘΟΑΙ ΦΡΕΝΕΣ.*

Ad hanc formam Sueton. in Tiberio 33. *Et si quem reorum elabi gratia, rumor esset,* subitus aderat. et Tito V. *Romam contendit* expeditissimus. Tacit. Hist. III. 47. *Trapezuntem* subitus irrupit. Caesar B. G. I. 16. *Qui creatur* annuus. Sequitur Ammianus pag. 201. 7. Sulpicius Vita Martini XIV. *opus coeptum devotum impleret.* Membranae veterrimae Aul. Trin. apud Cantab. *devotus.* recte. Ep. III. *Munia tua* devotus *implebo, sub signis tuis, quad ipse tu iusseris, militabo.* MS. *quoad.* eadem forma usus Dial. II. 4. totus *infremuit.* et III. 1. anhelans *cucurrit.* Ovid. Met. II.

*Iussa Deae* celeres peragunt.

WASSE. — De exploratorum utilitate iam abunde diximus alibi. Locum expressit Tacitus II. Hist. 41. §. 1. RUPERT.

SED QUIA DIVERSI. E Bertiniano, *diversi redeuntes, aliis alia.* et inde, *Igitur Iugurtham spes frustrata, qui copias in quatuor partes distribuerat: e queis aliquos ab tergo hostibus venturos.* Quia *ratus* aut simile aliud historice omiserat Sallust. alii id inculcarunt. PALMER. — Non dubito verum esse, quod margini codicis sui alleverat Bongarsius noster, glossam redolere illa, *alius ab alia parte, atque.* GRUTER. — Vocem *quia* Pemb. a sec. manu habet. WASSE.

ITA IUGURTHAM SPES FRUSTRATA. Hactenus perperam editum, *Igitur Iugurtham;* est id quidem in MSS. etiam nostris, sed notae posterioris. nam primae notae alterum habent, aut *item.* GRUTER.

359 * RATUS EX OMNIBUS etc. Vide ut acceperit verbum *aeque.* Badius exponit: *aeque,* id est, *pariformiter.* Ego exponerem, *aeque venturos,* id est, aequali fortitudine restituros; sed indicet lector. GLAREAN. — Si coniecturae locus detur (nam codices ita omnes habent) illud adverbium *aeque* transferrem et ita legerem: *Qui copias in quatuor* aeque *partes distribuerat, ratus ex omnibus aliquos ab tergo hostibus venturos.* CASTIL. — Videtur legendum *utique.* hoc est, minimum, dumtaxat. GRONOV. — λ. aliud quid primo habuit, dein *aeque.* in marg. *i. e. aequaliter.* forte, *ex omnibus equitibus* aliquos; sequitur enim: *Dum eo modo* equites *proeliantur.* Infra: *Numida clam cum paucis ad* pedites *convortit.* Orosius LX *millibus* equitum *occurrit.* Bertinianus: *distribuerat* e queis

aliquos. et, *alis alia.* nisi *aeque* pro *facile.* Celsus II. 6. *Cuive in eodem febris corporisque habitu cervix invertitur, sic ut devorare* aeque *nihil possit.* sed opinor hoc loco *aeque* pro *fere, prope,* usurpatur: Apuleius Metam. VIII. ad finem: *Canis* adaeque *venaticus latenter invaserat.* et M. IV. 145. *Quos cunctanter* adaeque *latrones arbitrarere.* Bertiniano favet Tacitus qui simile exemplum militiae memorat An. III. 74. *Nam quia ille robore exercitus impar, furandi melior, plures per globos incursaret eluderetque, et insidias simul tentaret, tres incessus, totidem agmina parantur.* ex quis C. Scipio *legatus praefuit* etc. *quoquo inclinarent, pars aliqua militis Rom. in ore, in latere, et saepe* a tergo erat. Wasse.

Interim Sulla etc. Vix est ut non debeat expungi vox *hostes,* cum non adpareat in Bong. Gruter. — Sed nostri retinent. Wasse.

Ipse aliique Mauros invadunt. In quibusdam, sed impressis, τὸ *que* geminatum est. Rivius. — Amplexus sum, quod erat in emaculatissimis codd. Prius quod legebatur *ipseque aliique Mauros* etc. vulnerat aures; neque visitur in editionibus Pomponiana prioribus. interim notandum primitus fuisse in Nazar. *ipsi aliique.* Gruter. — *ipsi aliique* Reg. L. 2. Venetae, Mart. Wasse.

## CAP. CVII.

Neque in priori pugna. Non potest displicere quod est in Palat. quinto a manu prima, in primo a secunda, *pugna, itinere morati;* nisi malimus *remorati,* ut habet Palatin. tert. velitque non venisse tempori, ob itineris difficultatem. Gruter. — *pugna* intra lineas et a manu mala Pemb. Wasse.

Tum Marius apud primos erat, quod ibi Iug. cum pluribus instabat. Bella emendatio, suppeditabatque Pal. tert. nam plerique quidem habebant prius *erat,* sed non ultimum *instabat;* repetierant vocem *erat* antea editi, *tum Marius apud primos agebat, quod ibi Iugurtha cum plurimis erat.* quomodo tantum MSS. aevo posteriores. Gruter. — pro *agebat* Bodl. γ. λ. Reg. in textu, Arond. *erat.* Venetae, *instabat.* Wasse.

Deinde Numida, cognito Bocchi adventu. Hic locus duas habet difficultates: alteram, Iugurthane locutus hic sit, an alius quispiam Numida: * alteram, apud quosnam locutus sit. Soldus aliam quempiam, 360
non Iugurtham locutum censet: Badius haeret. Ego Iugurtham locutum existimo; nam de eo etiam supra dixerat, *sub Scipione Aemiliano apud Numantiam militasse, ubi Latine loqui didicerat.* Et est sane hoc unum ex strategematis illius. Porro et ad Romanos locutum contendo, quod et Badius existimavit. Nam quid attinebat Numidis Latine loqui? Verum hoc additum oportuit, quo in latere hoc factum: cum Iugurthae oppositus esset Marius, ut paulo ante dixit auctor; ut hercle non posset regis strategema de occiso Mario eo latere obscurum esse. Verum quia auctor *clam* adiecit, verisimile videtur clamantem Iugurtham non ad primos constitisse, sed concessisse ad latus sinistrum Romanorum, ubi A. Manlius erat. Porro in dextro latere Sylla erat cum equitatu, apud

primos Marius; postremam aciem invaserat Bocchus. Ergo a sinistro latere Iugurtha invasit Romanos: ubi et hoc strategema, quando aliquantulum aberat Marius, locum habet. GLAREAN.

PAULLO ANTE MARIUM SUA MANU INTERFECTUM. Vide Gruterum Disc. in Taciti IV. Histor. 34. ad verba: *Credita fama per utrumque exercitum vulneratum aut interfectum, immane quantum suis pavoris et hostibus alacritatis addidit.* ut et Freinsh. ad Curt. lib. IX. cap. 5. §. 19. Tac. VI. Annal. cap. 35. RUPERT.

OBLITUM OSTENDERE. Priscianus *oblitum ostentans* refert, quod magis Sallustianum, cui oppido quam familiare verbis iterativis uti. PUTSCH. — Ita MSS. Pall. omnes, non *ostendens*, aut *ostentans*, quod nostro aevo invectum editionibus. GRUTER. — *ostendere* Oxon. Venetae, Mart. caeterique omnes. Priscian. 889. *ostentans.* sed adduxit gratia τοῦ *oblitum.* Memorat hoc facinus lib. II. 4. Frontinus: *In primam aciem* procurrit, *et occisum a se Marium*, tum Latine *clare praedicavit.* Voces *tum Latine* mihi olim suspectae; nam Latinae linguae usum Iugurtham sibi comparasse superius dixerat. Et sane illas prorsus respuunt tres quos inspexi codices. Loco *procurrit* Petrensis et B. Pub. *procucurrit.* et ita saepe Livius, Caesar, alii. uti et *decucurrere* apud Liv. XII. 24. Caeterum in sinistro latere, absente Mario, res gesta est. Livius I. 27. *Terror ad hostes transit, et audiverant* clara voce dictum: *et magna pars Fidenatium, ut quia coloni additi Romani essent*, Latine sciebant. confer XXVI. 6. Huc respexit Tacitus II. An. 10. *Minitabundus proeliumque denuncians; nam pleraque* Latino sermone interiaciebat, *ut qui Rom. in castris ductor popularium meruisset.* Infra: *magis atrocitate* etc. Tacit. I. 11. *Plus in oratione tali dignitatis quam* fidei *erat.* WASSE.

ACRIUS INCEDERE. Annotatum Pal. sec. alias legi, *intendere.* Sed sic nullae praeterea membranae. GRUTER. — Reg. et Bad. *intendere.* *Romanos* abest Venetis, L. 2. Bad. caeteri tenent. WASSE. — Ut sup. *incedere*, sic iis quoque verbis, sed cum praepositione, ponitur: *simulque barbari animos tollere, et in perculsos Romanos acrius incedere.* Absque repetitione praepositionis *insultare*, nihil mutata ab hac forma, usurpavit in fragmento: *Multos tamen a pueritia bonos insultaverat.* PALMER.

IAMQUE PAULLO A FUGA ABERANT. Manuscripta, *iamque paullum* etc. in aliis, *paullulum.* cum manuscriptis facit Badianum. RIVIUS. — Praepositio adfuit quidem initio Naz. sed statim expuncta, et videri a librario inde colligas, quod habeat Pal. sept. *ex fuga.* GRUTER.

PROFLIGATIS IIS QUOS. *His quos.* sic λ. γ. Pemb. Bodl. *qui.* certe
361 aliquid monstri alunt. forte * legendum, *p. quos.* Q. Septimius II. 3. *fugatis* quos *adversum ierat.* et cap. 5. *militiam* Priamum adversum *recusare.* WASSE.

AB LATERE. Quod nimirum patrandae fuit victoriae. Ceterum ne hoc accidat, magnopere cavendum, eosque, qui agminis caudam et cornuum latera tutabuntur, non minus obfirmandos, quam si in prima acie primi consisterent, monet Onosander cap. 21. Strateg. et Veget. lib. III. de R. M. cap. 19. Inprimis autem huic usui favere videtur illa Alexandrea aciei instructio contra Persas apud Arbela. Sic enim Q. Curt. lib.

IV. scribit: *Alexandrum, ne circumiri sui possent a multitudine hostium, non solum ultimum agmen valida manu cinxisse, sed cornua quoque subsidiis firmavisse, non recta fronte, sed a latere positis, ut, si hostis circumvenire aciem tentasset, parata pugnae forent. Denique aciem adeo versabilem posuisse, ut, qui ultimi stabant, ne circumirentur, verti tamen et in frontem circumagi possent. Itaque non prima quam latera, non latera munitiora fuisse quam terga.* Rupert.

Dextra et sinistra omnibus occisis. Manuscripta, omissa illa copula *et*, *dextra*, *sinistra*; quod, opinor, Sallustianum magis. Tali asyndeto Livius quoque, *Terra*, *mari trepidatur*, inquit. Sic in Catil. Sallustius: *Rapi virgines*, *pueros*. ibidem: *Caedem*, *incendia fieri*. In Iugurtha: *Ipse acer*, *bellicosus*. rursus: *Urbes*, *agros vastare*. et: *Ut omnes labores*, *pericula consueta habeam*. Rivius. — Ita legendum apud Vitruvium I. 5. quem ad Codicem Arondelianum olim emendavimus et X. 4. V. 6. et alibi. tamen admittit copulam I. 1. I. 4. V. 1. V. 8. Infra: *omnibus occisis*. illud *occisis* a sec. manu et ad oram exhibet Pemb. Wasse. — Si de equitibus Romanis loquitur, distinguendum post verbum *equitibus*; sin de Iugurthae loquitur equitibus, pro *ab* praepositione legendum *et*: quod miror in Aldino codice neglectum. Glarean.

Inter tela hostium vitabundus erumpit. Sallust. Histor. lib. III. *Inter molem atque insulam mari* vitabundus *classem hostium ad oppidum pervenit*. Agellius lib. II. cap. 15. Ciaccon.

Fugatis equitibus, adcurrit auxilio. Antiqui quidam om. *fugatis*. C. Popma. — Scripti, *fatigatis equitibus*. optime. quod forte reponendum. non enim iam fugabantur Romani, sed paululum a fuga aberant. Putsch. — Est in Pal. pr. *fagatis*. unde factum putem, ut in nonnullis membranis inveniatur *fatigatis*: male. loquitur enim de Numidis, non de Romanis: quod vel satis indicat membrum sequens, *adcurrit auxilio suis*. Gruter.

Denique hostes undique fusi. Aliquid ante desiderari videtur. Ciaccon.

## CAP. CVIII.

Campis patentibus. Infra: *repente in campis patentibus*. Tacitus Hist. II. *Si cum exercitu Caecina patentibus campis tam paucas cohortes circumfudisset*. Hunc locum aemulatur idem in vita Agricolae: *Tum vero patentibus locis grande et atrox spectaculum, sequi, vulnerare, capere*. Ciaccon. — Locum aemulatur Tacitus in Ag. XXXVII. *Tum vero* patentibus *locis grande et atrox* spectaculum: *sequi*, *vulnerare*, *capere*, *atque eosdem*, *oblatis aliis*, *trucidare* etc. *Passim arma et corpora*, *et laceri artus*, *et* cruenta *humus*. Ecce iterum Frontinus: *Omnia autem vereri si se in* patentes campos *proiecissent*. ibi editi: *Eisque* (*copiis*) *triduo antequam Parthus adveniret*, *receptis*, *acie commissa*, *vicit* Parthos *et interfecit*. ut taceam insulsam repetitionem, quis umquam *interficere Parthos*, hoc est, exercitum, dixerit? Legendum * ergo cum MSS. nostris 362
pro *Parthos*, *Pacorum*. Firmat Plutarchus Anton. pag. 931. Ἐν τῇ

*Κυβῤῥηστικῇ πρέπεται καὶ διαφθείρει παμπόλλους, ἐν πρώτοις Πακόρου πεσόντος.* Infra: *concidere.* λ. in textu *occidere,* in marg. a manu sec. *occadere,* quod mihi et meo animo se probat. et sane Pemb. aliud quid initio habuit, denuo factum a manu recenti, *concidere.* sic Noster *occanuere.* et Tacitus II. *Tum sentimus* obcanere *cornua.* Vide G. Vossium de Analog. lib. IV. pag. 105. verum *obcadere* numquam alias legi. Plautus quidem Casin. habet *occasere:*

Satin' *propter te pereo atque* occaso?

WASSE.

OMNIA QUA VISUS ERAT, CONSTRATA TELIS. Tacit. Annal. II. *Constrata equorum virorumque corporibus littora.* CIACCON. — Hoc est, iuxta Soldum, omnia loca quae videri poterant; iuxta Badium, per eam regionem qua prospectus videntium erat. *Visus* ὁμωνύμως cum pro *αἰσθητήριον* tum pro *αἰσθητικὴ δύναμις* auctoribus venire solet; ideoque et visionis organum sive id quod videt, eiusque obiectum sive id quod videtur; adhoc, videndi actum et obtuitus potentiam, ut loquitur Quinctilianus, in se comprehendit. Hunc sensum e veteribus alii, radiis emissititiis qui ad obiectorum superficiem pertinentes manuum vicem obtinerent, existimarunt. Quidam autem diversi, ad rerum imagines: ad aërem intentum et iubare solis ictum nonnulli confugere malebant, unde oculos, quia solem transmittant, *ἡλίου πύλας* vocasse Pythagoram puto. Hinc accidit, ut, pro varia cuiusque Hypothesi, significatu alius alio vocem *visus* usurparit et contraria de eo affirmarit: v. g. duci, moveri, dirigi, transmitti, flecti, spargi, obliquari; item, sequi visu, metiri, contrectare, comprendere, etiam cingere, ut apud Rutilium I. 90. Et, quo poëtis aequiores simus, gravissimi prosae orationis scriptores ita crude hac de re locuti sunt, ut crederes putasse lineam visus ex nimio labore quandoque deficere. Iosephus B. Iud. III. 7. *Ὡς τῶν κατιδεῖν πειρωμένων τὰς ὄψεις ΠΡΟΕΞΑΝΑΣΘΕΝΕΙΝ τοῦ βάθους.* Liv. I. 10. *Quo longissime* conspectum *oculi* ferebant. Post hosce, tales viros, non nimis audactér Statius: *atque* oculos longo *querar* aëre vinci. Ex eodem erroris fonte Homerica illa *ὀφθαλμῶν,* aeque ac *ἡλίου βολαί,* Xenophontis in Cyneg. *οὐκ ἔχει προβολὴν ταῖς αὐγαῖς,* aliaque plurima quae videndi actum, non ab obiecto luce vestito, sed ab ipsis oculis auspicari suadeant. Valerius:

— *qui* rumpere *terras,*
*Et Styga* transmisso *tacitam* deprendere visu.

Ovid.

*Ut tamen iratos* in te defixit *ocellos.*

Quomodo locutus in Philippicis Marcus. Si ergo visus heic pro visione oculisve ponitur, tum subintelligi debet *ductus, emissus,* aut quid simile, quo motus exprimatur; ut apud Censorin. VIII. pag. 43. et Vitruvium III. 3. *linea* qua visus pertendit. Censorin. et VIII. 1. V. *excelsius* errat. Plin. Nat. Hist. XXXVII. 5. *visum* admittentes. et alibi, *ut v.* colligant. quis enim, *omnia qua oculi erant,* vel *qua visio erat,* absolute pro, *qua patuit prospectus,* dicere unquam ausus fuerit? certe nullo per totum Latium exemplo dici asseverare ausim, hoc quidem sensu, *qua*

*visus erat.* Quare alia comminiscamur. Q. Septimius, Nostri imitator, ab hodierna lectione recedit III. 15. *Ita, curru concito per campum, qua maxime* visi poterat, *pervolat.* IV. omnia *circum Troiam, et ultra,* quae visi *poterat.* legisse eum probabile est, *omnia quae visi poterunt;* unde vitii arguitur locus. Cogitâram aliquando, *qua visus ferat,* ut Livius in loco modo citato. deinde, *omnia quaquaversus, erant constrata.* Nunc repono *qua vicis erat;* quod verbum imperitos librarios torserat. Noster VI. 27. vices *significant pugnam, quia per vicissitudinem pugnabatur.* Virg.

*Vitavisse* vices *Danaum.*

Si non placeo, reliquum est ut eruditus lector, id quod duriusculum praecedente voce *spectaculo*, visus pro id quod videtur accipiat. Quomodo Graeci ὄψις, ὄμμα, θέαμα frequenter. Virgil.

*Haud secus Androgeos* visu tremefactus *abibat.*

Tacitus An. V. 15. *Vologeses armis et corporibus caesorum aggregatis, quo cladem nostram testaretur,* * visu *fugientium legionum* abstinuit. voces 363
*et inter ea b. i. s.* omittit Arond. *concidere* ex sec. manu correctrice Pemb. Wasse.

Humus infecta sanguine. Xenophon in lib. de Agesilao: Ἐπεὶ δ' ἔληξεν ἡ μάχη, παρῆν δὴ θεάσασθαι ἔνθα συνέπεσον ἀλλήλοις, τὴν μὲν γῆν αἵματι πεφυρμένην, νεκροὺς δὲ κειμένους φιλίους καὶ πολεμίους μετὰ ἀλλήλων, ἀσπίδας δὲ διατεθρυμμένας etc. Qui locus etiam ad Catilinae proelium pertinet cap. 61. Victor. XXVII. cap. 10. Ciaccon.

Profectus intenderat. Alius quis dixisset: *quo initio intenderat.* Gruter. — *Proficisci* interdum est discedere, et incipere iter facere. Livius Dec. IV. lib. V. Quintius, *quo* profectus erat, *Demetriadem contendit.* Plautus Aulular.

*Nunc, quo* profectus sum, *ibo.*

Castil. — Soldus putavit *profectus* participium esse, ut sit sensus, quo profectus initio intenderat. Badius putat esse verbale nomen, et *initio profectus* dictum pro *initio profectionis.* Glarean.

Legati a Boccho veniunt, qui regis verbis ab Mario petivere, duos etc. Aeque fuerit nervosum et dissolutum minus, *legati a Boccho regis verbis ab Mario petere, duos* etc. Gruter.

Facere uti ingenium etc. Sic quidem MSS. aetatis mediae, aut quidem, *facere, ingenium aversum flecterent;* seniculi namque, Naz. quidem a calamo alieno, *facere ingenium, aut aversum flecterent aut* etc. videtur autem fuisse prius, *facerent ingenium.* Pal sec. initio habuit *facere ingenium aut aversum flecterent aut;* sed mox erasa litera factumque, *ingenium ut aversum;* quae lectio minime displicet, nisi aliter labes inhaesit verbis auctoris, quod vereor. Carrio publicavit, *facere ingenium aversum ut flecterent, aut cupidum.* Gruter.

Adversum. Manuscripta, *aut aversum uti flecterent,* pro, a Romanis alienatum. Ita Cicero ad Atticum: *Qui* aversissimo *a me animo Patris fuit.* pro, maxime alieno. Rivius.

Cuius facundiae, non aetati concessum est. *Tò est* non re-

peritur in manuscriptis. sic paullo post *visum*, ubi hodie fere *visum* est. Rivius.

## CAP. CIX.

Magna nobis laetitia est. Haec series verborum est in manuscriptis et impressis vetustioribus. Rivius.

Te talem virum Dii monuere. En animum et mentem *cum qua* Dii *nocte* loquantur! sed ita est antiquorum ingenium, nulla actio tam demissa et servilis, quin Deum fateatur auctorem, ne tantilla quidem a priore sententia recessio, cui non adhibeatur *θεὸς ἀπὸ μηχανῆς*. *adeo* minimis *etiam* rebus, ut verbis utar Livii, prava *religio inserit* Deos.
364 *dii monuere*, inquit, *uti malles*; scilicet * is superis labor. Homerus Odyss. I.

*Αὐτὰρ νῦν τοι ἐγὼ μαντεύσομαι ὡς ἘΝΙ ΘΥΜΩι*
*ἈΘΑΝΑΤΟΙ ΒΑΛΛΟΥΣΙ.*

et II.

*Ὄφρα κε κείνη τοῦτον ἔχε ΝΟΟΝ ὋΝΤΙΝΑ οἱ νῦν*
*Ἐν στήθεσσι ΤΙΘΕΙΣΙ ΘΕΟΙ.*

etiam:

*Ἄλλα μὲν αὐτὸς ἘΝΙ φρεσὶ σῇσι νοήσεις,*
*Ἄλλα δὲ καὶ ΔΑΙΜΩΝ ὙΠΟΘΗΣΕΤΑΙ.*

Iliad. XIII. 55.

*Σφῶϊν δ' ὧδε ΘΕΩΝ ΤΙΣ ἐνὶ ΦΡΕΣΙ ΠΟΙΗΣΕΙΕΝ*
*Αὐτώ θ' ἑστάμεναι κρατερῶς καὶ ἀνωγέμεν ἄλλους.*

et *θ'*. 217.

*Εἰ μὴ ἐπὶ ΦΡΕΣΙ ΘΗΚ' Ἀγαμέμνονι πότνια Ἥρη*
— — — *θοῶς ὀτρῦναι Ἀχαιούς.*

Polyb. pag. 1436. *Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ ταύτην ΠΑΡΕΣΤΗΣΑΝΤΟ τὴν ἘΝΝΟΙΑΝ, ὅτι* etc. Liv. III. 17. *Romule pater*, tu mentem tuam, *qua quondam arcem ab his iisdem Sabinis auro captam recepisti*, da stirpi tuae. et VI. 18. Dii *prohibebunt haec: sed nunquam propter me de coelo descendent*. vobis dent mentem, *ut prohibeatis*. Confer etiam XXX. 29. XXXVIII. 15. Cicero Catil. III. Diis *ego* Imm. ducibus hanc mentem *Quirites* voluntatemque suscepi *liberandae Reip. maximis periculis*. Propius ad formulam Sallustianam Pacuvius: Dii monerint *meliora, amentiam averruncassint*. Horat. Serm. II. 7.

*Fortunam et mores antiquae plebis: et idem*
*Si quis ad illa* Deus subito te agat, *utque recuses*.

Vid. Virg. Aen. I. 305. Sed neque heic stetit insania, sed et probra sua Diis adscribunt. Agamemnon apud Homerum:

— *Ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι,*
*Ἀλλὰ Ζεὺς καὶ μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐριννύς,*
*Οἵ τέ μοι εἰν ἀγορῇ ΦΡΕΣΙΝ ἘΜΒΑΛΟΝ ἄγριον ἌΤΗΝ.*

Plautus Aul. IV. 10.

Deus *mihi* impulsor fuit, *is me ad illam illexit*.

Virgilius:

*Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae,*
*Culpatusve Paris, verum* inclementia Divum
Has evertit opes.

Euripides Androm.

*Μὴ πρός σε γονάτων, τὴν ΝΟΣΟΝ τὴν ΤΩΝ ΘΕΩΝ*
*Προσθεὶς ἐμοὶ κτάνῃς με.*

eorumque invidentiam execrantur. Virg.

— nimium *vobis Romana propago*
Visa potens, Superi, *propria haec si dona fuissent.*

Quadrigarius cap. 106. *Nam haec maxime versatur* Deorum iniquitas, *quod deteriores sunt incolumiores, neque* optimum *quemquam inter nos* sinunt diurnare. Vide tamen contra disputantes Philos. apud Euseb. Praep. VI. pag. 250. Simplic. ad Epict. XXXIV. Platonem passim. WASSE.

NEU TE OPTIMUM. Naz. *neu te primum*; quod aliquis tueri posset, nisi unius tantum sustineretur codicis fide. GRUTER. — λ. *primum* ad oram servat et pro Var. Lect. *optimum*. ita legendum. Horat. Ep. II.

*Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re*
*Extremi* primorum *extremis usque priores.*

Terent.

— *qui esse se* primos *omnium rerum volunt.*

et: primam *dices, scio, si videris.* Cicero VI. Verrin. *A Lisone vero Lilybitano*, primo homine, *apud quem diversatus es.* Noster: *quae* prima *mortales putant.* Seneca de Tranquil. primam frontem *desiderant.* Propert. I. 7.

*Atque, ita sim felix*, primo *contendis* Homero.

Apuleius Flor. II. *rostri* prima duritia. Quo significatu apud Thucydidem πρῶτος. VI. *νομίσαντες, εἰ αὐτὸν ἐξελάσειαν ΠΡΩΤΟΙ ἂν εἶναι.* et alibi: *ἄνδρες ὑμῶν οἱ ΠΡΩΤΟΙ καὶ ΧΡΗΜΑΣΙ καὶ ΓΕΝΕΙ.* Hinc pro *ingenti*. Statius Theb. II. 262.

*In regem conversi omnes* formidine prima.

Nisi legendum sit *primo*; verum Codd. B. Pub. Ar. Ioannens. nihil movent. etiam pro superficie, quae loco prima est. Lucan. VIII. 305.

Vulnera parva *nocent, fatumque in sanguine summo est.*

Codd. B. Pub. et Caiensis *Vulnera prima.* contra autem caeteri et editio princeps Rom. 1469. *prima vulnera*, ut *summus sanguis* etc. eius contrarium * altum, i. e. alte adactum. primum vulnus quod primore parte 365
ferri infligitur. Cicero: primis labris *gustare.* Valer. Flaccus VIII. 44.

— primis *supplex dedit oscula* palmis.

Auctor ipse VIII. 590.

— prima *pendet tamen anxia* puppe.

Statius Theb. X. 928.

— primae *fugere in nubila* cristae.

IX. 628.

— *nemorisque notae sub* pectore primo
*Iactantur, niveo lunata monilia dente.*

745.

*Extremo galeae* primoque *in* margine *parmae*.

Apuleius Apol. I. primori fronte. Silius V. 451.

— *hirtoque a pectore* primum
Mucronem *ostentat*.

Aen. V.

— *vestigia* primi
*Alba* pedis.

Quae Cerdanus inepte de unico pede dextro, et Servius de duobus anterioribus accipit. Statius Sylv. V. 1. sed alio sensu:

*Sed cum plaga recens, et adhuc in* vulnere primo
*Nigra domus quaestu*. Wasse.

Nobis demeres. Ita nostri, Nazar. vero *dempserat*, emendatumque deinde *dempseras*. Infra: *amicos quam servos* etc. Liv. XXVI. 49. *Venisse eos in P. R. potestatem, qui* beneficio quam metu *homines obligare malit, exterasque gentes fide* ac societate iunctas *habere, quam tristi* subiectas servitio. confer XXXIX. 25. Wasse.

Pariter et te errantem et illum. In recentioribus est alterum *et* omissum, contra et veterum codicum fidem et orationis elegantiam. Porro *necessitudinem* Sallustius, ut ante ipsum alii quoque, pro *necessitate* posuit. hoc enim dicit: ne Romanis necessitatem imponeres utrumque persequendi, seu, ne invitos cogeres Romanos persequi et te et Iugurtham; nam infinitivus ille *persequi* pro gerundio ponitur, Graeco more. Sic et Terent. in Hecyra, *Tempus concedere*, et Caesar, *Consilium ex urbe profugere*, dixit, pro *concedendi* et *profugiendi*. Sed et Cicero saepe est hoc ἑλληνισμῷ usus. Rivius. — Rivius intulerat copulam *et*, quae etiam in aliquot MSS. notae non bonae. haud item in aliis, neque est hercle ornatui, mea quidem pronunciatione. Gruter.

Iam a principio inopi. *Inopi* non legitur in quibusdam antiquis libris. et sane abesse potest incolumi sententia. A. Manut. — Sane abest Arond. Wasse. — Lectio clara et sustentata editionibus antiquis. nec non Pal. sexto, septimo, octavo, cui tamen nebulas adspergunt MSS. ceteri; nam Naz. *Ad hoc utinam a principio tibi melius visum amicos* etc. neque secus fuit initio in Pal sec. qui tamen deinde reformatus est ad lectionem vulgatam. at tertius habet: *Adhoc P. R. nam a principio melius inopi visum fuit amicos.* quart. *Ad hoc populo Rom. iam a principio melius est visum* etc. quint. *Adhuc populo Rom. inopi a principio melius est visum amicos* etc. quae ultima scriptura non ita fatua. supervacuum tamen etiamnum ibidem illud *a principio*. Gruter.

Melius visum, amicos quam servos quaerere. Nam *quae poterat inter eos esse amicitia, quorum sibi alii domini, alii servi videbantur:* ut ait Plin. in Paneg. cap. 85. Cui consonans Scytharum legatus ap. Curt. lib. VII. cap. 8. *Inter dominum et servum nulla amicitia.* Vide ibi Freinshemium. Rupert.

366 Primum quod procul absumus. Hanc gnomen* callide abduxit Tacitus IV. Hist. 74. *Laudatorum principum usus ex aequo, quamvis procul agentibus; saevi proximis ingruunt.* hoc est, si Romanum imperium bonus administrat princeps, vos Galli eundem nobiscum fructum capitis;

sin malus, urbis Romanae gravior est conditio quam provincialium, quoniam saevitia proxima quaeque amburit. RUPERT.

IN QUO OFFENSAE MINIMUM. Perperam codices recentiores, *offensae minimum est.* nam hoc verbum rectius hic subauditur quam exprimitur. neque enim est in manuscriptis. RIVIUS.

PROPE ADESSEMUS. *Essemus* λ. in textu. supra *ad* visitur. ut opportunior eorum amicitia qui a nobis longe positi sunt, ita ob eandem caussam infestior longe vicinorum inimicitia. Xenophon Hist. Gr. VI. 610. *Τὸ γὰρ δυσμενεῖς ὄντας ὑμῖν Θηβαίους καὶ ὁμόρους οἰκοῦντας, ἡγεμόνας γενέσθαι τῶν Ἑλλήνων, πολὺ οἶμαι χαλεπώτερον ἂν ὑμῖν φανῆναι, ἢ ὁπότε πόῤῥω τοὺς ἀντιπάλους ἔχετε.* Paroemiam Sallustianae sententiae contrariam omnium *μισανθρωποτάτην* vocat Athenaeus lib. IV. Ea est:

*Τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶν φίλοι.*

Propert.

*Quantum oculis, animo tam procul, ibit amor.*

Verum locorum distantia non tam affectum quam officia interrumpit. Vid. Aristot. Nicom. VIII. WASSE.

QUOD PARENTES. Supra dixerat, Romanis a principio melius visum esse, amicos quam servos quaerere: nunc servos appellat *parentes* Graecorum more, qui subditos ὑπηκόους et ἀρχομένους vocant. Ergo a parendo deductum. Victorius lib. IV. cap. 16. CIACCON.

AMICORUM NEQUE NOBIS, NEQUE CUIQUAM HOMINUM. Illud prius *neque* sustulit Aldinus codex, non recte, meo quidem iudicio. Ceterum quomodo Sylla Boccho vere dicere poterat, *Atque hoc utinam a principio tibi placuisset?* cum superius auctor ita scribat: *Bocchus initio huiusce belli legatos Romam miserat, foedus et amicitiam petitum: quam rem opportunissimam incepto bello pauci impediverant, coeci avaritia, queis omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat.* GLAREAN. — Legendum, *neque nobis, neque cuiquam hominum.* geminata videlicet illa particula *neque*, ita uti assolet. sic autem codices habent in pergamenis descripti, ne quis coniecturam me sequi meam putet. in iisdem *omnium* legitur, non *hominum.* RIVIUS. — In MS. Sallustii exemplari optimae notae *hominum* scriptum esse testis est Iosephus Scaliger, cum glossa ad oram *hominium*, id est *hominum*. Et ita notant in Crispo *civitatium* et *locupletium* Grammatici. sed vereor ne vox illa nata sit ex alia huic quam simillima *omnium*, et describentium vitio mutata in *hominium*, facili lapsu et librariis solemni. Accidit hoc Corippo Africano lib. III. de laudibus Iustini Iunioris:

*Una in naturis extans persona duabus,*
*Consimilis Deitate patris hominique profecto.*

Vulgo vitiose legitur *omnique.* At vitiosius illud quod ibidem in ora, *pneumaeque*, quod editor vult. PUTSCH. — *neque cuiquam omnium.* Ita MSS. nostri omnes, excepto octavo, in quo *hominum*, tantopere placitum Rivio. per me utrumque abesse poterat, ut abesse membranis suis, quas contulit, notatum solertissimo Bongarsio. GRUTER. — Confer Senecam de Benef. VI. 29. Liv. XLV. 8. WASSE. — Arist. lib. V.

Polit. cap. 8. Ὥστε μηδένα ἐγγίγνεσθαι πολὺ ὑπερέχοντα δυνάμει μήτε φίλων μήτε χρημάτων. Coler.

Atque hoc utinam tibi. *Hoc* a manu 2. et marg. Pemb. etiam *tibi* ab eadem manu. potest elegantius abesse. Wasse.

Plura bona accepisses quam mala perpessus esses etc. Produxi scripturam meliorem codd. MSS. et edd. vett. nam ab incude adhuc recentiore *perpessus es*, cui proxime accedit Pal. quart. in quo *perpessus est*. fere suspicer *accepisses* esse a librario, non a Sallustio; dicebant enim antiqui *pati bonum*, *pati malum*. Gruter.

367 * Cui scilicet placuit et vim. Scriptus unus: *cui scilicet prius vim quam gratiam nostram experiri placuit.* quo facit coniectura domini Bongarsii supra legentis, *quam mala perpessus es.* in cuius codice paulo post *multa opportuna habes*, omisso *atque*, legitur. Putsch. — Donat. ad Hecyr. V. 1. Sallustius ad Iugurtham: *Nam vim magis* quam benevolentiam *eius experiri mallem.* infra, *quam misericordiam.* Siculus Flaccus pag. 1. *Quidam* experti virtutum *eorum*, *servaverunt pacem.* Plutarchus in Crasso pag. 562. Τῆς μὲν ἀνδρίας καὶ δυνάμεως ἄκοντος πεπείραται βασιλέως, πρᾳότητα δ' αὐτοῖς καὶ φιλοφροσύνην ἔχων ἐπιδείκνυται, σπενδόμενος ἀπιοῦσι καὶ παρέχων σώζεσθαι. ibi omnino legendum ἑκὼν pro ἔχων. Nec aliter Appianus. sequitur Hegesippus I. 25. *sed si* navare *aliqua tentarent*, *vindicandi animum sibi non defuturum*, Romanorumque amicitiam *potius quam* dominationem experirentur. Codd. nostri rectius, *novare.* Terentius Hec. V. 1. *Verum te hoc moneo unum*, qualis sim amicus, aut quid possim, Potius quam *inimicus*, periculum facias. vide Livium XLV. 8. Wasse. — Fabricianum, Venetum, alia pleraque, *cui scilicet placuit.* quamquam autem apud Terentium legatur, *complacita est*, tamen haud scio an *complacuit* apud illos primae notae scriptores invenias. Rivius. — confer Q. Septim. II. 50. Albinovan. Eleg. V. 54. Caes. B. Civ. III. 73. Wasse. — Gruterus *placuisse* nullo apice minus in MS. inveniri ait, et solere *scilicet* infinitivo coniungi. Recte; sed praeterea ut constet oratio, lege: *cui scilicet placuisse, et vim et gratiam nostram experirere.* Gronov. — *Cui scilicet placuisse et vim et gratiam nostram experiri.* Sic nullo apice minus Pal. pr. nisi quod destituatur priore *et.* perperam hactenus editur, *cui scil. placuit et vim et gratiam nostram te experiri.* at vel pueris notum *scilicet* coniungi infinitivo. Gruter.

Nunc quando etc. Pall. aliquot *nunc quoniam* etc. tert. nec hoc nec illud agnoscit, scribiturque solum inter lineas *quandoquidem.* Grut.

Multa atque opportuna. MSS. fere omnes exclusere copulam *atque*, neque est etiam in Bong. Gruter. — nec in L. 2. L. 3. γ. λ. Venetis. Infra L. 2. *haec*, caeteri *hoc*. sententia autem pars tituli est quem suo sepulchro inscribi iussit Sylla: Ὡς οὔτε τῶν φίλων τις αὐτὸν εὖ ποιῶν οὔτε τῶν ἐχθρῶν κακῶς ὑπερεβάλετο. vide Plutarchum pag. 475. Clearchus apud Xenoph. de Exped. Cyri II. 280. Ἐὰν μέντοι τις ἡμᾶς εὖ ποιῶν ὑπάρχῃ, καὶ τούτου εἴς γε δύναμιν οὐχ ἡττησόμεθα εὖ ποιοῦντες. Cicero pro Plancio: *committere ut* beneficio *non dicam indignus*, *sed victus esse fateare.* Scipio de suis aeque magnifice apud Livium XXV. 30.

*Nec ullum in terris populum hodie dici posse, quem* minus *tibi* hostem *tuisque esse velis aut* amicum malis. et de Scipione Allucius: *venisse Diis simillimum iuvenem;* vincentem omnia *cum* armis, *tum* benignitate *ac* beneficiis. WASSE.

ERRATA OFFICIIS SUPERES. *Officiis* abest Naz. agnoscunt tamen MSS. caeteri. GRUTER.

IN PECTUS TUUM DEMITTE. Ita supra: *Quod verbum in pectus Iugurthae altius, quam quisquam ratus, descendit.* COLER.

NAM BELLO QUID VALEAT TUTE SCIS. In plerisque sed impressis,
*quam valeat*, pro *quantum* * *valeat et possit.* sed lectio prior mihi non 368
sane minus quam posterior arridet: aut etiam multo magis, ut verum
dicam. Ita Cicero: *Ignari quid virtus valeret.* Idem: *Hoc verbum quid
valeat, non vident.* sed nec secus manuscripta. RIVIUS. — L. 2. 3.
*quam.* WASSE.

## CAP. CX.

SE NON HOSTILI ANIMO, SED OB REGN. TUT. etc. Naz. non adest vocula *ob*, ut forte fuerit initio, *sed regnum tutandi*, aut sane, *sed regnum tutando;* nam aperte Pal. tert. *sed ob regnum tutando.* at quart. *sed ad regnum*, sive *tutandum*, quomodo item Pal. oct. minime excluso illo *tutandum.* GRUTER. — *ob* a manu recenti Pemb. et *regnum tutandum*, ita sine praepos. λ. Reg. recte ergo. WASSE.

UNDE VI IUGURTHAM. Sic MSS. Pall. meliores, vocula *vi* hactenus vulgati male caruerunt. GRUTER. — *vi* Reg. Pemb. WASSE.

MISSIS ANTEA ROMAM. Sic etiam MSS. nostri, non *ante*, quod item Carrioni displicuit. GRUTER.

IURE BELLI SUAM FACTAM. Supra *Iugurtha Boccho pollicetur Numidiae tertiam partem, si Romani Africa expulsi essent.* Ergo leg. forte, *unde Romanos expulerit*, vel, *si inde Romanos expulerit*, vel, *unde eos.* CIACCON. — De hac ipsa re ita infra: *Numidiae partem, quam nunc peteret, tunc ultro adventuram.* URSIN. — De quo vide Grotium lib. III. de I. B. ac P. cap. 8. n. 1. RUPERT.

EAM VASTARI etc. Pal. sec. *ea vastari.* GRUTER.

COPIA FACTA MITTENDI. Verbum *mittendi* sustulimus tanquam glossema, opinionem nostram confirmante Fulvii libro. ALD.

ANIMUS BARBARI AB AMICIS FLEXUS. Quomodo flexus, non narratur. credo parasceuen esse ad sequentem, quae ad finem huius historiae est, Bocchi vacillationem. Deinde non ita multo post cap. 103. *belli componendi licentiam* Badius pro *libera auctoritate* exponit, quae etiam licentia dici aliquo pacto potuit. GLAREAN.

HIBERNACULIS. Sic et codex in membrana descriptus et exemplar Beroaldinum. verum est in aliis, *hibernis.* quamquam eodem sensu. RIVIUS. — Tacitus lib. XIV. *Cohortes alaeque novis hibernaculis locatae.* Sed prior Livius lib. XL. *hibernacula* usurpavit, a Sallustio, ut videtur, id nominis mutuatus. CIACCON. et URSIN. — L. 2. 3. Ar. Venetae, Ball. *hibernis.* caeteri a vulgatis stant. Infra Arond. omittit *in itinere.*

*λ. deinde in it. ab.* sic Pemb. Usi voce *hibernaculis* Varro L. Lat. pag. 45. Nepos XVII. 3. XVIII. 8. Epit. Liv. V. Livius ipse V. 1. XXII. 32. XLV. 28. hibernacula *etiam res nova militi Rom. aedificari* coepta. vid. Sigonium pag. 434. item XXX. 3. Polybio *παραχειμασία*, Plutarcho *χειμάδια*, in Sertor. 571. 4. Denique hoc verbum Septimio reddendum V. 11. *Hiemem sub pellibus exigere* inter poenas militares, teste Frontino IV. 1. P. Valerio Cos. *Senatus praecepit exercitum ad Sirim victum, ducere Serinum, ibique castra munire et hiemem sub tentoriis exigere;* et [Senatus, cum turpiter fugati eius milites essent, decrevit] *ne auxilia eis summitterentur,* [nisi captis eius] *legionibus, quae Punico bello militiam detrectaverant.* Haec omnia foedum in modum corrupta sic emendat Petrensis: *exigere, et ne eis auxilia summitterentur legionibus quae*
369 *P. b. m. d.* reiectis caeteris, quae * contra fidem annalium et Grammaticorum canones invecta sunt. *Hibernacula* Vitruvius inter partes aedium recenset. WASSE.

TUM RURSUS BOCCHUS, SEU REPUTANDO. Locus hic valde depravatus fuit: antiquis libris nullam mihi opem adferentibus. Scripturam tamen veterum codicum proponam, ut quam inquinatus sit, omnes videre possint. In nonnullis ita scriptum legitur: *Tum rursus Bocchus feliciter flexus, seu reputando.* in aliis: *Tum rursus flectitur Bocchus seu reputando ea, quae sibi* etc. in aliis vero: *Tum rursus Bocchus flexus erga Romanos, seu reputando.* Ego coniectura ita hunc locum emendavi, quam ita probant quidam, ut non dubitent, quin ita a Sallustio scriptum sit. C. POPMA. — Auson. Popma *rursus flexus* reiecit ut superfluum. WASSE. — Non recte Carrio, qui vulgato exclusit binas voces [*Bocchus fel.*] quae in MSS. atque editis omnibus, fecitque, *tum rursus, seu reputando.* nam quod reduxi, extat in editis ante annos centum viginti; posteriores enim, *tum rursus Bocchus, scilicet seu rep.* quod solum inveni in Pal. octavo. ceteri omnes ostentant lectionem illam aliam; et Pal. quidem quintus ac sext. cum augmento tali: *tum Bocchus feliciter egit erga Romanos.* ego me his non expedio. posset quidem illud *feliciter* nullo negotio mutari in *velociter*, sed aliud quid latet. Itaque satis est repraesentasse scripturam membranarum meliorum. GRUTER. — Forte legendum *flectitur*, quod in quibusdam MSS. invenitur, sed tum maior distinctio poni debet post *reliquerat;* vel omnino illud *feliciter* tolli debet. HAVERCAMP.

QUAE SIBI DUOBUS PROELIIS EVENERANT. Naz. nec non Pal. quint. ac sext. *venerant;* neque temere consenserim. GRUTER. — Pemb. *evenerant.* sed prima litera a manu secunda, clare λ. *venerant*, recte. *venire* pro *evenire*, uti et *provenire* Virg. I. Georg.

*Hic segetes, illic* veniunt *felicius uvae.*

Plautus Pseud. II. 1. *Pro Iuppiter, ut mihi, quicquid ago, lepide omnia prospereque* veniunt. sic olim vulgati, hodie fere *eveniunt.* Celsus lib. VII. 27. pro accidere: *Solet vero sub eiusmodi victu* venire *ut alvus non reddatur.* Cic. I. ad Tironem Ep. XVI. 21. *Emisse te praedium vehementer gaudeo, feliciterque rem tibi istam* venire cupio. alii Codd. *evenire.* Tacitus An. XII. 32. *Silurum gens non atrocitate, non clementia muta-*

*batur, quin bellum exerceret, castrisque legionum premenda foret. Id quo* promtius veniret, *Colonia Camalodunum valida veteranorum manu deducitur in agros captivos.* Seneca Thyest. I. 1. *Sisyphi numquid lapis Gestandus humeris lubricus nostris venit?* Heautont. III. 2. 40. *Si quid huius simile forte aliquando* evenerit, *Ut sunt humana, tuus ut faciat filius.* Ch. *Non* usus veniet, *spero.* Horat. Mactata *veniet* lenior hostia. *i. e. fiet, eveniet.* inde et *usu venire* et *u. evenire*, si libb. non fallunt, Nepos XII. 3. *semper verens ne* usu eveniret. Idem tamen Attic. XVI. Alcib. IV. 6. Agesil. VIII. *eveniret.* Vid. Ovid. IV. Trist. eleg. ult. Wasse.

Quinque delegit. Haec et sequentia omnia usque ad illa cap. 112. *pacem vellet, daret operam* absunt Pal. Nazar. itaque non est quod interim ipsum laudemus. Gruter.

Eos ad Marium, ac deinde. Legendum *dein.* Rivius. — *Eos ad* a 2. m. Pemb. Wasse.

Romam legatos. Pal. sec. *Romam ire legatos iubet*, tert. *Romam legatos iubet ire*, sept. *Romam illi legatos ire iubet.* quae diversitas inducit ut suspicer *legatos* spurium esse. Gruter.

* Licentiam ipsis permittit. Hoc est, *potestatem.* In orat. Lepidi: *Denique necis civium et vitae licentia.* Tacit. XVI. *Data et absolvendi licentia.* Ibidem: *Licentia habendi oblivionem attulit.* et infra: *nulla bene faciendi licentia.* Ciaccon. — Victor Caes. XXIV. *Ita fortunae vis* licentiam nacta *perniciosa lubidine mortales agit. licentia* Glossae *ἐξουσία.* Valla III. 17. omittit *belli*, contra MSS. Wasse. — Sic quidem editio prima. at in MSS. visitur *illis*, ut arbitrer hoc atque illud pronomen esse ab exscriptoribus, nisi forte ita una cum prioribus refingenda sunt: *eos ad Marium, ac deinde, si placeat, Romam cum rerum agendarum et quocunque modo belli componendi licentia, permittit.* ut nimirum alia omnia infarserint homines, ignorantia vocis *permittere*, de qua nos multa Suspicionibus et nonnulla ad Senecam Philosophum. Gruter. — Venet. 1470. omittit *ipsis*, Mart. habet *illis.* Wasse. 370

## CAP. CXI.

Ad Sullam pergunt. Hactenus editi *profugiunt*, quo quid opus? nudos ultro dimittunt latrones, qui vestem solum amant, non eius farctum. in posterioris aevi MSS. extat *perfugiunt*, in prioris *pergunt*, nostrum. Gruter. — *γ. perveniunt.* caeteri *proveniunt.* Wasse.

Pro praetore. Sic supra: *Albinus Consul, Aulo fratre in castris pro Praetore relicto, Romam decessit.* Hi legati pro Praetore alibi dicuntur a Sallustio, et in veteribus numismatibus; quod extraordinaria imperia his titulis ornarentur. Sulla itaque, qui Marii Quaestor erat, Quaestor pro Praetore hoc loco, ut videtur, nominandus esset. Ursin. — Hunc locum restituimus, ope antiquorum codicum, vulgatis omnibus mendosis, in quibus haec verba *in castris* desiderantur. Et hanc veram et genuinam lectionem intelliges, si totum hunc locum diligentius attendas. C. Popma. — *in castris* Pemb. sed a 2. manu. Caeteri omnes respuunt. Wasse.

Pro vanis hostibus. Quid vero metuere legati a rege missi, apud quem ipse Sulla paulo ante locutus placidum ab eo responsum accepit? Continuo post *Qua re*, separatis dictionibus, non una legendum. Rursus paulo post: *Nam etiam tum largitio multis ignota erat.* Aldinus codex pro *tum* habet *non:* quod ego haud intelligo; nec alii codices habent. Ceterum Sullam Quaestorem semper vocat, etiamsi paulo ante pro Praetore a Mario relictus dicatur. Glarean. — Nam facta copia a Sulla et Manlio mittendi legatos Romam pacem petitum, ab amicis flexus illud omiserat et rursus hostilia fecerat. Ciaccon. — Pro *vanis* Pemb. *variis.* uti *meriti*, μὴ κατ' ἀξίαν. Nescio an hunc locum intellegant Nonius et Tertullianus, quum dicunt Sallustium vocasse *Mauros vanos.* ob *munificentiam*, recte. neque enim a Sulla immunes abiere; testis Plutarchus pag. 452. Ἀποδειχθεὶς δὲ ταμίας ὑπατεύοντι Μαρίῳ τὴν πρώτην ὑπάτειαν etc. dein καὶ καιρῷ παραπεσόντι χρησάμενος εὖ, φίλον ἐποιήσατο τῶν Νομάδων βασιλέα Βόκχον· πρεσβευτὰς γὰρ αὐτοῦ λῃστήριον Νομαδικὸν ἐκφυγόντας, ὑποδεξάμενος καὶ φιλοφρονηθεὶς δῶρα καὶ πομπὴν ἀσφαλῆ παρασχὼν ἀπέστειλεν. *pariter volens* i. e. *eadem sentiens.* cui *idem velle atque nolle.* Firmant haec ipsa Nonii verba: *Munes a veteribus dicebatur non a largiendo, sed consentientes ad ea quae amici velint.* inde dictum *munus*, inquit Varro, ab eo quod qui mutuo animo sunt, id dant officii gratia; unde Pindarus Olymp. II. voluntatem et effectum coniunxit. Dicit enim nullam urbem progenuisse Therone

φίλοις ἄνδρα μᾶλλον
Εὐεργέταν πραπίσιν, ἀφθονέστερόν τε χέρα.

371 De famosa Coss. largitione multa apud Onuphrium * aliosque. adde Cassiodor. Var. II. 2. et Fornerium ad locum. ante omnes Excerpt. Leg. ex Polybio pag. 1097. et 1459. Hieronymus in Esaiam I. *qui non putant amicos*, nisi a quibus dona perceperint, *nec os considerant amicorum sed manus.* Infra: *dona omnia:* hoc est, benignitas erat instar omnium donorum. Confer Cic. Acad. IV. §. 40. Supra: *avaritiae falsum.* primam vocem a manu sec. habet Pemb. Cicero Offic. I. 14. *Videre etiam licet plerosque non tam natura liberales, quum quadam gloria ductos, ut benefici videantur facere multa, quae proficisci ab* ostentatione *magis quam* a voluntate *videantur.* Wasse.

Ut meriti erant. Legendum, *uti.* quomodo et alias fere. nam illa mox ibidem, operarum incuria commissa sunt, *famam Romanorum avaritiae sulsam*, pro *falsam.* ita namque in vetustis est. et, *nam* etiam non *largitio multis ignota erat.* pro, *etiam tum.* ut antiqui codices habent. Rivius.

Qua re barbari et famam Romanorum avaritiae falsam. Et eo ipso victus populus alienatur a magistratu suo priore. Populus enim quivis repraesentat asellum, rex aselli altorem. Asellus scit sibi perpetuo serviendum; itaque si optio ei foret domini, eligeret utique eum, a quo minus cotidie oneraretur. Porro simile huic est, quod Livius refert lib. XLV. *Omnium primum liberos placabat Macedonas atque Illyrios, ut omnibus gentibus appareret, arma P. R. non liberis servitutem, ed contra servientibus libertatem afferre.* Rupert.

RATI SUNT. *Tò sunt* non est in omnibus manuscriptis, nec in codice Beroaldino. RIVIUS.

NAM ETIAM TUM. Citat hunc locum Nonius in voce *Munes;* sed apud eum legitur, *Animamque tum largitio multis ignota erat.* ut scribendum sit, *Namque tum.* Videndum praeterea, an pro *munificus*, *munesque* scripserit Sallustius, cum in ea voce adducatur a Nonio, ut sit, *munesque nemo putabatur.* CIACCON. — Haec ex Pacuvii Duloreste a Nonio recitari video in verbo *Munes;* ut fortasse vel a Pacuvio Sallustius hoc sumserit, vel aliquid in Nonio desideretur. in quo etiam pro *Nam etiam tum* mendose legitur, *Animum quae tum.* ALD. MANUT.

LARGITIO MULTIS IGNOTA ERAT. Nonius citat hunc locum ex Pacuvii Duloreste. Sed Nonius corruptus est. Omissus enim Pacuvii versus, et nomen Sallustii. Sive autem hanc sententiam praeiverit Sallustio Pacuvius sive non, certe eam ab Aristotele mutuatus est ex lib. IV. Ἠθικῶν· Οὐ γὰρ, inquit Philosophus, ἐν τῷ πλήθει τῶν διδομένων τὸ ἐλευθέριον, ἀλλ᾽ ἐν τῇ τοῦ διδόντος ἕξει. COLER.

SIMUL AB EO PETUNT. Pal. sec. *simul petunt ab eo;* forsan abundant *ab eo*, imo vero abundant. GRUTER. — nostri omnes tenent. Valla *s. a. e. petivit.* WASSE.

UTILIA AUT BENEVOLENTIAE. Supra: *Magnifica pro se, et illis dolentia.* CIACCON.

DEINDE SULLA OMNIA POLLICITO. Manuscriptum quidem Fabricii nihil hic habet; nam plurima desunt, sed in aliis est, *dein Sulla* etc. RIVIUS. — *Pollicitus* in *pollicito* mutavit codex Aldinus; quod placet. Mox: *Marius ubi confecto negotio:* alii *infecto* legunt, quae contrarietas ex hoc auctore solvi non potest. Atqui aliud hic * lectorem merito 372 moratur, ubinam Sulla fuerit, quando Bocchi regis legati a Numidis circumventi spoliatique ad eum venerunt, Uticaene an Cirtae? Mihi quidem videtur Cirtae fuisse; quippe Marius eum illic pro Praetore reliquerat. Verum quo pacto Marius sic Sullam ad se Uticam vocat? Quapropter malim κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligere, Sullam interea, dum Marius profectus est obsessum regiam turrim, a Cirta Uticam concessisse, Marium autem Cirtam rediisse ac omneis quibuscum concilium habere constituerit, Cirtam ad se vocasse; itaque et Sallustii locum ita legendum: *Marius ubi confecto negotio, quo intenderat, Cirtam rediit: de adventu legatorum certior factus, illos et Sullam ad se venire iubet, itemque L. Bellienum Praetorem ab Utica.* nam ita alter vetustus codex habebat. GLAR. — Pal. 5. ac 6. *doctique quomodo.* 8. *dein Sulla omnia pollicitus, doctique.* Bong. *omnia pollicitus docuit.* Sincerius Pal. 2. *dein a Sulla omnia pollicito docti.* quod recepissem in contextum, si subvenisset alius adhuc liber ad testimonium iustum. GRUTER. — *a Sulla omnia docti* Pembr. sed *a* ex manu 2. WASSE.

## CAP. CXII.

INFECTO NEGOTIO. Ita bene Carrio; neque aliter editio vetustiss. nam Laetus aliique obtruserant nobis, *Marius ubi confecto negotio.* GRUT.

Quo intenderat. Pal. sec. *quod*, tert. *cui*, caeteri stant a vulgatis. Gruter.

Illos et Sullam venire iubet. Legendum e vetustioribus, *illosque et Sullam.* quomodo fere historici. Rivius. — Sic MSS. Rivii: nam edd. primae et novissimae, *Sullam ab Utica venire iubet.* quibus item accedunt Pall. omnes praeter octavum, quod falsissimum est. Cirtae enim relictus Sulla, ut supra auditum, non Uticae. Gruter. — Sic male Ar. Reg. Venetae. Wasse. — In nostris manuscriptis locus hic mansit incorruptus. ita enim illi habent: *Illosque et Sullam ab Utica venire iubet.* praeter enim priscorum codicum auctoritatem sunt etiam rationes, quibus hanc esse sinceram lectionem confirmare possemus. Castil. — *Iubet* in marg. et 2. manu Pemb. Wasse.

Itemque L. Bellienum. Aliter: *L. Belligerum.* Prior lectio non displicet. fuit is fortasse pater *L. Bellieni*, de quo Cicero Phil. II. mentionem fecit. legimus etiam in excusis quibusdam libris *L. Belliginum.* Castil. — Fuit hic L. Bellienus avunculus Catilinae, ut testatur Asconius, et ego supra indicavi. Coler.

Ab Utica ad se venire iubet, itemque L. Bellienum praetorem Utica. Haec verba cum in omnibus libris corrupte et mendose legerentur, magna occurrit viris doctis dubitandi caussa, Uticaene, an Cirtae Sulla fuerit, quando Bocchi regis legati a Numidis circumventi spoliatique ad eum venerunt. Boetius Hedio Elostanus, eruditus homo, Sullam Uticae fuisse putat, qua quidem coniectura nihil verius excogitari potest. Nam inspectis duob. MSS. codd. *ab Utica* in iis scriptum fuisse reperi, ut amplius de huius loci integritate dubitari non debeat. C. Popma. — *Ab Utica* 2. MSS. C. Popmae. Ita legendum. Coler. — *praetorem Utica.* Sic Pal. sec. nam tertius quint. sex. ea voce destituuntur; sept. *Uticae*, quod placuit Carrioni, non necessario; nam nostrum potius esse liquet ex Pal. octavo, qui habet *ab Utica*, quod nimirum scriba vidisset ea esse terminatione dictionem, quae requireret praepositionem. Gruter.

Praeterea omnis undique etc. Haec ita legenda censeo: *Praeterea omnes undique Senatorii ordinis, quibuscum mandata Bocchi cognoscit. Legatis potestas eundi Romam fit ab COS. Interea induciae postulabantur.* Ita habent codices. quamquam non omnes omnia, sed singuli tamen aliquid ad plenam lectionem eruendam profuerunt. Duo itaque
873 regis erant postulata, alterum de * legatis mittendis Romam, alterum de induciis interea dandis, de quibus nunc consultatur. Sive igitur *ea*, sive *eae* legas, nihil refert. *ea* enim referet *postulata: eae*, *induciae*. nam legatis potestas eundi Romam iam facta erat. Glarean.

Et a Consule. Abest quidem postremis editionibus vocula *et*, sed servant tamen primitus cusi, tum MSS. omnes. Gruter. — nostri fere agnoscunt, sed habetur infra, Wasse.

Pauci ferocius. Ita MSS. omnes et olim editi, absque quibus fuisset, retinuissem lectionem aevi medii *pauci vero ferocius;* ut *vero* esset non adverbium, sed nomen, pro *aequo ferocius.* Gruter.

Ignari rerum humanarum, quae fluxae et mobiles semper in adversa mutantur. Sic plerique sunt fortuna dulci ebrii, quos idcirco graviter compellat Seneca lib. de vita beata cap. 28. *Hoc vos non intelligitis et alienum fortunae vestrae vultum geritis; sicut plurimi, quibus in circo aut in theatro desidentibus iam funesta domus est, nec annunciatum malum. At ego ex alto prospicio, quae tempestates aut immineant vobis, paulo tardius rupturae nimbum suum; aut tum vicinae, ut vos ac vestra rapturae sint, si propius accesserint.* Rupert. — *Semper in advorsa mutant.* Ita fecimus, cum prius vitiose legeretur *mutantur.* Ita supra: *Quae quia mortis metu* mutabant, *sicuti regi lubuit, pax convenit.* Varro de L. L. *In priore verbo graves prosodiae, quae fuerunt manenti, reliquae mutant.* Idem lib. VI. Rerum Divinarum: *Inter duas filias regum quid* mutet, *inter Antigonam et Tulliam est advertere.* Sic in Catilina *convertit* absolute ponitur, pro quo male Ciacconius substituerat, *in superbum dominationem se convertit;* nam *convertit* illic ita ponitur, ut hic *mutant.* Supra: *benefacere ex consuetudine in naturam vertit.* Putsch. — *semper in adversa mutantur.* Sic rursus octo MSS. non, *saepius in adversa*, quod extat in vulgatis patrum aevo exemplaribus, non *mutant*, quomodo novissime cusi. adblanditur tamen animo *saepius*, aut *saepe*, ut est in Bongarsiano. Gruter. — Pro *saepius* in 8 MSS. Gruteri *semper.* sic Ar. Reg. Bad. Pemb. Oxonienses, Venetae, $\gamma$. $\lambda$. sed in $\lambda$. a manu sec. et pro V. Lect. *saepius.* ita etiam Bongars. eos sequor. Tam Gruteriani quam nostri *mutantur*, quod vel ingratiis retinendum. Wasse.

Tres Romam profecti cum. Sic MSS. meliores, electo *sunt*, quod neque in editionibus primis. Gruter. — nec in R. Venetis aut Bodl. Wasse.

Cn. Oct. Rusone. Ita Pal. quart. nam alii aut *Ruffone* aut *Rufone* vel *Rufo.* Gruter. — $\lambda$. *Rufino.* Wasse.

Qui Quaestor stip. adportaverat. Sic Pal. sec. quippe reliqui adiectis vocibus binis, *stipendium in Africam portaverat*, superflue. Gruter. — Hic non erat Marii Quaestor, sed eius qui Africam provinciam cum imperio obtinebat. nam Sulla Quaestor Marii erat, ut supra retulit Sallust. Ciaccon. — Vide Sueton. in Nerone cap. 60. et Sigonium ad Liv. Wasse.

* Studium Sullae etc. Mirum quare *libens* omissum in Ald. Cod. 374
Glarean. — Abest quidem Pal. sec. vox *lubens*, sed servatur a caeteris, et agnoscit praeterea editio prisca, habetque suam venerem, ideoque reduxi in exilio pulsam a Carrione eiusque satellitibus. Gruter. — agnoscunt Pemb. Ar. Reg. L. 2. $\lambda$. $\gamma$. sed intra lineas, Mart. Venetae. Wasse.

Deprecati sunt. In Veneto, Beroaldino, ceterisque vetustioribus, *deplorati sunt*, pro eo quod est, *conquesti sunt.* ut sit antiquo more dictum. quomodo et alias Sallustius *comperior* pro *comperio* dixit, *punior* Cicero pro *punio.* cuiusmodi apud eundem *assentire* et *assentiri*, *revertere* et *reverti*, *impertire* et *impertiri*, *remunerare* et *remunerari*, *elucubrare* et *elucubrari.* et quae Fabius observavit, *luxurior*, *luxurio*, *fluctuor*, *fluctuo*, quae utroque modo efferri testatur lib. IX. capite de figuris verborum.

Liv. X. dec. IV. *Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt,* inquit. Cicero fere altero utitur. Quin et *communicor* Livius pro *communico* dixit IV. ab U. C. *Nec adversarum rerum quaerere socios, cum quibus spem integram communicati non sint.* pro, *non communicaverint.* Sed et Gellius *feneror*, *fenero*, *pigneror* et *pignero* dici eodem significatu annotavit. Quemadmodum Priscianus, *populo*, *populor*, *bello*, *bellor*, *mereo*, *mereor*, atque hoc genus alia. Suetonius quoque in Aug. *multatus est* pro *multavit* dixit. *Impertiri* Terentius pro *impertire.* Talia sexcenta fere ab antiquis Grammaticis recensentur. Mihi quidem certe sensus ipse repudiare vulgatam lectionem videtur; neque quisquam unquam sic est, quod sciam, locutus, *deprecari aliquem errasse*, *et alterius scelere lapsum*, sed *deplorare* potius et *conqueri;* nisi quis forte violentam aliquam comminisci et afferre interpretationem velit; ut, postquam regis errorem excusarunt, et culpam omnem in Iugurthae scelus averterunt: vel, postquam hac usi deprecatione sunt, ut et errorem faterentur atque agnoscerent regis, et culpam in Iugurtham conferrent. nam sic fere deprecamur: *erravit*, *lapsus est*, *temere fecit*, *poenitet.* haec atque talia perfacile quis comminisci posset. Expendat qui volet hunc locum diligenter; et si cuius modo in literis iudicii est, verisimilem esse coniecturam nostram fatebitur. Quin et in manuscripto quodam est in spatio, quod versus dirimit, supra scriptum: vel, *deplorati sunt:* unde propemodum colligo, locum esse depravatum. Rivius. — In Veneto, Beroaldino ceterisque vetustioribus *deplorati sunt* scriptum esse testatur Rivius. Quod verbum a Sallustio non abhorrere videtur. Plautus Amphitruone:

*Postridie in castra ex urbe ad nos veniunt flentes principes:*
*Velatis manibus orant ignoscamus peccatum suum.*

Coler.

Ita plane [*deprecati sunt*] Pall. septem, non *deplorati*, quod extat in vetuste editis et Pal. octavo. Gruter. — E nostris L. 1. 3. *deplorati*, reliqui *deprecati.* Wasse.

Petentibus hoc modo respondetur: Senatus et pop. Rom. beneficii et iniuriae memor esse solet: ceterum etc. Maluissem: *petentibus respondetur*, *Senatum populumque Rom. beneficii atque iniuriae memorem esse: ceterum Boccho poenitenti facere delicti gratiam: foedus et amicitiam daturum, cum meruerit.* Gruter. — Scriptus: *Senatum et populum R. beneficii et iniuriae memorem* (esse) *ceterum Boccho, quoniam poenitet, delicti gratiam facit; foedus et amicitiam dabuntur* (forte *dabit*) *cum meruerit.* Putsch. — Xenophon Exped. V. 207. Ἀλλὰ μὴν καλόν γε καὶ δίκαιον καὶ ὅσιον τῶν ἀγαθῶν μᾶλλον ἢ τῶν κακῶν μεμνῆσθαι. Liv. VII. 20. *Movit populum non tam caussa praesens quam vetus meritum, ut maleficii* quam beneficii *potius* immemores essent. VIII. 2. *adeo* iniuriae *Samnitium quam* beneficii *Romanorum* memoria praesentior *erat.* Wasse.

375 * Ceterum Bocchi. Incerta distinctio est in *delicti.* ad utrumque enim referri potest, *poenitet delicti*, et *gratiam delicti facit.* plusculum gratiae habet ad sequens relatum, ni iudicio fallor. Glarean. — Non

dubium est quin distinguendum sit omnino: *poenitet*, *delicti gratiam facit*. Ita semper eius aemuli solent; in primis Ambrosius Ep. IX. 70. *Nec tamen Sampson populis Palaestinorum* delicti gratiam fecit. Noster Cat. 58. *qui mihi atque animo meo nullius umquam* delicti gratiam fecissem. ubi plura exempla adduximus. et III. 14. *quibus* belli Lepidani gratiam fecerat. Livius: *Omnium tibi, Appi Claudi, quae impie nefarieque per biennium alia super alia es ausus*, gratiam facio. *Gratia* quandoque pro *venia*, et *gratiam dare* absolute pro *veniam dare* ait in III. Divin. Cicero, et *petere gratiam* pro *veniam petere* Plautus Stich. Sed *facere gratiam* ἁπλῶς pro *veniam dare* frustra quaeras. WASSE.

DABUNTUR. Reg. *dantur* et *meruit*, *foedus et am.* iunctim etiam cap. 79. et alibi. Sulp. Severus Hist. Sac. II. 23. *Hoc regnante, primum Iudaei a P. Rom.* amicitiam foedusque *petiere*. Infra: *communibus negotiis*. Reg. c. *bonis*. λ. *cum omnibus*. Reg. Pemb. γ. omittunt *de*, L. 2. vero *negotiis*. WASSE.

## CAP. CXIII.

IS MISSUS CUM. Mirum hic Sullam cum praesidio mitti, qui antea cum A. Manlio apud eundem regem fuerat, nulla praesidii facta mentione. An quia tum recens facta strages Iugurtham cohibebat, quae nunc non cohibet? Sed et illud *funditorum Baleariorum* κατ' ἐπεξήγησιν dictum est. Continuo post: *Praeterea iere sagittarii*. Aldinus Codex omisit *iere* verbum; temere, meo quidem iudicio. GLAREAN.

FUNDITORUM BALEARIORUM. Rectius in aliis libris, *funditorumque Balearium*; eos enim nominat Caesar de Bello Gall. lib. II. et Plinius lib. III. cap. 5. ait: *Baleares insulas funda fuisse bellicosas*. Funda autem ibi, ut ait Servius, reperta est. A. MANUT. — Sic proxime MSS. nempe *Baleatorum*, quemadmodum et olim impressi. *Balearium* Carrionis in nullo invenitur exemplari. GRUTER. — *Baleariorum* Salmas. ad Florum II. 13. BROUKH.

PRAETEREA IERE SAGITTARII ET COHORS PELIGNA. Τὸ *iere* perperam est in Gymnico omissum, cum sit in manuscriptis atque impressis vetustioribus. RIVIUS. — *ire*. WASSE. — De hac cohorte vide Livium lib. LIII. COLER.

CUM VELITARIBUS ARMIS. Quae Polybius facit μάχαιραν καὶ γρόσφον καὶ πάρμην. hoc est, *gladium*, *hastam*, *parmam*. Varro περὶ φιλαργυρίας·

*Quem sequuntur cum rotundis velites leves armis.*

Isidorus lib. XVIII. *Velitum pugna erat, ut ultro citroque tela obiectarent. Erat autem eorum varia pugna, et spectantibus gratior, quam reliqua. Velites autem vocati sunt, sive a volitatione, sive a civitate Hetruscorum, quae Veletes vocabatur.* Sed hi velites magis ludiones quam milites erant. Deinde non constat, opinor, de illa civitate Hetruriae cuiquam. Sidonius Apollinaris de hoc ludicro lib. VII. epist. 2. *Habetis historiam iuvenis eximii, fabulam militiae velitriciae*. COLER. — Pal. sec. *velitariis*. GRUTER.

ITINERIS PROPERANDI CAUSSA. Sic infra: *properato itinere.* Taci-
376 tus Annal. I. *Inoffensum iter * properaverat.* et: *Continuumque die noctuque iter properabant.* CIACCON.

ADVORSUM TELA. Ita MSS. editioque prima, non *advorsus*, quod eodem quidem redit, sed redonanda auctori sua lingua quantum potest. GRUTER. — * sic R. L. 2. Pemb. λ. γ. WASSE.

QUOD EA LEVIA SUNT, MUNITI ERANT. Videtur dicere, hos qui velitaria portant arma non secus atque alios munitos adversus tela hostium, quod et ea levia sint. CIACCON. — Legendum censeo, *Neque hi secus atque alii armis* etc. URSIN. — Syllepsis per genera et num. perperam Ursin. Sensus est, Pelignos aeque his levibus armis, ac si alia et graviora haberent, fuisse munitos adversus tela hostium, quoniam et illa tela item sint levia. Noster in Orat. ad Caes. *Caetera multitudo alius alium secuti.* sic doctiss. Periz. ad Sanctium pag. 882. WASSE. — Tò *erant* non est in ullo manuscripto, ac citra detrimentum sensus abesse poterit. ne Beroaldinum quidem habet. RIVIUS.

ALIISQUE OMNIBUS NUMERUM AMPLIOREM. Pal. antiquior, addita voce, *omnibus nostris.* et vero eam malim heic conspici, quam alteram *omnibus.* GRUTER. — Nostri a vulgatis stant. vox *vero* abest Regio. et pro *quinto* λ. *quarto.* WASSE.

AMPLIOREM VERO. Tacitus et Livius *maiorem vero* solent dicere. CIACCON.

IGITUR SE QUISQUE. Tacitus Hist. IV. *Quidam* expedire *arma, telisque tanquam in aciem accingi.* et Livius lib. XXXVIII. *Et* expedire *tela, animosque equitibus iussis.* et ibidem: *Qui tela equosque expedivissent.* Videndum igitur an scribi debeat: *Igitur pro se quisque* expedire *arma, telaque tentare.* CIACCON. — Grut. *impedire*, operarum forte incuria. Pemb. *tentare, temperare, intendere.* Glossae: *intendit*, ἐπιτείνει, τέφει, κοσμεῖ. forte legendum στέφει, hoc est, κοσμεῖ apud Hesychium. intendere, opinor, aptare telum ad iactum amento. et κοσμεῖ non tantum detergere, sed amento circumdare, coronare, ligare. ut apud. Virg.

— intendere vincula *collo.*

vel etiam dirigere in adversum hostem. Cicero de Prov. Cons. *Quum omnia* tela *undique esse* intenta *in patriam viderem.* Virg. Aen. IX.

— *celerem* intendisse sagittam.

*Ievell'd.* alibi:

*Non ut* tela *tamen, non ut* contenderet *arcum,*

et:

— spicula tendere *cornu.*

Morem tangit Ovidius Met. VII.

*Ad iaculi vertebar opem: quod dextera librat*
*Dum mea; dum* digitos amentis indere *tekto* etc.

Tentare autem est explorare manu aciem, quomodo bucca calamum solent scripturientes. totius rei imaginem exhibet vetus poëta:

*Quum inter sepultos Priamidas nocte et mero*
*Danai relaxant clostra et effundunt viros,*
Temptant in armis se *duces, ceu uti solet*

*Duro remissus Thessali quadrupes iugo*
*Cervicem, et altas quatere ad excursum iubas,*
*Gladios retractant, commovent orbes manu,*
*Bellumque sumunt.*

Repens terror idem fere praestat apud Silium VI.

*— vox horrida fertur:*
*Hostis adest*, iaciuntque sudes *et inania* tela.

VI.

*At socii* renovant tela, *arentemque cruorem*
*Ferro detergunt*, *et* dant mucronibus iras.

Confer item Tacitum Hist. I. 69. et III. 31. Wasse.

* Sed spes amplior — et advorsum eos, quos saepe vicerant. 377
Haud cuivis apparet mucro verborum, quo impetuntur Troiani nunc a Turno, nunc a Romulo Virgilii: hoc vocante, *bis victam gentem*; illo, *bis captos Phryges.* Eo quippe est acumine, ut omnia penetret, adimatque adeo Troianis istis aures, oculos, vocem, manus. Cunctis enim persuasum, si una alteraque pugna aliquem superassent, superasse eundem omnibus. Ratio potissima in fama, in timore; cuius utriusque vim detegit Gruterus discursu XV. ad V. Hist. Taciti cap. 16. illa: *Superesse, qui fugam animis, qui vulnera tergo ferant.* Adde Berneccer. ad Iustini lib. VI. cap. 4. §. 12. lit. g. Rupert. — In Veneto ceterisque vetustioribus est, *quippe victoribus, et adversum eos quos saepe vicerant.* addita videlicet illa *et* copula omissoque participio *pugnaturis.* id quod perperam est in recentioribus additum, cum non sit in manuscriptis. Fuit credo, qui non habita ratione breviloquentiae Sallustianae, deesse aliquid suspicaretur; is de suo forsan participium addidit ad sensum absolvendum, quem imperfectum esse putaret; id alias quoque factum, non raro est a nobis animadversum et interdum annotatum. Rivius.

## CAP. CXIV.

Se a patre Boccho. Antea vitiose legebatur, *dicitque se a patre Boccho*, et infra: *dicitque a speculatoribus cognitum.* nos eiecimus. quam saepe haec talia deliramenta ex scriptorum vitio in textum irrepserint, nemo paulo humanior ignorat; in scriptis haec talia ubique fere inculcantur. Catilina: *omnia uti gesta aperit, se paucis diebus*, scripti male: *dicitque se.* Deinde: *praeterea ab incenso Capitolio.* scripti: *praeterea docebat*; male. et locis praeterea infinitis. Vitiose haec leguntur apud Servium V. Aeneidos, quem ex hoc emendes licet. Putsch. — MSS. *dicitque sibi.* Wasse.

Diei vesper erat. Haud aliter MSS. non tamen refugerim *die.* Gruter. — Lego: *et die vesper erat.* ut alibi: *vix decima parte die reliqua.* Agellius lib. IX. cap. 14. Emendo Ovid. lib. VI.

*Utque fide pignus dextras utrasque poposcit.*

sic enim in blattaria membrana. Coler. — Nostri *diei.* Proxime hanc formam Liv. VII. 8. *Castrum oppugnatione, quia* serum erat diei, *abstinuere.* Tacit. An. II. 21. *Iamque* sero diei *ex acie subducit legionem*

*faciendis castris.* *serum* et *sera* idem sonant ac vesper. Glossarium: ἑσπέρα, sera, vespera, crepusculum. Q. Septimius III. 8. *Sed postquam magis magisque fatigabatur*, et diei vesper erat. XX. *Postquam certandi praemiorumque finis factus*, et iam diei vesper erat. Thucydides IV. 25. ὈΨΈ τῆς ἩΜΕΡΑΣ. E contra habes apud auctorem de B. Afric. *mane diei.* apud Ammian. XXXI. 12. *Exoriente vero* aurora diei. vox denique *diei* ita abundat, ut apud Apuleium Apol. II. *anni: hiems anni.* Wasse.

Pavens Sullam adcurrit. Ita Pal. sec. eiecta praepos. *ad*, et placuit. editio prima, *pavens ad S. occurrit*, quod etiam in Pal. 6. 7. 8. Gruter. — Nostri *ad Sullam.* Incerto vultu, j. e. *mobili.* Cicero Cluent. LIV. *Timor eius, perturbatio,* suspensus incertusque vultus, *crebra* coloris mutatio, *quae erat antea suspiciosa*, *haec aperta ac manifesta faciebant.* Apuleius hinc explicatur. Mil. IX. pag. 177. *puer* mobili *et* trepida *facie percitus.* Pricaeus ait, ignorare quid sit, ideoque reponit
378* *ignobili*; imo distinguendum, *p. m. et t. facie, percitus.* ipse rem describit Met. X. 217. *ingens exinde verberonem corripit* trepidatio: *et* in vicem humani coloris succedit pallor infernus. Homeri verbis:

— τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλη.

Eius contrarium quando ora manent. Manil. V. 453.

*Non dabit in lusum mores;* facit ora manere;
Frontesque *ac vultus componit pondere mentis.*

τῷ αὐτῷ προσώπῳ. Themist. Orat. III. et τὸ μειδίαμα ἙΣΤΗΚΟΣ καὶ ΟΥ ΜΕΤΑΤΡΕΠΟΜΕΝΟΝ. Senec. Med. 937.

— *ora quid lacrimae rigant?*
Variamque, *nunc huc ira, nunc illuc amor*
*Diducit?* anceps aestus incertam *rapit?*

Idem Herc. 249.

*Nec* unus habitus durat, *aut* uno fuit
*Contenta* vultu, *nunc inardescunt genae.*
*Pallor ruborem pellit*, *et* formas dolor
Errat per omnes. *Queritur, implorat, gemit.*

Sulpicius Dial. III. 15. *Trementibus labris,* incertoque vultu *decolor, prae furore rotabat verba.* egregie poëta:

— *subito non* vultus, *non color* unus.

Lucan. V. 213.

— *nunc* vultu pavido, *nunc torva* minaci,
Stat numquam *facies.*

Euripid. Iphig.

ΟΥ ΤΑΥΤΑ ΜΟΡΦΗΣ ΣΧΗΜΑΤ', ἀλλ' ἠλλάσσετο
φθόγγας etc.

Seneca Troad. III. 523.

*Adest Ulysses; et quidem* dubio *gradu*
Vultuque *nectit pectore astus callidos.*

Statius Theb. X. 160.

*Impatiensque Dei, fragili quem mente receptum*
*Non capit, exundant stimuli, nudusque per ora*

*Stat furor, et trepidas* incerto sanguine *tendit,*
*Exhauritque genas.*

Infra: *ille animo* etc. *pertimesceret.* citat Nonius pag. 425. illaque *virtuti suorum S. c.* Servius ad Eclog. II. WASSE.

DICITQUE SIBI EX SPECULATORIBUS. Ita MSS. omnes, non, *a speculatoribus*, ut habent editi. Carrio exclusit *sibi*, alii etiam *dicitque*, tam heic quam capitis huius initio; nec reprehendo; mihi tamen non libet esse tam licentioso, non iubentibus, non permittentibus ullis libris. GRUTER. — Nostri fere *ex sp.* Mart. tamen et Venetae *a sp.* item *dicitque* retinent. Pemb. Ar. Reg. L. 3. Marckii γ. λ. et L. 2. *audiens* vel *udiens.* omnes praeter λ. servant *sibi.* Vide notas ad Iug. XCV. WASSE.

CERTA PESTIS. L. 2. *pestis certa.* Sulpicius II. 13. *etsi* certa pestis *adesset.* pestis pro *morte.* Ita Virgilius Aen. IX. 327.

*Sed non augurio potuit depellere* pestem.

Livius: *Ibant unius familiae viribus Veienti populo* pestem *minitantes.* Inde qui fatum aliis properant aut damna inferunt *pestes* audiunt. Noster cap. 33. *Postquam illa* pestis *ex Africa eiecta est.* Sophocles in Aiace Fl. ὁ λυμεὼν ἐμός. Confer Senecam Praef. ad N. Q. Terent. Adelph. II. 2. Trebellium vita Trebel. cap. 1. Hegesipp. I. 1. *ut quorum obiectu* poenam *evaserat, eos iugulari iuberet.* intellige poenam ultimam, et legendum *pestem*, ut membranae C. C. C. et ita loquitur II. 10. ubi Codex B. Pub. *futuram.* alterum scilicet alterius interpretamentum. Hoc pacto apud Martial. II. 9.

*Debet Aricino conviva recumbere* clivo.

MS. C. C. C. *lecto;* quomodo legendum. Lactant. III. 4. ed. Cantab. 1685. *Spartiatae illi poetarum.* at MSS. et vetuste cusi *Sparti.* recte. Respicit ille M. Varronis Human. XXV. Σπάρτους, *qui dicuntur in agro Thebano nati.* Vid. Apollodor. III. Ammian. XX. 9. WASSE. — Vid. Victorius XV. Var. Lect. 2. BROUKH.

MANSURUM POTIUS, QUAM PERDITIS. *Proditis* veteres habent codidices, et magis quadrat. Paulo post vero cum ait, *Iugurtham ante eos consedisse*, *ante* loci est, non temporis: et significat, * ita ante eos con- 379
sedisse, qui eos praevenerit in itinere, quasi iter ad regem Bocchum impediturus. Illud vero mirum, quod scire cupiam, quomodo lectori persuadere velit auctor, ut credat Sullam cum suis tam facile Iugurthae castra penetrasse; Iugurthamque dubium haesitasse, nec ausum quicquam adversum eos, qui nihil non audebat, mihi vix fit verisimile. Rursus: *Ea res uti in tali negotio probata.* Alii legunt, *Ea res uti in tali negotio solet, probata est.* Mirum vero et illud, auctorem ne uno quidem verbo meminisse loci vel superius vel hoc in loco, ubi Bocchus ac Sylla convenerint. GLAREAN. — In vetustioribus est *proditis* pro *desertis*; ita et sententia postulat; nam Maurus Sullam uti clam secum noctu profugeret hortabatur; id Sulla facturum negat, quod turpe sibi duceret, proditis ac desertis iis, quos ducebat, fuga salutem petere. In hoc significatu Cicero: *Quem ego sum secutus*, inquit, *is me deseruit ac prodidit.* et Caesar, *Deserite*, inquit, *milites, si vultis, aquilam atque hostibus pro-*

*dite.* Idem II. de Bello Civili: *Desertos enim se ac proditos a vobis dicunt.* Rivius.

Quam turpi fuga. Vide notam ad huius historiae cap. 38. §. 4. Rupert.

Forsan post paulo morbo interiturae vitae. Iulianus ap. Amm. Marcellinum lib. XXV. cap. 10. *ex vulnere moriens, sempiterno Numini gratias agit, quod non longa morborum asperitate sibi decedendum esset.* Sic et alii heroës passim in historiis. De Philippo Macedone ap. Oros. lib. III. cap. 4. de Iulio Caesare apud Tranquillum invenies huiusmodi mortem, ut honestiorem, praetulisse. Certe Homero quoque *pura mors* eorum vocatur, qui ense occiduntur. Vide Eustath. in X. Odyss. adde Freinsh. ad Curt. lib. III. cap. 5. §. 5. Rupert. — *Paullo post morbo.* De eo ordine harum particularum vide notas nostras ad Livium XXII. 60. Gronov. — Ita MSS. estque elegantius ad aures quam *post paullo*, ut editum aliis. Gruter. — Nostri *post paullo.* et sic auctor Cat. XVIII. LX. LXXIV. LXXVII. et de Rep. ord. Alteram posituram adhibet Cat. XXIX. LI. Iug. XL. id quod perpetuo facit Q. Septimius. at *post paullo* Liv. XXII. 60. Horat. I. Ep. 6. aliique. caeterum illud *morbo* supra versus et a manu sec. exhibet Reg. marg. a manu 1. Pemb. λ. *post paulo modo. γ. notiores* pro *tut.* fort. pro *potiores.* sententia apud Homerum Iliad. M. 322.

> Ὦ πέπον, εἰ μὲν γὰρ πόλεμον περὶ τόνδε φυγόντε,
> Αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε
> Ἔσσεσθ', οὔτε κεν αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μαχοίμην,
> Οὔτε κε σὲ στέλλοιμι μάχην ἐς κυδιάνειραν·
> Νῦν δ', ἔμπης γὰρ Κῆρες ἐφεστᾶσιν θανάτοιο
> Μυρίαι, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι,
> Ἴομεν.

Ad hunc modum et Pindarus Olymp. A. ἐπῳδ. γ'. κω. ἐγ.

> — Θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα.
> Τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ
> Καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων
> Καλῶν ἄμμορος.

Anonymus, forte Tyrtaeus, apud Stobaeum:

> Πολλάκι δηϊοτῆτα φυγὼν καὶ δοῦπον ἀκόντων
> Ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου.

Demosthenes de Corona pag. 326. Ὑπὲρ εὐδοξίας καὶ τιμῆς, ἦθελον τοῖς δεινοῖς αὐτοὺς διδόναι, ὀρθῶς καὶ κακῶς βουλευόμενοι. Πέρας γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. Xenophon Exped. III. 299. ἐντεθύμημαι δ' ἔγωγε ὦ ἄνδρες καὶ τοῦτο, ὅτι ὁπόσοι μὲν μαστεύουσι ζῆν ἐκ παντὸς τρόπου ἐν τοῖς πολεμικοῖς, οὗτοι τε καὶ αἰσχρῶς ὡς ἐπιπολὺ ἀποθνήσκουσιν. Lucan. IV. 480.

> *Omnibus* incerto venturae tempora vitae
> *Par animi laus est, et quos* speraveris annos
> Perdere, *et extremae momentum abrumpere lucis*
> *Arcessas dum fata manu.*

Q. Septimius IV. 15. *Neque cuiquam super fatum vivendi concessam*

*legem: turpem namque ac detestandam viris fortibus conditionem senectae, contra imbellibus optabilem.* Vide Philippi verba apud Oros. III. 14. Nostrum I. 7. Silium XIV. 630. Infra: *quanto sibi minus pepercissent, tanto tutiores fore.* Supra: *Videre fugientes capi aut occidi, fortissumum quemque tutissimum.* et in Catil. *semper in * proeliis iis maximum est pe-* 380 *riculum, qui maxime timent;* audacia pro muro *habetur.* Vid. Liv. XXII. 5. Homerus Iliad. ε. 531.

*Αἰδομένων ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται·*
*Φευγόντων δ' οὔτ' ἄρ' κλέος ὄρνυται, οὔτε τις ἀλκή.*

Simonides:

*'Ο δ' αὖ θάνατος ἔφικε καὶ τὸν φυγόμαχον.*

Quod expresserunt Seneca Troad. Curt. IV. Democritus dixit: τοὺς ἀνθρώπους φεύγοντας τὸν *ΘΑΝΑΤΟΝ ΔΙΩΚΕΙΝ.* Synes. Ep. 113. Ἐν πολέμῳ δρῶ τοὺς περὶ πλείστου ποιουμένους τὸ ζῆν, καὶ ζῶντας, ὅσοι τοῦ ζῆν ἀπεγνώκεισαν· κἀγὼ *ΜΑΧΗΣΟΜΑΙ* ὡς *ἈΠΟΘΑΝΟΥΜΕΝΟΣ* καὶ οἶδ' ὅτι *ΠΕΡΙΕΣΟΜΑΙ.* Ephori ad Leonidam ibid. *Μαχέσθων ὡς τεθναξόμενοι, καὶ οὐ τεθνάξονται.* WASSE.

IN CASTRIS, IGNESQUE QUAM CREBERRIMOS FIERI. MSS. *ignesque in castris quam creberrimos fieri.* CIACCON. — *ignesque creberrimos fieri.* Ita quidem Aldi editio et sequentes; at illud *quam* non magis patet in olim cusis quam MSS. Pall. primoribus. nam posteriores nonnulli quoque, *ignes quam creberr.* GRUTER. — L. 2. omittit *quam.* caeteri agnoscunt. WASSE.

SILENTIO. *Cum silentio* Ar. male et contra MSS. Liv. omittit *cum* XXI. 47. Q. Septim. II. 44. Cicero, alii. WASSE.

ANTE CONSEDISSE. Ita Pal. sec. alii enim adsentiuntur vulgatae editioni *ante eos consedisse.* GRUTER. — Nostri omnes retinent *eos.* WASSE.

QUOD POSTQUAM AUDITUM EST. Videtur frustum inepti glossatoris. GRUTER.

## CAP. CXV.

EXISTUMABAT. Est in Pall. sec. quart. sext. *aestumabat.* GRUTER. — *aestimabat* R. WASSE.

SAEPE ANTE PAUCIS STRENUIS ADVERSUS MULTITUDINEM BENE PUGNATUM. Vide notam ad Catil. cap. 53. §. 3. RUPERT. — *Advorsum.* sic Reg. λ. Pemb. Grut. aliique *advorsus.* Sulp. Severus H. Sac. II. 22. *Saepe antea a paucioribus* adversum *plures* bene pugnatum. Lege, *antea paucis.* WASSE.

NEC QUEMQUAM DECERE QUI MANUS. Sic MSS. non ut fere publicati, *nec decere quem manus*, aut, *nec quemquam decere quem manus*, ut habet editio princeps. GRUTER. — L. 2. L. 3. WASSE.

NEC DECERE. Ita antiquus liber, et Nonius adducens hunc locum in *Inermis* pag. 492. Infra: *Adversum Deos penates manus armare.* Sumtum locum ex III. Paedias. Cyri annotavit Victorius * II. cap. 2. *Μω-* 381 *ρὸν γὰρ τὸ κρατεῖν βουλομένους τὰ ΤΥΦΛΑ τοῦ σώματος καὶ ἄοπλα καὶ ἈΧΕΙΡΑ ταῦτα ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις φεύγοντας.* CIACCON. —

*Metu* abest Lactantio Comment. ad Statii Theb. VII. pag. 327. forte Noster: *maxume omnium*, *nudum* etc. sed potiores Codd. omittunt vocem *maxume*. WASSE.

AB INERMIS PEDIBUS. Antea, *inermibus*. ego *inermis* reposui ex Nonio haec recitante in commentariolo *de mutata declinatione*. Facile autem est coniicere, homines imperitos, antiquae vocis insolentia offensos, supposuisse aliam, quae ad illius similitudinem proxime accederet. A. MANUT. — Citat Nonius quoque. In MS. est *peditibus* pro *pedibus*. Sed illa lectio vulgata argutior est. Sumtum hunc locum ex III. *Παιδ*. Cyri annotavit optimus et doctissimus Victorius lib. II. Variar. cap. 2. Supra de Numidis: *Nam ferme Numidas in omnibus praeliis magis pedes quam arma tutati sunt*. COLER.

CAECUM CORPUS. Hoc est, inquit Soldus, inerme. non habens respectum quo se praecipitet, Badius; atque eadem fere Crispinus. caecum corpus est tergum; quod quidem aut hostem prospicere aut tela declinando vitare nequit; nemo enim adeo oculatus, ut videre simul valeat πρόσσω καὶ ὀπίσσω. adeo necesse est ut illi semper lateat manticae quod in tergo est. Loquendi modus ex Xenophonte Cyrop. III. Μωρὸν γὰρ τὸ κρατεῖν βουλομένους ΤΑ ΤΥΦΛΑ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ καὶ ἄοπλα καὶ ἄχειρα ταῦτα ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις. Hinc *caecum vulnus* quod *averso* infligitur, teste ad Aen. X. Servio. ita enim legendum, non *adverso*, uti habet editio qua iam utor Basil. 1613. sic enim poëta:

> *Atque idem* fugientem *haud est dignatus Oroden*
> *Sternere, nec iacta* caecum dare *cuspide* vulnus:
> Obvius *adversoque* occurrit.

Sed etiam et illi caecum corpus ad hostem vortunt, qui ita sub armis delitescunt, ut omnis conspiciendi hostem facultas adempta sit. Xenophon Hist. II. pag. 473. Φυλαττόμενοι δὲ δραπετεύσουσιν ἀεὶ ὑπὸ ταῖς ἀσπίσιν, ὥστε ἐξέσται ὥσπερ ΤΥΦΛΟΥΣ καὶ τύπτειν ὅπου ἂν βουλώμεθα. Sed Noster item *nudum* vocat, iuxta Thucydidis, ΤΑ ΓΥΜΝΑ πρὸς πολεμίους δούς. V. 10. tergum nempe ex fuga nudatum. Virg. Aen. V. 586.

> *Et nunc* terga fuga nudant, *nunc spicula vertunt*
> *Infensi*.

quae verba ab interpretibus admodum sinistre accepta sunt. *nudare* est avertere arma, quae eidem praesidio fuere. Liv. XXVI. nudata defensoribus *moenia*. Cedrenus: γυμνὸν ἀντιπάλων χωρίον. Quia ex fuga, haerentibus utcunque clypeis, terga nudantur, ideo *tergum* sive *humerus*, et *fuga*, alterum pro altero venire solent. Eleganter Hebraei Psalm. XXI. 13. pones eos *Shekem*, humerum scilicet aversum. hoc est, in fugam dabis. Virgilium et Sallustium sequitur Hegesippus II. 15. Munitior *enim semper est qui* sequitur, *quam qui praecedit: quia hic pectus* tegit, *ille hosti* terga *sua* detegit. WASSE.

IOVEM MAXUMUM OBTESTATUS, UTI SCELERIS ATQUE PERFIDIAE BOCCHI TESTIS ADESSET. Notanda haec reverentia est, quantumvis in stramineos Deos. Silius lib. XV.

*Idem iustitiae cultor, quaecunque capesses,*
*Testes factorum stare arbitrabere divos.*

Huc referenda formula olim recepta, qua DEOS ESSE exclamabant. Livius lib. III. cap. 56. *Dum pro se quisque DEOS esse et non negligere humana fremunt.* et lib. VIII. cap. 6. ait Manlius Torquatus: *EST COELESTE NUMEN, ES MAGNUS IUPPITER.* Rupert.

Ex castris. Adieci *ex*, quod haberent MSS. edd. omnibus hactenus male abfuit. Gruter. — Sic Pemb. λ. Bodl. R. et Grut. *castris ire.* Wasse.

* Ac magis calliditate. Aliquot MSS. *at;* mallem et hoc et illud abiiceretur. Gruter. — *ac magis* in marg. a 2. manu Pemb. confer Septimium I. 9. Regio abest eleganter. Wasse. 382

Credere illum. Pal. quintus, *ut crederet illum*, sext. *credebat illum*, sept. *crederet illum.* Gruter. — *ut crederet* λ. abest *ut* Pemb. γ. *credere* a manu 1. Wasse.

Caeterum, quoniam ingentem multitudinem non haberet, et spes opesque eius omnes ex patre suo penderent. In manuscritis est, *quoniam neque ingentem multitudinem haberet* et quae sequuntur. sicque rectius legitur, ut ego sentio. Rivius. — Sensus loci: quoniam neque haberet magnas copias Iugurtha, et spes opesque eius a patre suo Boccho penderent, in cuius fidem concesserat etc. cum ipse filius Volux testis adesset. caeterum Bodl. omittit *filius.* Wasse.

Quare optimum factum videri. Apuleius Milesia prima: *Optimum itaque factum visum est anteluculo furtim evadere, et viam licet trepido vestigio capessere.* et errat qui in Verisimilibus *horrendum spectatu* pro *spectatum* reponit. Supra Catilina: *Optimum factum credens exercitum augere.* Deinde: *Optimum factum ratus noctem.* et sic reponendum ex libris Rittershusii. Arnobius adversus gentes lib. I. *Incredibile dictum est et caecis obscuritatibus involutum.* ubi male Criticus *dictu.* Symmachus lib. I. Epistola 3. *Difficile factum est ut honor angustis rebus addatur.* quae male mutant viri docti. Putsch. — Pal. sec. alia positura, *quare videri optimum factum*, adeo ut *videri* forsan sit supervacuum. Gruter. — Nostri nihil novant. forte legendum apud Sulpicium II. 45. *opt. factum.* Wasse.

Accesserant. Gruter. *accesserint.* at Reg. L. 2. Venetae *acciderat.* sic λ. Pemb. verum γ. *acciderant.* bene. Wasse.

Quo ire intenderant. Existimo abundare vocem *ire.* Infra: *Quo initio intenderat pervenit.* item: *Quo intenderat, Cirtham rediit.* Ciacc.

## CAP. CXVI.

Oratum et subdole speculatum Bocchi consilia. Quiescere consensu editorum codicum poteramus: absque scriptis calamo esset: *orator et subdole speculator Bocchi consilia. speculator consilia*, ut *speculor consilia.* Nec insolens Sallustio, ut verbi casum det nomini. Lib. III. Histor. *Sed Pompeius a prima adolescentia sermone fautorum*, * *similem se fore credens Alexandro regi, facta consultaque eius quondam aemulus* 383

*erat. Aemulus facta*, quia dicimus, *aemulor facta*. Palmer. — Libri Palmerii: *Orator et subdole speculator Bocchi consilia ierat.* Signatum et antiquum genus loquendi, ut verbi casus nomini detur. Sic lib. III. Hist. apud Nonium: *Sed Pompeius prima adolescentia sermone fautorum similem se fore credens Alexandro regi, facta consultaque eius quondam aemulus erat.* Terentius: *Et id spero adiutores deos.* et idem Phormione: *Et senis essem ultor iracundiam.* Ita enim alibi docui esse corrigendum. Coler. — Ita omnes MSS. sed voce adhuc auctiores, Pal. quidem sec. *consilia venerat*, tert. quart. sext. sept. *consilia ierat*, quint. *consilia audierat*; quae discrepantia ipsam facile convincat mendacii. Gruter. — *ierat* Pemb. Ar. Reg. λ. γ. pro *speculatum* Codex Palmerii *speculator.* Wass.

Et subdole speculatum Bocchi consilia ierat. Adiiciendum hoc est notae ad Iustini XXXI. cap. 4. §. 4. Rupert.

Impar, nam pater etc. Sic Pall. 2. 3. 8. quippe quartus, *quia pater eius ex concubina natus erat*, quintus ac sextus, *nam mater ex concubina nata erat*, sept. *nam mater eius ex concubina orta est.* haec varietas inducit suspicionem, scripsisse Sallustium tribus vocibus minus, *nam pater ex concubina.* Gruter. — *natus* Ar. *nata* λ. *nam eius ex conc. ortus erat* Pemb. in marg. a man. 2. visitur *pater*. vid. Palmerium. de Othone Tacit. Hist. II. 49. Pater *Consularis*, *avus Praetorius: maternum genus impar, nec tamen indecorum.* Hegesip. I. 38. Inferior materno *latere.* Wass. — *Nam mater eius.* Hoc unus excogitavit; sed omnes postea amplexi sunt: credo, quia de materno impari genere dixerat. Recte tamen Thosanus et Bertiniensis: *nam pater eius ex concubina ortus erat.* Impar erat materno genere, quia avia concubina fuerat Masinissae, e qua sublatus pater Dabaris. Quid enim referebat matrem non esse regia stirpe aut ex concubina ortam? quod amplius est, si pater e gente Masinissae legitimus esset. Palmer.

Mauro ob ingenii multa bona etc. In Veneto atque aliis, *ob ingentia facta:* sed utrum rectius, nos in medio relinquemus. Vulgata lectio magis probanda videtur. Rivius. — Observamus in historiis, acerrimi plerumque ingenii multaeque virtutis spurios esse. Critheis furtivo amore gravida facta Homerum peperit apud amnem Mellam; unde eum Mellae filium Arnob. nominat: vel, iuxta Plutarchum, Meletem; unde et primo Melesigenes adpellatus fuit. De Herculis natalibus res notissima est, vel e Plauti Amphitruone. Par ratio Themistoclis, quem Tressa fuisse meretricula natum, auctores sunt Athenaeus et Suidas. Sic Timotheus Atheniensium imperator Cononis ex muliere quaestuaria filius fuit. Quid de Alexandro M. dicam? quid de Aenea? quid de Romulo? Adulterio quoque natus Arturius rex Britanniae verissimus ac fortissimus: ne quis fictum putet a Galfredo Monaemuthensi; licet multa fabulosa historiae irrepserint: quod et fatetur I. Lelandus assertione adversus, non modo Polydorum Virgilium, sed etiam Gulielmum Parvum sive Neubrigensem: cui sane hoc minus habendum fidei, quod et ipse fabulas non paucas historiae suae Anglicae interserit. Et quis nescit

Guilhelmum Conquaestorem, unde Angliae reges, illegitimo toro natum? Rupert.

Quem Bocchus fidum esse Romanis. Verbum hoc postremum quidam tollendum putant. quasi vero nihil referret, essetne Romanis fidus is, cui tantis de rebus negocium committendum erat, praesertim cum fere omnes proximi regis ab Iugurtha corrupti essent. Castil. — Illud *Romanis* non habent omnes codices; nec ad regis commodum quicquam attinebat, eum Romanis fidum esse, sed potius gratum Romanis ac fidum regi. Badius etiam omisit. Paulo post: * *Quo res communis* 384
*licentius gereretur*. *Licentius* Badius exponit *audentius et cum permissione maiore*. Soldus ut notum transilit. Ego sane quid sibi velit, non clare admodum intelligo. Nec illud planum est, cum Bocchus potentior esset Iugurtha, quomodo, nisi per Asparis legati praesentiam, ab eius insidiis cavere potuerit. Mox *comperior* et *comperio* habent codices. Vetustius est *comperior*. Rursus: *Multumque cum animo suo volvere solitum*. Quidam codices *multa* pro *multum*. Alius item codicum habebat *eum* pro *cum*. denique quidam non addunt *suo*. Glarean. — Haec non agnoscit L. 3. *bona Mauro* Grut. Wasse.

Multis ante tempestatibus. Ita MSS. septem. octavus enim, hoc est, cui scriptura omnium recentissima, *antea*, quomodo hactenus editi. Gruter.

Illico ad Sullam. Pal. sec. *mittit nunciatum paratum*; quae transpositio facit, arbitrer, *nunciatum* esse a calamo extraneo. Gruter.

Paratum sese facere quae vellet. MSS. *quae populus R. vellet*. quomodo et vetustissimum quodque ex impressis. Rivius.

Diem et tempus. *Diem* abest Arond. caeteri agnoscunt. Wasse.

Ipse deligeret. Pal. sec. *deligeret ipse*, quod nescio quomodo fortius est. Gruter.

Consulta sese etc. Cicero ad Atticum VIII. *Omnia sunt integra nobis*. et: *Si mihi integra omnia ac libera fuissent*. et lib. X. *Integra omnium sustinuimus*. Videndum ergo an vox *consulta* otiosa sit. Ciaccon. — MSS. *consulto*, praeter Palat. quint. sept. octavum, in quibus scriptura vulgata. Gruter.

Neu Iugurthae legatum pertimesceret, quo res communis. Sic MSS. omnes praeter duos; nam sept. *pertimesceret illum acitum quo res com.* etc. octav. vero, *pertimesceret quod eo advocatus esset quo res* etc. hinc nata illa patrum aevo, *pertimesceret, accitum esse quo*: quae ipsa tamen absunt editionibus primis. Gruter. — Venet. *quod eo advoc. esset*. Mart. *quem esse accitum*. Reg. Ar. L. 3. λ. Pemb. γ. optimis Gruteri accedunt. Wasse.

Accitum esse. Sic nulli MSS. In octo codicibus Gruteri tantum unus, *illum acitum*; alter, *quod eo advocatus esset*. Indicio haec inserta ab iis, qui vetere scriptura quod agerent non inveniebant. In qua nihil mutandum, nisi τὸ *quo* in *quin*. Sensus est: ne putaret obstare sibi Asparem quo minus libere diceret ageretque quae in rem utriusque essent; nam illum necessario admittendum fuisse ut aliae Iugurthae insidiae excluderentur. Gronov.

ALITER CAVERI NEQUIVISSE. Non dicit Bocchus, se aliter non potuisse cavere ab Iugurthae insidiis, sed Sullam; ideo loquitur per verbum impersonale, ut vocant Grammatici. CASTIL. — Sic quidem MSS. aevi posterioris, at priores *cavere*. GRUTER. — Ar. Reg. Venetae, Pemb. *caveri*. *λ*. *cavere*, et supra *i*. *γ*. *cavere*. WASSE.

SED EGO COMPERIO etc. Melius Thosanus et Sigebergensis *attinuisse* [quam quod vulgo *detinuisse*.] Plautus Milite glorioso:

*Nam nihil miror, si libenter Philocomasium hic erat.*
*Forma huius, mores, virtus animum attinuere hic tuum.*

PALMER.

385 Quamvis in Veneto et aliiis plerisque *comperio* reperitur, tamen legend. haud dubie *comperior*, ex Prisciano lib. VIII. capite de generibus verborum. Corn. Tacitus IV. *Hunc ego Lepidum temporibus illis gravem et sapientem virum fuisse comperior*. Gellius Sallustii aemulus, hoc est, et ipse usurpator veterum vocabulorum lib. III. cap. 2. *Verum esse comperior*, inquit, *quod quosdam bene litteratos homines dicere audivi*. Diomedes lib. I. *comperior* et *comperio* differre ait; *nam* comperior, inquit, *est mea opinione colligo*, comperio, *ab alio cognosco*. Ceterum pronomen *ea* omittendum censeo, legendumque, *quam ob quae praedicabat*. quomodo Plautus in Persa:

*Omneis res relictas habeo, prae quod tu velis.*

hoc est, *prae eo quod tu velis*. Sallust. in oratione L. Philippi in Senatu: *Quae ille advorsum divina et humana omnia cepit non pro sua aut quorum simulat iniuria, sed legum ac libertatis subvertendae*. id est, *non pro eorum iniuria, quorum pro iniuria simulat*. Nec dissimile admodum est illud Ciceronis: *Ut huius rei caussa, dedita opera, mittat aliquem Balbus, ad quos videbitur*. pro, *ad eos quos volet*. Idem: *Recipe te ad nos, ad quod tempus confirmasti*. RIVIUS. — Sic [*comperior*] emendavi ex Fulvii libro et Prisciano lib. VIII. quomodo supra locutus: *Metellum magnum et sapientem virum fuisse comperior*. et Tacit. IV. *Hunc ego Lepidum temporibus illis gravem et sapientem virum fuisse comperior*. Sed et Gellius libro tertio, capite secundo: *Verum esse comperior, quod quosdam bene litteratos homines dicere audivi*. Vide Diomedem libro primo cap. 1. de differ. ALD. MANUT.

PUNICA FIDE. MS. *Poenica*. Sed illud usitatius. Contra apud Plautum *Punus* pro *Poenus* legitur:

*Nullus me est hodie Punus Punior.*

Sic enim MS. Priscianus habet lib. III. Sed *Poenus* rectius item dicitur. ut Plautus docet:

*Ut vobis victi Poeni poenas sufferant.*

Glossae: τιμωρός, *Poenus*, quamvis hoc aliud. COLER.

SPE PACIS ADTINUISSE. Ita MSS. fere omnes, nam quart. *accivisse*, sext. *obtinuisse*, sept. *abstinuisse*, oct. ut et edd. priscae *detinuisse*, Bong. liber *accersisse*. GRUTER. — vide Palmerium. WASSE.

SULLAM TRADERET. Plutarch. pag. 410. Ὡς δὲ πιστεύσας ἀνέβη πρὸς αὐτὸν ὁ Σύλλας, ἴσχε μέν τις τροπὴ γνώμης καὶ μετάνοια τὸν βάρβαρον, ἡμέρας τε συχνὰς διηνέχθη τῷ λογισμῷ βουλευόμενος ἢ παρα-

*δοῦναι τὸν Ἰουγούρθαν ἢ μηδὲ τὸν Σύλλαν ἀφεῖναι.* pro *occulte* Ar. *occulta.* vide Palmer. WASSE.

## CAP. CXVII.

IGITUR SULLA RESPONDIT PAUCA SE etc. Hic locus corrupte in plerisque exemplaribus legitur, atque adeo in Aldi. Ceterum auctor hic aperit, quid Sulla responderit Bocchi legatis, et ut eosdem docuerit, quo pacto Iugurthae legato illudant, quid in eius praesentia ad Sullae petitiones ab rege respondeant. hunc sensum Badius egregie explicuit, nec tacuit Soldus, et sequentia omnia haec confirmant. Mox: *Quae sibi responderentur. Sibi* omittit codex Aldinus, at alii habent, et placet. Proximo item versu distinguendum post *a Consule*, ac deinde inferendum, *venisse quaesitum.* Id admonemus, quod in plerisque codicibus neglectum videbamus, praesertim in Aldino, quem catervatim deinceps librarii temere sunt imitati. GLAREAN. — In aliis, ut et manuscripto quodam, est, *occulte aut nullo, aut quam — simul edocet quae responderentur.* In alio manuscripto non reperi neque τὸ *se* neque *occulte;* atque haud scio, an ex glossa utrumque irrepserit in contextum. In eodem non est *respondit*, neque *Sulla* casu nominativo, sed accusativo, *Sullam.* RIVIUS. — Abest *se* L. 2. 3. Aldin. et *respondit* intra lineas γ. tantum visitur. pro *praesentibus* Venetae *praesente.* emendatum forte ab editore Laeto ad formam Terentianam, *praesente nobis.* WASSE.

* OCCULTE AUT NULLO, AUT QUAM PAUCISSIMIS PRAESENTIBUS. 386
Quod in Coloniensi haec omissa sunt *aut nullo;* in aliis quibusdam traducta, *aut quam paucissimis, aut nullo praesente;* in nonnullis, scilicet Thosano et Bertiniensi, *aut nullo praesente, aut q. pauc.* vide, ecquid Sallustius maluerit, *cetera occulte, aut quam paucissimis praesente.* raro enim aliter veteres. Eunucho id omnibus in ore est:

*Nescio quid absente nobis turbatum est domi.*

Tamen ita habent, quia *nobis* pro *mihi* valeat, rem spectari; verum non ita Pomponius:

*Quidam apud forum praesente testibus mihi vendidit.*

nec Accius:

*Est res aliqua, quae praesente his prius mature instituit.*

et Fenestella: *praesente suis.* et Novius: *praesente omnibus.* eadem ratione, apud Nonium. Nihil argumenti dico, cur necesse fuerit Sallustium ita scribere, nec eo desinit verisimile esse in antiquario, suspicionem facientibus libris. PALMER.

VOLUERANT. MSS. omnes praeter unum *voluerat.* GRUTER. — Nostri fere, *quae sibi resp.* sed vox *sibi* abest Grut. WASSE.

DICIT SE MISSUM. Eiecerim *se missum*, ceu spurium. GRUTER.

QUAESITUM AB EO. Ar. omittit *ab eo.* WASSE.

NUNC DECREVISSE. Eleganter abest *ait*, aut quid simile, notante Cl. Perizonio ad Q. Septimium. WASSE.

DEINDE AMBO IN SUA CASTRA DIGRESSI. Si Sulla ad amicum ve-

nit, ad quid indigebat castris? si ad inimicum, ut quem dubiae fidei censebat, quid invissent tantula castra in tanto regno? Sed magis mirum, quid Bocchus castris in suo regno indiguerit. Hoc est aequare Thucydidem! Mox: *Plerumque noctis processit.* haec verba inter parenthesin satis inepte posuit Aldinus Codex. Glarean.

Praeterea Dabar, internuncius, sanctus vir, iurat ex sententia amborum. Alii libri, *Dabar internuntius sancte iurat ex sententia amborum.* Vide quae scripsi in Annotationibus Caesaris ad lib. I. Bel. Civilis. Ciaccon. — Haec lectio confirmatur loco Caesaris ex lib. I. de B. C. Ursin. — Nimis aperte adulterium resipit *sanctus vir*, quod etiam utcunque produnt MSS. nam Pal. sec. *praeterea internuntius sanctus vir Dabar;* quart. *praeterea Dabar internuntius factus vir et ex sententia ambobus ac statim;* quint. *praeterea Dabar internuntius sancte iurat ex sententia ambobus;* sex. *praeterea Dabar internuntius ex sententia ambobus ac statim;* sept. *praeterea Dabar internuntius sanctus intrat et ex sententia ambobus ac statim;* oct. *praeterea Dauar internuntius sanctus vir iurat ex sententia amborum, statim sic* etc. locus inquinatus et qui dubium reddit, annon alia quoque rapi queant in controversiam, ac si tantum essent auctoris, *ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur, praeterea Dabar internuncius, ex sententia ambobus. ac statim.* haereo, haereo. Gruter. — *γ. internunt. sancte iurat ex sententia.* supra *iuraverat.* praeterea *sancte* ex correctione. primo forte *sanctus.* Wass. —
887 Cic. Acad. * Quaest. lib. IV. *Maiorum etiam comprobat diligentia; qui primum iurare ex sui animi sententia quemque voluerunt: deinde ita teneri, si sciens falleret, quod inscientia multa versaretur in vita: tum qui testimonium diceret, ut arbitrari se diceret.* Sic Marius: *Nam me quidem ex animi sententia, nulla oratio laedere potest.* Colër.

## CAP. CXVIII.

Uti rex maxumus in hac terra et omnium quos novi opulentissimus privato etc. Glossematis et isthaec obsita. de MSS. enim octo nullus omnino est in quo visitur verbum *opulentissimus.* quod tamen in edd. primis; itaque abiiciendum in esquiliis inter cadavera; forsan etiam alia nonnulla eiusdem contubernii, retentis tantum, *uti rex omnium in hac terra maximus privato.* Gruter. — Ar. R. Pemb. *λ. γ.* L. 3. omittunt, ideoque inducas *omnium opul. q. novi.* Wass.

Et mehercule Sulla ante te cognitum. Perperam est in recentioribus, *ante cognitum*, omisso pronomine *te.* Sed et Priscianus XVIII. nobiscum facit, qui *ante te cognitum* pro eo positum testatur quod est, *antequam te cognoscerem.* Error inde irrepsit, quod bis poneretur *te;* ita alterum est incuria quadam omissum. Quae res et alibi saepe locum errori fecit. Id quod in castigationibus nostris in Ciceronem ostendimus prolixius. Rivius.

Id imminutum. Gruteriana, *λ.* Bodl. contra Codd. *immutatum.* Wass.

Fuerit mihi pretium. Quaeso, bone lector, quid sententiae aut

omnino sensus ex his verbis elici queat? At ita habet Codex Aldinus, quem fere indocti ac mali iudicii homines sequuntur. Badius propius vero exposuit, sed tamen perperam in genitivo legit, *tuae amicitiae*; cum locus ita sit legendus: *Fuerit mihi eguisse aliquando pretium tua amicitia*, ut *tua amicitia* in nominandi casu intelligatur hoc sensu: *Aliquando eguisse fuerit mihi pretium amicitia tua:* quasi diceret, pro damno quod eguerim, amicitia tua est mihi pretium: quod adulandi gratia dixisse videtur. Glarean. — Pro, *fuerit tanti*, sive, operae pretium fuerit, eguisse amicitiae tuae. Sic Corn. Tacitus II. *Res eo anno prolatas haud referrem, ni* pretium *foret*. et I. *Germanico* pretium fuit *convertere agmen*. In vetustioribus non est *pretium*; rectene an secus, aliorum esto iudicium. Rivius. — Edd. priscae et Pall. sec. tert. sept. *fuerit mihi eguisse aliquando pretium tuae amicitiae*; nam quart. *fuerit mihi pretium aliquando eguisse id adeo* etc. oct. vero, *fuerit mihi eguisse aliquando tuae amicitiae qua* etc. solum restat scriptura prima in Pal. quint. et sext. quorum tamen prior praeposuit vocem *sed fuerit*, alter vero servat *fuerit mihi pretii aliquando eguisse tuae am.* at nihil innovandum est; omnia sunt composita, omnia sana. Gruter. — Abest τὸ *pretium* Regio, uti et L. 2. 3. corrige obiter Hegesippum V. 15. Fuerat, *Hebraei, humani ingenii contendere pertinaciter* etc. in principio orat. Iosephi. Recte heic MS. C. C. C. *fuerit*. Ita Livius I. 23. *Neque recte, an perperam, interpretor:* fuerit *ista eius deliberatio, qui bellum suscepit*. Quintilian. Inst. I. 1. *sed hi pauci admodum*. fuerit *argumentum, quod in pueris elucet spes plurimorum*. Wasse. — *Τὸ pretium* non esse Sallustii, vel ex eo apparet, quod in codicibus fere scriptis alio loco inculcatum est; nimirum: *fuerit mihi eguisse aliquando pretium tuae amicitiae*. Nonnulli, *pretii*. Sed deleatur utrumque et recipiatur, quod est in optimis: *fuerit mihi eguisse aliquando amicitiae tuae*. Genus loquendi illustravimus lib. IV. Observ. cap. 8. pag. 116. Gronov.

* Quidquid animo libet. Antiqua exemplaria cum impressis consentiunt. Donatus aliter hunc locum legit, Terentii illa verba in Eunuchum enarrans: *Et habetur et refertur a me, Thais. Qui habet*, inquit, *apud se gratiam, nondum rettulit: rettulit qui destitit habere; multum ergo dixit: Et habetur gratia, et refertur. Quem sensum transtulit Sallustius in bellum Iugurthinum: Arma, pecuniam sume, utere: et quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris: semper apud me integra erit.* Proinde re diligenter animadversa, venio in eam coniecturam, ut existimem verba illa, *postremo quidquid animo libet*, errore librarii defecisse. Liberum est et suum cuique iudicium. G. Popma. 388

Quoad vives. Donat. ad Terent. Eunuch. IV. 6. *vixeris* et *putaris*. Supra: *animo lubet*. Pemb. *in animo l.* a vulgatis stant caeteri. Noster voce *lubet* absolute semper et sine *animo* utitur. Vide nos ad VI. 34. Wasse.

Denique nihil frustra voles, me sciente. Manuscripta, nec non ex impressis vetustioribus quaedam, *denique nihil me sciente frustra voles*. quae verborum collocatio melior. Rivius.

Regem armis quam munificentia vinci, minus flagitiosum.

Inserit hanc gemmam lib. II. Polit. cap. 17. Lipsius. Adde Bernec. in Speculo Boni Principis cap. 8. §. 4. et illud Senecae: *Melius beneficiis imperium custoditur quam armis.* Item quod de Augusto Tacitus I. Annal. *Ut sibi imperium confirmaret, militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit.* Casaub. ad Suet. Tit. cap. 8. *Leo Augustus in constitutione quadam de Imperatoris officio in haec verba disserens: Τέλος τῷ βασιλεῖ τὸ εὐεργετεῖν. διὸ γὰρ εὐεργέτης λέγεται, καὶ ἡνίκα τῆς εὐεργεσίας ἐξατονήσῃ, δοκεῖ κιβδηλεύειν, κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ τὸν βασιλικὸν χαρακτῆρα. Finis Regi praepositus est, bene facere hominibus; idcirco benefactor appellatur, quod si quando benefaciendi facultas ei defuerit, videtur esse non legitimus, prout quidem regius character a veteribus est proditus.* Alludit sine dubio ad hanc Titi vocem eamque appellat notam sive characterem veri regis. Haec Casaub. Rupert.

Cuius curator etc. Magis putarim initio fuisse, *cuius caussa huc missus es*, eique adpictum deinde *orator*, ac deinde utramque vocem mutatam in *curator*; id quo nunc magis sentiam, est quod invenerim pridem in Bongarsianis notis, fuisse in MS. quem ipse contulerat, *cuius gratia orator.* Pall. octo tamen nulla litera variant. Gruter. — nec nostri. Wasse.

Bellum populo Romano numquam paravi neque factum volui. In manuscriptis est, *bellum ego populo Romano neque feci, neque factum umquam volui.* Perperam est in recentioribus omissum pronomen *ego.* perperam item, *numquam paravi* pro *neque feci.* Facit nobiscum exemplar Badianum. Rivius.

Ego flumen Mulucham. Hic Iacobus quispiam Bononiensis *Mulucha* legendum contendit non *Mulucham*, sed cunctis refragantibus, quotquot ipse viderim, exemplaribus. tametsi, ne quid dissimulem, e vetustis quidam grammaticis neutrum esse hoc nomen volunt. Nam Phocas:
389 * *Barbara*, inquit, *neutri generis duo lecta sunt apud Sallustium nomina fluminum, hoc Mulucha, hoc Turia.* quod ad posterius attinet facit cum eo Probus. Dissentit ab utroque Priscianus V. *Quod autem Turia* (inquit) *et similia fluminum nomina masculina sint, ostendit etiam Sallustius, in am terminans eius accusativum, in secundo Historiarum:* Inter laeva moenium et dextrum flumen Turiam. *Nam si esset neutrum, similis esset accusativus nominativo.* Idem sexto: *Quod autem non sint neutra,* inquit, *Turia et Mulucha et similia, ostendit etiam natura sermonis Punici, in quo omnia nomina vel masculina sunt vel foeminina.* Haec Priscianus, cuius est opinio verior. Sed et Pomponius eodem genere utitur, quo est Sallustius usus: *Mulucha ille*, inquit, *quem diximus.* Rivius. — Ita legi debet, quidquid dicat Phocas. vide Priscianum statim in principio libri sexti. Castil.

Quod inter me etc. Pal. sec. *quod ante me.* Gruter. — Amicus noster *fluit*, male; subauditur *terminus.* Wasse.

Neque Iugurtham id etc. Sic collocantur verba in Pall. antiquioribus; poterat adhuc auferri pronomen *id.* Gruter. — L. 2. abest *id.* et *l.* Wasse.

Praeterea si quid me vobisque dignum petieris, haud etc.

In MSS. atque aliis vetustioribus est, *si quid meque vobisque dignum petieris*, geminata coniunctione. Nove autem dixit, *haud repulsus abibis*, pro, impetratum a me auferes, vel, non feres repulsam. Rivius. — Ita Virgilius: *Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit*, id est, suum quisque honorem et munus reportabit. Wasse.

## CAP. CXIX.

Ad ea Sulla pro se breviter et modice. Hunc quoque locum Tacitus imitatur Hist. IV. *Domitianus de absentia patris fratrisque ac iuventa sua pauca ac modice disseruit.* Ciaccon. — Vox *multis* si cum verbo *disseruit* coniungatur, potest videri adiecta. nam contraria est illis, *breviter et modice.* Nec habet eam vocem Tacitus, qui Sallustii locum sic aemulatus est lib. IV. cum ait: *Domitianus de absentia patris fratrisque ac iuventute sua pauca et modice disseruit.* Ursin. — Locus hic mancus et lacer fuit, a nobis vero suo nitori restitutus est. C. Popma. — Valde hallucinatur heic Ursinus, quod minus adsequeretur mentem historici, quae haec: respondisse bifariam Boccho Sullam; ei parti orationis, qua de se erat, breviter et modeste; qua de pace et rebus populi Rom. diffuse et composite. Imitatus est Tacitus lib. II. Annal. *Ad ea Germanicus, de societate Romanorum Parthorumque magnifice; de adventu regis et cultu sui cum decore et modestia respondit.* Gruter. — Locum aemulati Livius XXXVIII. 12. *De se quoque* pauca, *nec falsa*, nec immodica *adiecit.* et XXIII. 24. *Dictator* de se pauca ac modice locutus, *in magistrum equitum magnam partem gloriae vertit.* Tacitus An. II. 58. *Ad ea Germanicus; de societate Rom. Parthorumque* magnifice, *de adventu Regis et* cultu sui, *cum decore* ac modestia *respondit.* e contra Ariovistus B. Gal. I. 44. *ad postulata Caesaris* pauca respondit, *de suis virtutibus* multa *praedicavit.* Wasse. — Pulcerrimum hinc fluit dogma, vel de nobis modice nos loqui debere vel etiam nihil. Ita Demosthenes cum a Midia colaphum accepisset, etsi crimen illud aggravabat, quod fuisset triremium praefectus praeclareque de Republica meritus: non tamen his insistit, sed ait: *se ea tantum velle afferre, quae quivis e populo in tali causa diceret.* Rupert. — *Modice. Modice respondit, de p.*, C. Popma legit. λ. Reg. *multum.* γ. primo habuit *multis.* postea factum *multum*, sic Mart. Wasse.

* Non in gratia habituros. Codex vetustus habet, *in gratiam:* 390
quod quia vetustum est, et hic auctor antiquitatis imitator talia quaepiam affectasse videri poterit, non est omnino reiiciendum. *habituros* autem puto a sciolis introductum pro *habiturum.* Soldus inepte, legit, *ingratos abituros.* adeo decipit non attentum aspirationis omissio. Glarean.

Amicitiam, foedus, Numid. partem etc. Fortassis *adventura*, plurali numero, genere neutro legendum; habet enim hoc peculiare hic auctor, ut in Catilina: *Huic ab adolescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere.* sed iudicet lector. Paulo post, *leniter et ex voluntate Sullae*, legit vetustus codex. Aldinus coniunctionem *et*

sustulit. alius autem codex habebat, *lenitur et ex voluntate Sullae omnia se facturum promittit.* atque ita legit Badius. ego nihil definio. Glar.

Rex primum negare, adfinitatem, cognationem, praeterea foedus intervenisse. MSS. libri: *Rex primum negare, agitare affinitatem, cognationem, praeterea foedus intervenisse.* Sed quia vulgata receptaque lectio sensum planum et apertum continet, nihil immuto. C. Popma. — *rex primo negitare.* Ita MSS. non *primum.* Pal. etiam 2 *cogitare,* caeteri *negare.* Gruter. — λ. *Rex primo agitare c.* Wasse.

Fluxa fide. Tacitus Hist. II. *fluxam per discordiam militum fidem et periculum ex singulis.* et Hist. II. *fluxa, ut est, barbaris fide, pactus Amiceti exordium.* Ciaccon. — Locutio Plautina Captivis Scen. Quae res:

*Fac fideli sis fidelis, cave fidem fluxam geras.*

Quamquam Nonius aliter legit, et exponit *fidele,* fideliter. Ego sane hoc loco omnibus libris scriptis auctoritatem Nonii facile praetulerim. Quid? nonne *dapsile* dixit Attius, *futile* Ennius, *memore* Pomponius, *celere* Naevius, pro dapsiliter, futiliter, memoriter, celeriter? Imitatur autem hanc phrasin, ut alia, Tacitus Histor. II. *Fluxam per discordiam militum fidem et periculum ex singulis.* et alibi: *Fluxa ut est barbaris fide, pactus Amiceti exordium.* et bis terve Ammianus. Eodem schemate dixit Caecilius in Epiclero *profluviam fidem.* et *madidam memoriam.* Versus Caecilii:

*Itane Antipho inventus profluvia fide? itane est madida memoria?* Coler.

Caecilius in Epiclero *profluvia* maluit: Itane Antipho inventus *profluvia fide?* itan' est immemoris, *itan' est madida memoria?* Priscian. pag. 699. Codex MS. *immadida.* Plautum auctorem habet Noster Captiv. II. 3. eumque secuti Tacitus Hist. II. 57. et 93. III. 48. Liv. XXVIII. 6. XL. 50. Silius VIII. 16. Sulp. Severus Hist. Sacr. II. 46. Septim. III. 3. Gellius IV. 20. Euripides Medea 492.

Ὅρκων δὲ ΦΡΟΥΔΗ ΠΙΣΤΙΣ. Wasse.

Invisi erant. Manuscriptum, *invisi essent.* id quod sententia quoque ita postulat. nisi quis ἑτέρωσιν esse modi velit. Rivius. — Non ambigo quin illud *essent* sit a mangonibus. certe eius loco est in Pal. sec. quint. sext. sept. *erant,* qui praeterea secundus nullam agno-
391 scit copulam *et,* nedum * geminatam. itaque deleatur et illa. Grut. — R. L. 3. λ. γ. M. Venet. *erant.* Wasse.

Saepius fatigatis leniter et ex voluntate Sullae. Ita legit vetustus codex. Aldinus coniunctionem *et* sustulit. alius autem codex habet, *lenitur, et ex voluntate Sullae omnia se facturum promittit.* atque ita legit Badius. ego nihil definio. Glarean. — Pal. sec. *saepe* [sic Mart.] item *lenitus ex voluntate.* et vero connexio aliis etiam abest. Gruter. — Reg. L. 2. γ. λ. Bodl. Pemb. *lenitur* vel *leniter.* pro *fatigatus* Pemb. *fugatus.* λ. γ. voces *lenitur et* non habent Arond. L. 3. *omnia se facturum.* unum modo rogatus universaliter officiose aut serviliter promittit. Q. Calaber II. 36.

*Αὐτάρ ὅγ' ἀσπασίως μοι ΥΠΕΣΧΕΤΟ ΠΑΝΤΑ ΤΕΛΕΣΣΑΙ.* Apuleius Met. V. *invitus succubuit maritus* et cuncta sese facturum spopondit. Vide nos ad Iugurth. 26. Freinsh. VI. 52. Appius in fine orat. apud Livium VI. 41. Omnium rerum *caussa vobis antiquandas censeo istas rogationes.* pro *omnium* legit *quarum* Faber. at alterum illud efficacius. Idem VII. 11. Silentium omnium rerum, *ac iustitio simile otium fuit.* XXVI. 42. *maturandum* omnium rerum caussa. IV. omnium *potius his criminationibus quam ipsius iuvenis irritatus est animus.* VII. 13. *Nos* omnibus contumeliis *eludunt.* XXII. 61. *adeo* omnibus notis ignominiisque *confectos esse.* XXIII. 44. *cum iis* etc. omnia *sibi et esse consociata et ad ultimum fore.* 45. *vino et scortis* omnibusque lustris *confectos.* Vid. XXX. 23. XXXI. 17. XXXII. 35. Wasse.

## CAP. CXX.

At Rex postero die. MSS. aliquot. Gruter.

Et rex Asparem Iugurthae legatum appellat. Pal. quart. *Asparum nuntium Iugurthae app.* sext. *Asparem Iugurthae appellat legatum.* nimirum dictio *legatum* notha est. Gruter. — Ar. pro *leg.* habet *nuncium.* Wasse.

Posse conditionibus etc. Ita optime Pal. sec. quint. sext. non *componi*, ut editi nupere; nam et primi sane agnoscunt illud simplex, hinc in Boug. annotatum *deponi.* Gruter. — γ. λ. p. *qui* Pemb. a manu 1. Wasse.

In castra Iugurthae venit. Manuscripta *proficiscitur.* quemodo et ex impressis quaedam. Rivius. — *In castra — proficiscitur.* Sic etiam MSS. aetate iuniores, at Pal. sec. *in Iugurthae castra venit*, quomodo et edd. primae. Gruter. — L. 2. *venit.* γ. et L. 2. om. *laetus.* λ. *proficiscitur.* Reg. Ar. Pemb. Wasse.

Ab illo cuncta. *Ab illo* respuit L. 2. γ. visitur quidem intra versus, sed manu sec. Wasse.

Et ei nuntiat. Manuscripta *denuntiat*, haud scio an perperam. Rivius. — Pall. sec. quart. sept. *et enunciat.* quint. sext. *et ei denuntiat.* Gruter.

Imperarentur facere. Vox ultima eliminari posset pro glossa. Gruter.

Pacem conventam etc. MSS. meliores *pacem confectam;* remanet tamen alterum in edd. omnibus, * alluditque Pal. tert. cui superscriptum alias legi *cruentam;* forsan litigiosa illa dictio librarii est. Gruter. — *conventam* Pemb. λ. γ. *conventam*, *confectam.* Wasse. 392

Caetera Bocchus etc. Pal. tert. abest *Bocchus.* Gruter. — Infra: *ratam pacem.* cum vox ultima sit in linea superiore, in hac ea non magnopere opus est. Codd. tamen agnoscunt. Wasse.

Cum talem virum in potestate haberet. Ita rescripsi, fide Pal. sec. caeteri *habuisset*, minus recte. Gruter. — Nostri *habuisset*, idque ferendum. Wasse. — *In potestatem hab.* Manuscripta cuncta quae ipse viderim et vetustissimum quodque ex impressis, *in potestate*

*habuisset.* atque id rectius esse arbitror, nisi quis τῷ ἀρχαϊσμῷ dictum putet, quomodo Cicero *esse in potestatem* alibi dixit. Rivius. — altera constr. sequitur. Wasse.

Tum fore, uti iussu senatus aut populi Romani foedus fieret. In vetustis, *uti iussu S. P. Q. R. foedus fieret.* Rivius. — Naz. ac Pall. quint. sex. *Senati aut populi foedus* etc. neque secus Pal. sec. nisi quod is *et populi*, absque illo *Romani;* medium placet. Gruter. — Mallem *potestatem.* Hirt. I. 25. *Quo facilius omne Hadriaticum mare, extremis Italiae partibus regionibusque Graeciae* in potestatem haberet. Cic. pro lege Manil. *Quum vestros portus atque eos portus, quibus vitam ac spiritum ducitis,* in *paedonum* fuisse potestatem *sciatis.* de quo loco vide Gellii iudicium I. 7. Plautus Aulul. IV. 8. 6. *collocare* in arborem. Petron. *Res est* in controversiam. Terent. Eunuch. *Ille ubi miser famelicus videt me esse* in tantum honorem. Auctor de B. Hisp. XXXVI. *Legati Carteienses quod Pompeium* in potestatem haberet. Itaque contra Carrionis et Grut. edd. *potestatem* retinendum. Vide Cat. 47. Wasse.

Neque hominem nobilem, non sua ignavia, sed ob rempublicam, in hostium potestate relictum iri. Maxime interest, ne quis, in Reipublicae negotiis captus, negligatur. Et maxime commendanda est Senatus Romani voluntas, qua pro uno Regulo eodemque sene aliquot millia captivorum Carthaginiensibus reddere cogitabat; nisi ipse dissuasisset, addito, venenum sibi Carthaginienses dedisse non praesentaneum, sed eiusmodi, quod mortem in diem proferret; eo consilio, ut viveret quidem tantisper, quoad fieret permutatio; post autem, grassante sensim veneno, cor tabesceret. Rupert. — *Non sua ignavia captum.* Videtur aliquid deesse. Ciaccon. — Extremum verbum neque vetustus, neque Aldinus codices habent; sed sive ponatur sive omittatur, certe *captum* vel quid simile desideratur ad plenum sensum. Glarean. — In aliis, *non sua ignavia captum, sed ob rem populi R.* Quamquam ne quid dissimulem, *captum* non habent codices in pergamenis descripti. [nec vetustus Glareani, nec Aldin. aut nostri. Wasse.] Exemplar Basileense, *non sua ignavia, sed ob rempubl. captum.* Nos integrum lectori iudicium relinquimus. Rivius. — Pal. pr. initio habuit, *non signavia*, deletaque inde litera prima; unde factum ut habeat Pal. tert. *non ignavia.* agnoscunt tamen pronomen MSS. reliqui. est in sexto: *non sua ignavia captum, sed ob Remp.* et ita quoque editio prima. octavus praefert: *non sua ignavia captum, sed ob rem populi Rom.* Pal. sec. non agnoscit vocem *relictum.* adeo ut appareat latere heic aliquod monstrum. forte fuit, *non sua ignavia, sed ob Remp. hostium potitum* etc. Gru-
393 ter. — *sua* * abest Reg. Pemb. adest a m. 2. γ. omittit prorsus. Wasse.

## CAP. CXXI.

Dolo an vere cunctatus. *Vero* Bong. ac Pal. octavus. Videtur dictio ultima aliquid habere spurii. Gruter.

Sed plerumque regiae voluntates, ut vehementes, sic mobi-

LES, SAEPE IPSI SIBI ADVORSAE. Simile illud de Claudio Caesare sub init. lib. XII. Annal. *Ipse modo huc, modo illuc, ut quemque suadentium audierat, promtus.* Nam, et huno quoque mutare solitum adeoque, ut Suetonii verbis utar, *mira varietate animi fuisse*, ex historia eius appa- ret. De eod. Seneca lib. I. de Benef. cap. ult. *Quid ergo? non erat accipiendum a Claudio quod dabatur? erat, sed sicut a Fortuna, quam scires statim posse malam fieri.* RUPERT.

TEMPORE ET LOCO. Copula abest Naz. nam Pall. sec. quint. *tempore locoque*; probem mediam scripturam. GRUTER. — Reg. *postea loci tempore et loco c.* Mart. *die tempore l.* caeteri cum vulgatis. voces in *colloquium* a manu sec. et in margine servat Regius. WASSE.

DE PACE VENIRETUR. Ita meliores MSS. habet tamen Naz. superscriptum illud *conveniretur*, quod in deterioribus. GRUTER. — L. 3. Venetum 1478. *conveniretur.* caeteri *veniretur.* pro *promisit* Reg. Pemb. γ. *promittit.* Gruter. Carrio, caeterique codices illud alterum tuentur. Supra: *regiae voluntates uti v. sic m.* etc. Lucan. VIII. 163.

*Nunc socias adeunt Romani foederis urbes,*
Et varias regum mentes.

Idem de iuvenibus Aristaenetus I. 21. *Αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν νέων ΤΑΧΕΙΑΙ, καὶ αὗται πολλάκις ἙΑΥΤΑΙΣ ἘΝΑΝΤΙΑΙ.* WASSE.

IDEM AMBOBUS POLLICERI. Huiusmodi exemplum reperies in nota ad Iustini lib. VIII. cap. 4. §. 11. RUPERT.

AC BONAE SPEI ESSE PLENI. Manuscriptum *ac spei bonae*, ut adiectivum sequatur. RIVIUS.

AC STATIM IMMUTATA VOLUNTATE etc. Hoc *immutata voluntate* referendum est ad illud superius dictum: *Haec Maurus secum ipse diu volvens, tamdem promisit.* nam habebat tunc in animo, ut Sullam Iugurthae traderet; hic contra in animo habet Iugurtham tradere Sullae, ideoque *adhibitis amicis*, non hercle quibuslibet, sed quibus fidebat, *ac remotis ceteris*, quibus non fidebat. haud scio intellexeritne quisquam commentatorum hunc locum. Paulo post *patefecit* quidam habent codices, ubi alii *patefecisse* legunt, repetito a superioribus verbo *dicitur.* GLAR.

REMOTIS CETERIS. Haud dubie vox *ceteris* abundat. At enim, *adhibitis amicis, ac statim remotis.* quod erat signum varii animi et immutatae voluntatis. CIACCON. et URSIN. — In vetustioribus est, *remotis a se ceteris.* Quid si legas *remotis arbitris?* pro, nemine praesente, solus ipse existens. nihil tamen immuto. RIVIUS. — Non temere monuit solertissimae diligentiae Fulvius Ursinus, locum videri maculosum. nam illud *ceteris* non est in Naz. sed eius loco fuit initio *sceleris*, cui deinde erasa litera princeps. praeterea pro *amicis* praefert *amisso.* posset quidem fingi: *Maurus adhibitis amicis, ac statim immutata voluntate, remotis; sceleris secum ipse multum agitare.* nisi forte eradicandum adhuc illud *sceleris.* nam non comparet *ceteris* ulla litera in * Pal. quarto, qui 394 tamen largiter acceptus a glossographis, habetque: *Maurus adhibitis amicis, omisso priori consilio, ac statim immutata voluntate, remotus dicitur ipse* etc. GRUTER.

VULTU, COLORE. MS. Rittershusii: *Vultu corporis pariter atque*

*animo varius.* Ita et Fulvii liber, teste Manutio. Mihi videtur germana lectio. Dixit vultum totius corporis pro habitu et specie. Ovid.

*Unus erat toto naturae vultus in orbe.*

Sed Palm. libri veteres mire variant, ex quibus ille tandem quasi e quercu eiusmodi integri huius loci lectionem exsculpit: *Dicitur secus ipse multa agituvisse, vultu atque oculis pariter atque animo varius: quae scilicet occulta oris specie patefecisse.* Ego non video cur a quoquam Cod. Rittershusiani lectio damnari debeat. Simili fere facie depingunt eos, qui subito terrore perculsi. Livius lib. XLIX. de Philippo: *Primo adeo perturbavit ea vox regem, ut non color, non vultus ei constaret.* Quo imitatus est, ut solet, Virgilium Livius:

*— Non vultus, non color unus,*
*Non comptae mansere comae.*

Coler. — Fulvii liber, *vultu corporis pariter atque animo varius.* Servius Aen. VII. *vultu et oculis pariterque animo varius.* Alii, *vultu pariter corporis atque animo varius.* Ald. Manut. — *Vultu corporis pariter atque animo varius.* Haec vera lectio est; nec satis mirari queo emendatorum supinitatem, qui glossis librariorum quam Sallustianis verbis adhaerere maluerunt. Quid enim haec quam mera glossemata, *colore ac motu.* Putsch. — Sic quidem Naz. et Pal. tert. et sext. nam illud *pariter* non adest Pal. sec. et vero illud *corporis* est a commentatoribus, forsan et *pariter.* Putida multa heic infarciunt nostri MSS. quae et in libris aliorum extare discimus. ideoque haud pretium fuit producere. Gruter. — *Vultu, colore, ac motu corporis.* ita Bodl. Ar. et retro eusi. Verum Naz. et Pall. 3. 6. Fulvii lib. Reg. Pemb. *γ. v. corporis p. atque animo varius.* Sed illud *pariter* non adest Pal. sec. et *corporis* ab interprete esse autumat Grut. utramque agnoscunt nostri omnes. λ. pro *immutata* habet *imminuta.* respuit *ipse* L. 3. ut *atque* Pemb. Servius ad Aeneid. III. *vultu et oculis pariter atque animo varius.* Voces *colore ac motu* a mala manu sunt, ut observaverat Putsch. illas enim in margine et a manu sec. exhibet *γ.* caeteri fere omittunt. Reg. supra *vultu corporis* ostendit: *i. e. in colorum mutatione et gestu corporis.* Hinc perspicue patet unde malum pedem tulerint. *Vultus corporis* nimis insolens visum, ideoque caetera ad asperitatem eius leniendam adtexuerunt. Nostrum interea firmat Augustinus Ep. VII. 32. multos *in nostro* corpore vultus *coloresque formamus.* Nescio an huc trahi debeant illa Ciceronis I. de Orat. §. 57. *Quidam* vultu motuque corporis *vasti atque agrestes;* vulgati aliter distinguunt. Silius corpus *egenum frontis et decoris* alicubi dixit. hoc est, vultus boni. Aeque audacter apud Apuleium de Deo Socr. pag. 48. *facies animi,* ac apud Nostrum *vultus corporis.* Certe *motu et colore* recte eliminant codices; nam qui vultu varius, vultu est subinde moto, colore etiam alio atque alio. At quae, malum, inquies immutatio coloris *incocto in corpore* Bocchi, in cuius ore vultuque nox mera? Poeni erant, Frontino teste pag. 183., nigerrimi, eosque propterea *baliolos* vocat Plautus. Sint sane; sed ita erant nigri, ut a nimio solis commercio nigriores tamen evaderent; id quod de Hasdrubale affirmat Polybius. Neque tantum noctis ex propinquitate sideris contrahere

poterant, quin sanguinis motus facile deprehenderetur. Quid? quod ipsos Aethiopas *percoctaque saecla calore*, pallescere ex pudore refert eius rei testis oculatus M. Angelo de Gattina. De Mauris iam olim fidem fecere Silius VII. 1.

Palluit *infelix subducto sanguine* Maurus.

Augustin. Ep. VII. 33. *Nam etiam nos* indignando *aut laetando, caeterisque huiuscemodi animi motibus*, multos *in nostro* corpore vultus coloresque *formamus*. Heliodorus X. 24. ipsum virtutis * colorem super- 395
addidit: *ΥΦ' ἩΔΟΝΗΣ τε ἅμα καὶ ΑΙΔΟΥΣ οὐδὲ ἘΝ ΜΕΛΑΙΝῌ Τῌ ΧΡΟΙᾼ διέλαθε ΦΟΙΝΙΧΘΕΙΣ, οἱονεὶ πρὸς αἰθάλην τοῦ ἐρυθήματος ἐπιδραμόντος.* Claudianus, sed tralate, B. Gild. 341.

— *cum* sanguis *in orbe*
*Noster erit, semper* pallebit *regia Bocchi.*

Caeterum in re simili habes colorem, vultum, motum. Vid. Gell. XIV. 9. Curt. IV. 5. Cic. Harusp. §. 2. Catil. III. 13. Verrin. I. 41. Sidonium VII. 258. Stat. Theb. VIII. 518. Ovid. Met. II. 601. Senec. Agam. 238. Sequitur apud Sallustium *animo varius*; eleganter. Pendent enim hi motus ex animo, ideoque eum fere commemorant. Ammian. XV. 11. *Cum haec taliaque sollicitas eius aures everberarent, expositas semper huiusmodi rumoribus et patentes*; varia animo *tum miscente consilia, tandem id ut* optimum factum elegit. Regius primo *vario et optimum factum*, sicque invito Valesio legendum. Nam sapiens, et qui mente constat, in animo varia consilia volvere solet, talemque Graeci *ποικιλομήτην* vocant; at vox *miscente*, uti et ipse contextus, aestum animi et *σύγχυσιν* demonstrat, quod *vario animo* optime exprimitur. Sidon. VII. 335. *versat* vagus *omnia* consilia; mente nimirum. Plutarchus pag. 427. *Ὡς ἐν ὀλίγῳ ΠΟΛΛΑΣ ἘΠ' ἈΜΦΟΤΕΡΑ τῆς ΓΝΩΜΗΣ ΤΡΟΠΑΣ λαβόντες.* Themist. Orat. IX. pag. 194. *Ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ἐν σεμνοτέρῳ προσχήματι, ἐπὶ μιᾶς γνώμης μεῖναι, ἀεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ χρώματος.* Orat. XIII. pag. 300. *Ὑπὸ τοῦ πάθους ἈΛΛΟΧΡΟΟΥΣΑ.* Aristaenetus I. 11. *ΥΦ' ἡδονῆς ΠΑΝΤΟΔΑΠΑ ΧΡΩΜΑΤΑ παρ' ἕκαστον λόγον ὙΦΙΕΙ.* Nostrum probe exprimit Heliodorus III. 8. *Ὠχρίασαν, καὶ ἁπλῶς μυρίον εἶδος ἐν ὀλίγῳ τῷ χρόνῳ τὰς ὈΨΕΙΣ ἀμφοῖν ἘΠΕΠΛΑΝΗΘΗ, καὶ ΜΕΤΑΒΟΛΗ ΠΑΝΤΟΙΑ ΧΡΟΙΑΣ τε καὶ ΒΛΕΜΜΑΤΟΣ, τῆς ψυχῆς τὸν σάλον κατηγοροῦσα.* Seneca Herc. 249.

*Ecce praecipiti gradu*
Secreta mentis ore confuso exerit.

Plutarchus hanc rem memorans pag. 410. 452. ait breviter: *Ἔσχε τις τροπὴ γνώμης καὶ μετάνοια τὸν βάρβαρον.* et: *ἡμέρας τε συχνὰς διηνέχθη τῷ λογισμῷ.* dein: *πολλὰ διενεχθεὶς τῇ γνώμῃ.* quare nescio an emendatius legas, *vultu atque animo varius*, omissa voce *corporis*. Sed quid dubiis hisce amplius immoramur? *Εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας Ἰνδικόν; ἴσχεο τέχνης, Οὐ δύνασαι δνοφερὴν νύκτα καθηλιάσαι.* Quare permittamus huic loco eius tenebras. Vide Palmerium pag. 297. Wasse. — Videndus Barthius ad Stat. IV. Theb. 746. Servius hinc emendandus ad VII. Aen. 251. *Vultu et oculis pariter atque animo variis.* Broukhus.

Quae scilicet tacente ipso occulta oris patefecisse. Nazarius: Ita intimos affectus proditor vultus enunciat, ut in speculo frontium imago extet animorum. Adde Camer. Cent. I. cap. 57. Cent. II. cap. 6. Freinsh. ad Curt. lib. III. cap. 6. §. 9. et lib. VI. cap. 7. §. 33. Rupert. — Ita quidem Carrionis editio; neque male, nisi quatenus arbitrer adhuc eiiciendum illud *oris*. verum ne quid dissimulem, habeo isthaec omnia pro spuriis atque irreptitiis. certe minime hoc loco requiruntur. nemo enim aliquo iudicio praeditus non a se colligat, animi mentem praeferri ipso vultu; nedum ut id tam ambitiose inculcare necesse Sallustio. et ut huius nihil esset, vel varietas membranarum prodit fucum. nam Pal. pr. habet: *quae scilicet ita tacente ipso occultare et oris patefecissent.* ad oram vero ponitur: *ore patefecit.* secund. *quae scilicet ita tacente ipso occulta cordis et oris patefecissent.* tert. *quae scilicet ita tacente ipso occultare specie oris patefecisse.* quart. *quae scilicet ita tacente ipso, occulta pectoris, patefecissent.* quint. *quae scilicet tacente ipso, occulta peccatoris dicitur patefecisse.* sext. *quae scilicet ita tacente ipso occulta cordis et oris immutationem patefecisse.* octavus: *quae scilicet ipso tacente occulta pectoris oris mutatione patefecit.* at septimus his refert omnino apicibus: *Q. S. ita tacente ipso occulta pectoris immutatione oris dicitur patefecisse.* Gruter. — In nonnullis est, *occulta pectoris oris immutatione patefecisse.* quia *pectoris* in *oris* desinit et mox *oris* sequitur, inde ansa errori data est. Rivius. — VV. CC. variant. nam alii habent, *occulta pectoris, specie oris patefecissent.* alii, *occulta pectoris oris immutatione patefecisse.* in aliquibus est, *occulta pectoris patefecisse dicitur.*
396 Sed unus apud me liber vetustissimus: *Occulta * pectoris patefecissent.* quae lectio vera videtur. Ciaccon. et Ursin. — Fulvii liber, *quae scilicet tacente ipso, occulta pectoris specie oris patefecissent.* alii, *quae scilicet ipso tacente, occulta pectoris oris immutatione patefecisse.* vel, *quae scilicet tacente ipso, occulta oris immutatio patefecit.* vel, *quae scilicet, tacente ipso, occulta cordis, specie oris patefecissent.* A. Manut. — Emendat Palmer. *vultu atque oculis p. a. a. varius: quae sc. occulta, oris specie patefecisse.* scilicet, i. e. *scire licet.* Pemb. Reg. *occultare* et *patefacere.* λ. *occulta pectoris patefecisse.* Wasse. — *Quae scil. tacente ipso, occulta oris inmutatione patefecit.* Haec recepta scriptura est: scripti magis turbant. Quidam: *quae scilicet, tacente ipso, occulta pectoris specie oris patefecissent.* alii: *quae scilicet, ipso tacente, occulta pectoris oris immutatione patefecisse.* alii etiam peius. neque tamen fallor, quin emendatum sit hoc pacto: *dicitur secum ipse multa agitavisse, vultu atque oculis pariter atque animo varius: quae scilicet occulta, oris specie patefecisse. Specie* Thosanus et optimus quisque. Illa, *tacente ipso,* inculcata; ut item *pectoris* et *cordis* et quae alia adduntur. Ei rei multa argumenta dicere non attinet. Nam nec Latine ita potest: *ipso tacente occulta oris immutatione patefecisse.* sic scriberetur: *tacentem ipsum oris specie patefecisse.* aut: *tacente ipso oris speciem patefecisse;* non damnaretur. Neque autem *occulta* refertur ad *specie:* sed ceteroquin occulta, ipsa oris specie patefecit. Caput autem est huius emendationis *scilicet* cum infinitivo. Sic Lucretius:

*Scilicet esse globosa, tamen cum squalida constent.*

PALMER.

TAMEN POSTREMO SULLAM ACCERSIRI IUBET. Quamvis in Fabriciano sit *accersi*, quomodo et superius, ubi hodie fere, *ex hibernis accersiri iubet;* tamen priorem lectionem relinquendam esse duco, quae in ceteris manuscriptis est. Nam, ut Ciceronem omittam, Corn. Nepos in vita Attici, *Agrippam*, inquit, *generum ad se accersiri iussit.* et Livius III. ab U. C. *Placere itaque patrem accersiri.* Tacitus quoque, *Pisonem Licinianum accersiri iubet*, lib. XVII. RIVIUS. — *Sullam postremo arcessi iubet.* Ita Naz. ac Pal. tert. nam reliqui *accersiri*, ut est in vulgatis. GRUTER.

CETERI OBTRUNCATI, IUGURTHA SYLLAE VINCTUS TRADITUR. Venetum illud a Pincio excusum, nec non alia plèraque, *ceteris obtruncatis*, ut sint duo ablativi absolute positi; sed est idem utrobique sensus: quomodo in Fabriciano fuerit, haud scio; nam finis deest. in duobus manuscriptis est vulgata lectio. RIVIUS. — De hac Iugurthae traditione, quae a Fausto Sullae filio in numismatibus quoque veteribus signata est, Plin. lib. XXXVIII. cap. 1. sic ait: *Sulla Dictator traditione Iugurthae semper signavit.* et Valer. Max. lib. VIII. cap. 15. *L. autem Sulla, etsi ad neminem scriptorum animum direxit, tamen Iugurtha a Boccho rege ad Marium perducto, totam sibi laudem cupide asseruit, ut annulo, quo signatorio utebatur, sculptam illam traditionem haberet.* URSIN. — * Hic belli Iugurthini finis et omnium bellorum impie coeptorum exitus: 397
ut agnoscas Adrastian, quam alio nomine Nemesin vocant. Hanc Iustitiae filiam ex abdita quadam aeternitate tradunt omnia despectare terrena; eandemque *nunc erectas mentium cervices opprimere et enervare, nunc bonos ab imo suscitare ad bene vivendum*, ut loquitur Ammian. Marc. lib. XIV. Divinum carmen est et insolenti Latio opponendum, quod Barclaius scripsit lib. IV. Argenidis:

*O sontes animae, quarum vesana lacessunt*
*Facta diu Superos; lentum ne spernite Numen,*
*Ne, miserae, tardoque graves examine poenas,*
*Sera licet sint tela Iovi, nec protinus omne*
*Ad scelus armato turbet sua sidera nimbo:*
*At vigili stat mente memor; poenasque merentum*
*Annumerat Nemesi iusta Themis ardua cura.* RUPERT.

## CAP. CXXII.

PER IDEM TEMPUS ADVERSUM GALLOS etc. L. Florus Livii recemator lib. LXVII. ex eodem ait, *bello adversus Cimbros male ab his ducibus pugnatum esse*, non autem adversus Gallos, ut hic Sallustius perhibet. Sane Cimbri Germani sunt, quorum Chersonesus est in extremo Germaniae angulo Septemtrionem versus, ut praeter alios auctores etiam Ptolemaeus meminit. Videtur itaque Sallustius Livio contrarius in historia. Sed id sciendum, Livium per totam Romanam historiam iniquum Gallis fuisse, haud scio qua de caussa, cum esset homo ipse in Gallia

natus. Sed hercle ad Antenorem maluit referre Patavinorum originem, quam ad egregiam omni hominum memoria Galliae gentem, Venetosque non ex Aremoricis illis civitatibus, sed ex Paphlagonibus Henetis, si Diis placet, sumsisse exordium. Verum pro Sallustio est auctor Graecus Strabo, in historiae veritate atque adeo in rerum omnium descriptione eminentissimus, qui unus externorum auctorum res atque loca Alpinarum gentium et verissime et diligentissime descripsit. Nam quid ego Plinium ac Cornelium Tacitum commemorem, nostrarum regionum oculatos testes, ut ipsi iactant? cum in rerum Germanicarum descriptione Rheni maximum illum *Brigantinum lacum* vel ignorarunt vel negligenter omiserunt: ut nihil dicam de tot *Helveticorum lacubus* et *Rheni cataractis*. Strabo autem Graecus scriptor, etsi *cataractarum* non meminit, lacum tamen illum ita depinxit, ut etiam populorum circa habitantium certissimam fecerit nomenclaturam. Verum de his alias. De hoc bello, cuius hic meminit auctor, sciat lector Livium ideo scripsisse *Cimbrorum bellum fuisse*, quod Cimbri eius concitatores fuerant; at bellatorum multitudo et principes eius expeditionis non Cimbri tantum, sed maiori ex parte Galli fuere, et ex Gallis potissimum Helvetii eorumque complices. denique ex Helvetiis maxime Tigurini atque Tugini. cuius rei locupletissimus testis est idem Strabo lib. VII. Porro locus apud Strabonem cum in Latinis, tum in Graecis exemplaribus corrupte legitur. Interpres malo exemplari deceptus, *Luetios* pro *Helvetios* traduxit, quasi aliam quandam ab Helvetiis gentem, cum de eisdem Helvetiis loquatur Strabo. Verba ipsius ex Posidonio, quia Sallustii dictum adversus Livium plurimum adiuvant atque adeo ipsam veritatem, adponere placuit, ut simul ab errore hic locus emaculetur. Ea ita habent: *Φησὶ δὲ καὶ Βοΐους τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν οἰκεῖν πρότερον· τοὺς δὲ Κίμβρους ὁρμήσαντας ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον ἀποκρουσθέντας ὑπὸ τῶν Βοΐων, ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ τοὺς Σκορδίσκους Γαλάτας καταβῆναι· εἶτ᾽ ἐπὶ Τευριστὰς καὶ Ταυρίσκους, καὶ τούτους Γαλάτας· εἶτ᾽ ἐφ᾽ Ἑλουητίους πολυχρύσους μὲν ἄνδρας, εἰρηναίους δέ· ὁρῶντας δὲ τὸν ἐκ τῶν λῃστηρίων πλοῦτον, ὑπερβάλλοντα τοῦ παρ᾽ ἑαυτοῖς, τοὺς Ἑλουητίους ἐπαρθῆναι· μάλιστα δ᾽ αὐτῶν Τιγυρηνούς τε καὶ Τωυγενοῦς, ὥστε καὶ συνεξορμῆσαι· πάντες μέντοι κατελύθησαν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων.* Quae Interpres ita vertit: *Boios vero prius Hercyniam habitasse sylvam asserit, et Cimbros agmine facto hunc invasisse locum a Boiisque eiectos Istrum et Scordiscos gentem Gallicam petentes descendisse. Mox Teuristas et Tauriscos, et hos nationis Gallicae, Luetios adiisse, viros quidem plurimo locupletes auro, ceterum in pace vitam agentes: cumque conflatas latrociniis opes longe suis ampliores esse viderent, in Helvetios sese contulisse, et ex iis praecipue Tigyrenos et Toygenos, eosque secum sollicitasse; universos vero delevere Romani.* Haec ille. atqui ex his verbis nullus * sensus colligetur. quare ab hoc loco, *Mox Teuristas* etc. ea vero ita vertenda erant: *Dein in Teuristas et Tauriscos, et hos Gallicae gentis, mox in Helvetios, auro quidem abundanteis viros, ceterum in pace degentes. Porro cum Helvetii illorum*, nempe Cimbrorum, *ex latrociniis conflatas opes suis longe ampliores vidissent, ipsos commotos, maxime vero ex eis Tigurinos ac Tuginos, simul cum illis*, scilicet Cimbris (in expe-

ditionem adversus Romanos) *excitos esse. Universi vero deleti sunt a Romanis* etc. Interpretem decepit (ut dixi) exemplar, quod pro Ἑλουηττίους habuit Λουηττίους, quos duos populos esse credidit. Praeterea illud δρῶντας idem existimavit referre Cimbros, cum referat Helvetios. quod luculenter ex libro eiusdem Strabonis quarto patet: φασὶ δὲ (inquit) πολυχρύσους τοὺς Ἑλουηττίους εἶναι, μηδὲν μέντοι ἧττον ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι, τὰς τῶν Κίμβρων εὐπορίας ἰδόντας. Quae verba interpres ita vertit: *Helvetios magnam auri vim possidere traditur: qui cum Cimbrorum opes cernunt, nihilominus ad latrocinandum studia converterunt.* Hic ἀόριστον ἰδόντας, ut antea δρῶντας, non recte vertit. sed eum ita interpretari oportuit haec verba: *Fama est auro locupletes Helvetios esse, nihilominus tamen ad latrocinia versos, posteaquam Cimbrorum opes vidissent.* Haec contra, atque nostra fert consuetudo, diffusius tractavimus, partim ut lectori ostenderetur, quam incorrectus hic optimus auctor in manibus hominum versetur, partim, ut notum fieret, quam non omnia oraculi vice sint, quae apud Livium descripta leguntur. Pluris facio Strabonis Sallustiique quam Livii in veritate historiae auctoritatem. Nam qualis qualis alioqui fuerit Sallustius, certe in rerum gestarum narratione veritatem veritus est, quod in hoste Cicerone satis aperte ostendit. Livius odium in Gallos per totam historiam nusquam non prodit, nusquam non identidem eis vitia odiosissime obiectat: cum nulla alia gens Romanis terribilior fuerit; quorum adventum non bellum, sed tumultum vocabant; contra quem, quicquid Romae arma ferre poterat, conciebatur. ut si fortuna pro Gallis ita stetisset, atque pro Romanis, facile Galli Romanos domuissent. Nec ratione caruit, quod C. Caesar aerarium effregerit, exsecratione liberatam urbem asserens, quod ipse Celtas vicisset, ut est apud Appianum. Veteris Galliae veram imaginem habent hodie Helvetii libertate et populari dominio, praeterea linguam veterem Gallicam et mores. Deinde Sequani Rhenani et ferme Rhenus, nisi quod aliquot ex Germanis populi littoribus utreque ex parte Rheni occupatis, linguam suam cum nostra Celtica miscuere? quae Germanorum lingua in thematis a Celtica non admodum distat, pronuntiatione vero et diphthongis multum. Verum qui de his copiosius scitu dignissima legere volet, videat volumen D. Aegidii Tschudi Claronensis, V. C. apud Helvetios, quod de antiquitate Rhaetiae inscripsit, ubi Plinii aliorumque auctorum loca de gentibus Alpinis et vere et eleganter, ut nemo hac aetate melius, explicavit. GLAREAN. — *Advorsum Gallos.* Imo *Cimbros.* Liv. lib. VII. vel *Cimbros* et *Teutones.* Valer. lib. IV. cap. 7. et Velleius lib. II. A. MANUT. — Livius *Cimbros*, in Gallos iniquior. sane Cimbri eius concitatores, sed bellatorum multitudo et expeditionis principes maiori ex parte Galli. Vid. Strabonem VII. Valer. IV. 7. Paterc. II. De gentibus Alpinis fuse Aegidius Tschudus lib. de Antiq. Rhaetiae. Glar. Infra: *Q. Caepione.* Carrionis ed. *Scipione*, pessime. certe contra MSS. meliores et fastos. Grut. nostri *Caepione.* WASSE.

Q. CAEPIONE ET M. MANLIO. Legendum ex Orosio, *Q. Caepione*, qui de hac Romanorum clade copiose narrat. COLER. — Vir doctissi-

mus contra Historiae veritatem *Q. Scipionem* recensere peroptavit. Haec Schegk. ad Vell. lib. II. cap. 12. RUPERT.

QUO METU ITALIA OMNIS CONTREMUERAT. Cicero pro Fonteio cap. 16. *Denique, ut oportet bello Gallico, ut maiorum iura moresque praescribunt, nemo est civis Romanus, qui sibi ulla excusatione utendum putet* etc. Vid. ibi Hottomannus pag. 458. Cicero idem de Provinc.
399 Consularib. * cap. 13. 14. pro Fonteio cap. 11. 12. 16. Philipp. V. cap. 12. 13. 19. et Philipp. VIII. cap. 1. BROUKH.

PRONA. Saepe hoc sensu usurpat Apuleius; pro *facilia*, *in promtu* nempe. Thucydidi ἕτοιμα. I. 20. ἐπὶ τὰ ἕτοιμα μᾶλλον τρέπονται. Statius III. Theb. 7.

> *Nam* prona *ratus* facilemque *tot* armis
> Tydea.

*plana* malit Livius IX. 3. *omnia* aequa ac plana *erunt Romano, in perfidum Samnitem pugnanti.* IX. 29. *Etrusci belli fama exorta est: nec erat ea tempestate gens alia, cuius*, secundum Gallicos tumultus, *arma terribiliora essent.* Ita et Noster Cat. LVII. Idem etiam XXI. 41. *Atque utinam* pro decore *nobis hoc tantum et non* pro salute *esset certamen. habuere* hoc est *existimavere.* Corrigo Apuleium Colvii Metam. IV. pag. 60. *iubet nobis protinus gaudii sui gerulis, decem aureos*, ut ipse habebat, *e suis loculis adnumerari.* Vulg. *ut ipse aiebat.* a Palat. abest τὸ *habebat*, inquit Elmenh. Librarii minime locum intellexerunt. lege, *gaudii sui gerulis, ut ipse habebat decem* etc. Cic. de Harusp. Resp. §. 9. *Quam volumus licet P. C. ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos*, nec robore Gallos, *nec calliditate Poenos; nec artibus Graecos* etc. *sed pietate ac religione* etc. *omnes gentes nationesque superavimus.* confer eundem orat. de Provinc. Cons. §. 13. WASSE.

CUM GALLIS PRO SALUTE. Diomedes lib. I. *Cum Gallis de salute, et non de gloria certare* legit. et in Catilinario (ut nos eum locum restituimus) *non de divitiis*, inquit, *cum divite, neque de factione cum factioso, sed cum strenuo de virtute, cum modesto de pudore, cum innocente de abstinentia certabat.* Neque tamen vulgatam scripturam damno. huic enim apte convenit, quod supra eodem in libro scribit Sallustius: *magna utrimque pro gloria atque imperio his, illis pro salute certantibus.* C. POPMA. — Tacitus in vita Agricolae: *Romanis redit animus, ac securi* pro salute de gloria *certabant.* CIACCON. — Hieronymus a partibus Gruteri stat Ep. 12. 6. *Quis hoc credet? quae digno sermone historiae comprehendent? Romam in gremio suo*, non pro gloria, sed pro salute *pugnare?* WASSE.

PRO GLORIA. Ita MSS. omnes et antiquitus impressi, non *de gloria*, ut invexit Carrio aut alius quis. GRUTER. — verum ita Diomedes, *de s. de gl.* WASSE.

IUGURTHAM VINCTUM ADDUCI ROMAM NUNCIATUM etc. Sic collocant verba Pall. aliquot, melius meis auribus quam ut hactenus, *Iugurtham Romam.* GRUTER.

MARIUS CONSUL ABSENS FACTUS EST. De hac re exstat vetus lapis:

. . . VGVRTA MIL. EXTRA
. . . VGVRTA REGE NVMID.
. . . ANTE CVRRVM SVVM
. . . NSVL APSENS
CREATVS
. . . NORVM EXER
CITVM
. . . CIMBROS FVGA
VIT EX SC.
. . . . . . . IEIS
. . . HAVIT REM
TVRBATAM.

COLER. — Id per leges Romanas fieri non poterat, sed in tanto periculo legibus solutus est. vide Plutarchum. CIACCON. — Naz. *esset*, Pal. tert. abest id vocis, et recte. GRUTER. — Porphyrio in Horat. lib. II. Sat. I. 14. *Marius adversus Santonas talia tela commentus est, ut fracta mitterentur, ne remitti ab hostibus possent.* BROUKHUS.

ISQUE KALENDIS IANUARIIS MAGNA GLORIA TRIUMPHAVIT. Manuscripta *KL. Ianuarii*, quomodo et ex impressis quaedam; tametsi quod ad sensum ipsum attinet, utrumvis probe quadrat. RIVIUS. — Egregia coronis * et Sallustii breviloquio dignissima: etenim una cum triumpho 400
et imperium finitur et triumphati hostis vita. Cicero Accus. V. in Verr. cap. 30. *At etiam qui triumphant, eos diutius vivos hostium duces reservant, ut, his per triumphum ductis, pulcherrimum spectaculum fructumque victoriae populus Romanus percipere possit: tamen cum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent, tumque dies et victoribus imperii et victis vitae finem facit.* BROUKHUS.

EX EA TEMPESTATE SPES ATQUE OPES CIVITATIS IN ILLO SITAE ERANT. Dimitto te ad notam in Iustin. lib. IV. cap. 4. §. 7. cui addere potes Freinsh. in Curt. lib. III. cap. 2. §. 10. et cap. 6. §. 3. RUPERT. — Ant. Caesarii Caesenatis et Pauli Hyantaphii Sabini libri duo scripti, *ex ea tempestate*; habent praeterea, *sitae erant*, non *sitae*. Alii iudicent. impressa lectio mihi quidem satis lepida videtur, quomodo locutus et Sulpitius Severus Sacrae Historiae lib. I. de Iosepho: *Ea tempestate* spes atque salus *Aegypti in illo sitae erant.* A. MANUT. — Ita MSS. potentioris fidei; nam quibus minor auctoritas, exclusere illud *ex*, vel mutarunt in *et*; sunt etiam qui praeferant, *et ex ea temp.* GRUTER. — Eieci Carrionis asseclarumque *sitae erant*, quod non compareret in plerisque MSS. arceretur que alioquin editionibus obsoletis, denique proderent id falsi MSS. aliquot, in quibus, *sitae sunt.* GRUTER.

*Hic tamen et Cimbros et summa pericula rerum*
*Excipit, et solus trepidantem protegit urbem.*
*Atque ideo, postquam ad Cimbros stragemque volabant,*
*Qui numquam attigerant maiora cadavera, corvi,*
*Nobilis ornatur lauro collega secunda.*

hoc est: Q. Catulus triumphavit, cum uni Mario victoriae honos deberetur. *spes atque opes.* de ea formula adeas Plautum in Capteiv. II. 3. Amphitr. V. 1. Terent. Phorm. III. 1. Adelph. III. 2. 33. Q. Septimium II. 44. Sulp. Severum Hist. Sac. I. 11. Capitolin. in Gordian. cap. 19. spes opesque Liv. IX. 4. de eventu et fine huius belli Orosium, Plutarchum in Mario, Senecam de Tranq. cap. 11. Apuleium Apol. pag. 80. Wassr.

---

| ERRORES | | | CORRIGE |
|---|---|---|---|
| VOL. I. | | | |
| Pag. 45. | vers. 31. | *Grossotius* . . . . . . | *Groslotius* |
| — 449. | — extr. | *excercebant* . . . . . . | *exercebant* |
| — 604. | — 10. | *ex alid* . . . . . . . . | *ex alio* |
| VOL. II. | | | |
| Pag. 86. | vers. 24. | *Olymp.* . . . . . . . . | *Olynth.* |
| — 129. | — 41. | *Graecisautem* . . . . . | *Graecis autem* |
| — 193. | — 11. | *Facta* . . . . . . . . | *facta* |
| — 201. | — 8. | *ἀρχιτέρμων* . . . . . . | *ἀγχιτέρμων* |
| — 312. | — 37. | *opportunissima ita* . . . | *opportunissima. ita* |

---

TYPIS EXPRESSIT I. B. HIRSCHFELD LIPS. TYPOGR.

## A Kuehniana libraria hi quoque libri veneunt:

**Abbildung** u. Beschreib. eines neuen u. geschmackvoll. Blumengestelles f. Zimmer u. Gärten brauchbar u. s. w. Mit 2 Kupf. 8. broch. 9 Gr. Velinp. 18 Gr.

**Acta** nova societatis Iablonovianae. Vol. II. 4. cum tabb. 2 aen. 3 Thlr. Vol. III. 2 Thlr.

**Athenaei** deipnosophistarum libri XV. Ad edit. Lugd. postrem. emend. expressi. Acc. Villebrunii interp. gall. et notae, itemque Is. Casaub. anim. integr. Curav. vir. doct. emend adnot. vel edit. vel ined. adiec. indices nov. conf. G. H. Schaefer. P. I. tom. 1. P. II. tom. 1. P. III. tom. 1. 8. mai. 4 Thlr. Charta script. 6 Thlr.

**Auszug** e. Briefes, die Illuminaten betreffend, ohne Einwillig. d. Schreibers, aber in d. redlichst. Abs. z. Druck beförd. v. s. Freunde. 8. 2. Gr.

**Beiträge** z. Naturgesch. d. Wallfischarten. Erster Theil enth. Joh. Hunter's Bemerk. über d. Bau u. d. Ökonomie d. Wallfische. A. d. Engl. m. Anmerk. und Zusätz. v. I. G. Schneider. 8. 16 Gr. Schreibp. 1 Thlr.

**Briefe** über das sächsische Erzgebirge. 8. 18 Gr.

**Brisson** üb. d. specifisch. Gewichte d. Körper. A. d. Frz. m. Anmerk. v. I. A. G. Blumhof. M. Zusätz. v. d. Hofrath Kästner. M. Kupfrn. gr. 8. 1 Thlr. 6 Gr.

**Demosthenis** orat. de pace. Rec. adnot. et crit. et exeget. instrux. ind. adiec. Ch. Dan. Beck. Acc. A. Dounaei praelect. 8. 1 Thlr. 16 Gr. Charta script. 2 Thlr. 12 Gr.

**Deutschlands** vorzüglichste Messplätze; e. Handb. f. Kaufleute, Gelehrte, Statistiker u. Reisende. 8. broch. 1 Thlr. 4 Gr. Schreibp. 1 Thlr. 18 gr.

**Dindorfii**, Guil., grammatici graeci. Vol. I. Ael. Herodiani de irregulari dictione libri II primum editi — Arcadius de accentibus ex libro MS. auct. et emend. — Favorini eclogae. Editoris annot. crit. 8. mai. 2 Thlr. 16 Gr. Charta script. 4 Thlr. Charta membr. 5 Thlr. 8 Gr.

**Eichstaedt**, H. C. Abr., quaestion. philolog. specim. 4. 12 Gr.

**Etwas** üb. d. Kuren des Gr. v. Thun; aus phys. u. medic. Gesichtspunkten betracht. v. D. C. G. Kühn. 8. 4 Gr.

**Fischer**, Gotthf., üb. d. versch. Form d. Intermaxillarknochens in versch. Thierarten. M. 3 Kpf. 8. 18 Gr.

— Chr. Aug., neues spanisch. Lesebuch üb. pol. und merkant. Gegenstände. 8. 21 Gr.

**Flandrin**, Pet., üb. d. Kunst, Schafe zu ziehen u. d. Wolle zu veredeln. A. d. Frz. m. Anmerk. v. M. G. A. Wichmann. gr. 8. 20 Gr.

**Fragmenta** Theognidis, Archilochi, Solonis, Simonidis, Mimnermi, Callini, Tyrtaei, Phocylidis, Naumachii, Lini, Panyasidis, Rhiani, Eueni, Pythagorae, Empedoclis, Parmenidis, Sapphonis, Alcaei, Stesichori, Antimachi (mit Anmerk. v. Brunck, Jacobs, Gaisford, Blomfield, Dindorf u. a. aus Poetae min. gr. besonders.) 8. mai. 2 Thlr. 16 Gr.

Frank, Jos., acta instituti clin. Caesar. univers. Vilnens. 8. mai. annus I. 20. Gr. ann. II. 13. Gr. ann. III — VI. 21 Gr. Charta script. cpl. 3 Thlr. 12 Gr.

— — praxeos medicae univ. praecepta. 8. mai. P. I. editio alt. denuo elaborata. Vol. I. Sect. I. continens conspect. histor. et literat. medicin. pract., introduct. ad stud. clin. et doctrin. febr. intermitt. 1 Thlr. 20 Gr. Sect. II. febr. continuar., morb. cutis in genere, illamque peticularum, miliarium, bullarum, urticariae, erysipelatis, furunculi, anthracis et carbunculi. 2 Thlr. 8 gr. P. I. Vol. II. Sect. I. pestis et ephemer. sudator. angl. 1 Thlr. 12. Gr.

P. II. Vol. I. Sect. I. de morb. system. nerv. in genere, et de iis cerebri in spec. cum tab. aen. 4 Thlr. Sect. II. de morb. columu. vertebr. singulorum nervor. aliisque ex var. system. nerv. partib. ort. habentib. nec non ocul., aur., nar. et cavitat. nasal. 5 Thlr. P. II. Vol. II. Sect. I. de morb. laryng., tracheae et corp. thyreoidei, thecae thoraciae pleurae, mediastini, thymi et pulmon. 4 Thlr. 12 Gr. Sect. II. de morb. diaphragm., pericard., cord., arter. ven. et animi deliqu. 3 Thlr. 8. Gr.

Frank's, Joh. Peter, Supplementbände z. med. Polizei, od. Sammlung verschied. in diese Wissensch. einschlag., eign. Aufsätze. 2r Bd. nach d. hinterlass. Papier. d. verew. Hrn. Verfassers herausg. v. D. Voigt. m. 4 Tabell. 8. 2 Thlr. Schreibp. 3 Thlr. Velinp. 4 Thlr.

Freiesleben's, I. C., bergmänn. mineral. Beschreib. d. grösst. Theils d. Harzes. M. 3 Kpf. 2 Theile. gr. 8. 2 Thlr. 12 Gr.

Genf's Schicksal, geschildert durch eine Gesellsch. v. Schweizern. Herausg. v. E. A. W. Zimmermann. 8. 5 Gr.

Gesellschafter, der angenehme, in engl. Gartenanlag. f. alle, die mit d. Angenehm. d. Spazierganges in ihnen auch d. Nützliche verbind. woll. Ein Anh. z. d. bot. Taschenbuche f. wissbegierige Spaziergänger. 12. 6 Gr.

Gruner's, Joh. Ernst, Cremutius Cordus, od. üb. d. Bücherverbote. 8. 18 Gr. Schreibp. 1 Thlr. 4 gr.

— — üb. d. Abschaffung d. Lehnwesens. 8. 15 Gr.

Hedwig, Io., filicum genera et species recent. method. accommod., icon. ad nat. pict. illustrat. a Rom. Hedwig. IV Fasc. fol. mai. à 3 Thlr. 12 Thlr.

— — Rom., Aphorismen üb. d. Pflanzenkunde; z. Gebrauch s. Vorlesungen. 8. 12 Gr.

— — Observationum botanicarum Fasc. I. c. tabb. XI color. 4. mai. 3 Thlr.

Hesiodi carmina et fragmenta, cum schol. ed. Th. Gaisford. Ed. nova et aucta II. Voll. (aus Poetae min. gr. besonders.) 8. mai. 5 Thlr. 16 Gr.

Hindenburg's, Chr. Fr., Archiv d. rein. u. angewandt. Mathemat. Heft 1—11. M. Kpf. gr. 8. à 12 Gr. 5 Thlr. 12 Gr.

Hübler's, D. G. I., Beiträge z. Bibliopoeie in prakt. Anmerk. f. Schriftsteller u. Verleger. 8. 10 Gr. Schreibp. 16 Gr.

Hume's, Dav., Geist. Erst. Bändch. Politik. Von Ch. A. Fischer. 8. 16 Gr.

— — vollkommene Republik, frei nach d. Engl. v. Ch. A. Fischer. 8. 4 Gr.

— — polit. Zweifel, allen Partheien gewidm. v. Ch. A. Fischer. 8. 21 Gr.

Ingenhouss, Joh., üb. Ernährung d. Pflanzen u. Fruchtbark. d. Bodens. A. d. Engl. u. m. Anmerk. verseh. v. Gotth. Fischer. Nebst e. Einleit. üb. ein. Gegenstände der Pflanzenphysiologie v. F. A. v. Humboldt. 8. 18 Gr.

Jünger's, Joh. Fried., Gedichte, herausgeg. v. Joh. Georg Eck. 8. 16 Gr. Schreibp. 1 Thlr.

Iustini histor. Philipp. Ex rec. Abr. Gronovii et cum divers. lect. Graevianae accur. edid., doct. hom. comment., var. lect. libror. nondum adhibit. suasque adnot. atque indices adiecit Carol. Henr. Frotscher. Praemitt. notitia litterar. et A. H. L. Heerenii comment. de Trogi Pompeii fontib. et auctoritate. Vol. I. 8. mai. 1 Thlr. 8 gr. Charta script. 2 Thlr. Charta membr. 2 Thlr. 16 gr. — Id lib. in us. schol. etiam separat. venditur sic inscriptus:

Iustini histor. Philipp. Ex rec. Abr. Gronovii et cum div. lect. Graev. accur. edid. Carol. Henr. Frotscher. Praemitt. notitia litt. et A. H. L. Heerenii comment. etc.

Kinderstube, die, v. ihr. moral. u. phys. Seite dargestellt, zur Beherz. f. Hausvät. u. Hausmütt. u. s. w. Nebst e. Vorrede v. D. J. C. Rosenmüller. Mit Kupf. 8. 20 Gr.

Köhler, Chrstn. Gottlob, Zu welch. Gedank. u. s. w. sollten d. Völker Europens bei d. Andenk. an d. grösste u. s. w. Begebenh. d. verfloss. Jahrs am erst. Tage des neuangehenden ihr. Geist sammeln? e. Rede, gehalt. 1802 zu Altenburg. 8. geh. 2 Gr.

Kretschmann's Handb. f. Sachsen u. Ausländer; enth. e. alphab. Verzeichn. d. in Sachsen u. incorpor. Landen befindl. Besitz. u. Ortschaft. gr. 8. 1 Thlr. 16 Gr.

Kühn, Carl Gottlob, Briefe üb. die Mittel, d. atmosphär. Luft bei ansteck. Krankh. zu verbess. 8. 12 Gr.

— Ca. Glo., de exanthemate, vulgo variolar. vaccin. nomine insign. comm. I. 4. 12 Gr.

Lambert's, J. H., Grundregeln d. Perspektiv. aus Betracht. e. perspekt. gezeichn. Landsch. abgeleit. Zum Druck beförd. v. C. F. Hindenburg. Mit 1 Kupf. 8. 10 Gr.

Leonhardi's, Fr. G., d. Frühlings- u. Sommergärtner in Zimmern u. Gärten, od. Anweis., wie man jede Art Blumen, wohlriechende Stauden- Strauch- u. Küchengewächse, desgl. nach d. vortreffl. chinesisch. Art, jede Sorte Fruchtbäume in Scherb. pflanz. erzieh. wart. u. sie f. d. Winter aufbewahr. soll. u. s. w. Mit Kupfrn. 8. 1 Thlr. 12 Gr.

Leipzig, e. Handb. f. Kaufleute u. s. w. (s. Deutschlands Messplätze.)

Liebe, üb. die, all. Jünglingen u. Mädch. gewidm. 8. 8 Gr.

Lipsii, I. G., bibliotheca numaria s. catal. auct., qui usque ad fin. sec. XVIII. de re numar. scrips. Praef. est Ch. Glo. Heyne. T. I. et II. 8. mai. 3 Thlr.

Luntze, Joh. Glo., monimentor. typograph. decas. 8. 3 Gr.

— — monimment. typogr. tridec. 8. 4 Gr. Holländ. P. 8 Gr.

Marum, Mart. v., Beob. u. Vers. üb. die Rettungsmittel Ertrunkener. A. d. Holl. M. e. Vorr. v. Ernst Hebenstreit. M. 1 Kpf. 8. 12 Gr. Schreibp. 18 Gr.

Marx, M. A. F., Predigt üb. d. landesherrliche Abschaffung d. Bettelns in Chursachs., am Feste Mariä Heimsuch., d. 2. Juli gehalt. 8. 3 Gr.

Michaelis, C. Fr., üb. d. Geist d. Tonkunst. Ein Beitr. z. Kant's Krit. d. ästhet. Urtheilskr. gr. 8. 9 Gr. Zweit. Vers. 16 Gr.

Murr, Chph. G. v., neues Journ. z. Kunst u. Literat. M. Kpf. Th. 1. 8. 1 Thlr. 12 Gr. Th. 2. 1 Thlr. 8 Gr.

Pausaniae Graeciae descript., gr. lat. Rec. emend. explan. Io. Fr. Facius. IV Tomi. 8. mai. 7 Thlr. Charta script. 10 Thlr.

**Philomele**, od. Victors u. Nataliens Gespräche üb. d. Strickkunst u. ihre Gränzen, u. üb. neue Bilderschrift. u. Hieroglyph. Ein Beitr. z. Reinig. d. Geschmacks in d. Stickerei. Für d. schöne Welt u. f. jed. Freund d. Kunst. 1 Heft. m. 4 illum. Kupf. 4. 1 Thlr.

**Plutarchi** Chaeronens. moralia. Gr. emend. notat. emend. et latin. Xylandri interpr. castig. etc. Dan. Wyttenbach. Ad ed. Oxon. emend. expressa. T. I. P. I. et II. 8. mai. à 1 Thlr. 12 Gr. 3 Thlr. Charta script. à 2 Thlr. 8 Gr. 4 Thlr. 16 Gr.

**Poetae minores Graeci.** Praecipua lect. var. et indicib. locupletiss instrux. Th. Gaisford. Ed. nova, F. V. Reizii annotat in Hesiodum, E. H. Barkeri epist. crit., plur. poet. fragment. aliisque accessionib. aucta. 8. mai. V Voll. 11 Thlr. Charta script. 14 Thlr. 16 Gr.

**Prasse**, Maur. de, institutiones analyt. 4. broch. 5 Thlr 12 Gr.

**Reuss**, C. F., Samml. versch. vorzügl. allgem. anwend. Feuerordnungen u. Feueranstalten u. s. w. Th. 1. 8. 20 Gr. Th. 2 16 Gr.

**Sallustii**, Caii Crispi, quae exstant, item epist. de rep. ordinanda, declamat in Ciceron. et Pseudo-Ciceron. in Sallust. Iul. Exsuperantius de bell. civ. et Porcius Latro in Catilin Ex recens. et cum integr. adnotatt. Theoph. Cortii et var lect. libb. recens. collatorum accur. ed., vitam Sallust. et no tit. litt. praemisit, divers. lect. Havercamp. in fragm. etian Gerlach. suosque comment. atque indices adiec. Carol. Henr Frotscher. Acced. Constant. Felic. Durantinus de coniu Catilin. itemque vett. historicor. fragmenta plenius et emend edita. 8. mai. Vol. I. 3 Thlr. Charta script. 4 Thlr. 12 Gr Charta membr. 6 Thlr.

**Schröter**, J. Fr., das menschl. Gefühl od. Organ d. Getastes nach den Abbild. mehr. berühmt. Anatomen. m. 1 illuminir Kupf. gr. fol. broch. 1 Thlr. 6 Gr.

— — die menschl. Nase od. d. Geruchsorgan. nach den Abbild d. Hrn. G. R. Sömmerring, neu dargestellt. m. 1 illum Kupf. gr. fol. broch. 1 Thlr. 6 Gr.

— — die menschl. Zunge od. d. Geschmacksorgan nach den Abbild. d. Hrn. G. R. Sömmerring, neu dargestellt. m. 1 illum. Kupf. gr. fol. broch. 1 Thlr. 6 Gr.

**Stobaei**, Ioan., florilegium ad MS. fid. emend. et suppl. Th Gaisford. Ed. auct. 8. mai. IV Voll. 10 Thlr. Charta script 14 Thlr.

**Theocriti**, Bionis et Moschi carm. bucol. cum schol. ed Th. Gaisford. Ed. nova et aucta. II Voll. (aus Poetae min gr. besonders.) 8. mai. 4 Thlr. 8. Gr.

**Vorbereitung** zu Gall's Vorlesungen üb. d. Cranioscopie v. e sein. Schüler. m. Kupf. 8. 8 Gr.

**Wenckii**, F. A. W., orat. secul. de vir. erud., qui inde a secul solemn. 1709. Lips. acad. doctrina scriptisque ornav. atqu illustrav. 4. mai. 18 Gr. Charta script. 1 Thlr. 4 Gr. Chart membr. 1 Thlr. 12 Gr.

**Wyttenbachii**, Dan., animadversiones in Plutarchi op. mora ad ed. Oxon. emend. express. T. I. et II. Acced. animadv in lib. de sera num. vindicta et IV indices. (c. G. H. Schaefer.) 8. mai. 6 Thlr. 8 Gr. Charta script. 9 Thlr. 12 Gr.